Digitized by Google

Digitized by Google

7 111038

Digitized by Google

Digitized by Google

ΤΟΞΑΡΙΣ, ἢ ΦΙΛΙΑ.

TOXARIS, siue AMICITIA.

Erasmo Roterodamo interprete.

ARGVMENTVM.

Videtur hoc dialogo Lucianus amicitiæ dignitatem atque effectum commendare voluisse, dum Toxarim & Mnesippum introducit, alterum Scytharum, alterum Græcorum, in amicitiis colendis fidem, prædicantem, vtrunque autem pro patria sua contendentem, connumeratis aliquot suæ ætatis hominum exemplis, qui mutua inter se amicitia deuincti, extrema etiam pericula interim alij pro aliis obiere. Occasio contentionis à solenni sacrificio & cultu Pyladis & Orestis, quibus illos Scytha venerantur, sumpta est, altero videlicet mirante, & causam sciscitante, ob quam homines externos, & etiam hostes suos, diuinis honoribus Scytha prosequerentur: altero autem fidem & amicitiam illorum exponente, ob quam tantos honores consequuti essent. Neque enim quicquam sanctius aut religiosius à Scythis obseruari & custodiri, quàm amicitiam, eáque magis illos iactare sese, quàm vllis aliis operibus ac rebus. Interim tamen & illa memorabilia sunt, quæ de ritu iungendi fœderis & amicitiæ, cuius etiam Herodotus meminit in Melpomene, & de consuetudine contrahendi auxilia atque exercitus, obiter addit.

INTERLOCVTORES, MNESIPPVS Græcus, TOXARIS Scytha.

ΤΟΙ φῄς, ὦ Τόξαρι, θύετε Ὀρέστῃ καὶ Πυλάδῃ ἡμῖν οἱ Σκύθαι, καὶ θεοὺς αὐτοὺς ἡγεῖσθε πεπεισμένοι εἶναι; ΤΟ. θύομεν, ὦ Μνήσιππε, θύομεν, καὶ μάλιστα γε οἰόμενοι εἶναι, ἀλλὰ ἀνδρας ἀγαθούς. ΜΝΗ. νόμος δὲ ὑμῖν καὶ ἀνδράσιν ἀγαθοῖς ἀποθανοῦσι θύειν, ὥσπερ θεοῖς; ΤΟ. οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἑορταῖς καὶ πανηγύρεσι τιμῶμεν αὐτούς. ΜΝΗ. τί θηρώμενοι παρ' αὐτῶν; οὐ γὰρ δήπου εὐμενείας θύετε αὐτοῖς, νεκροῖς γε οὖσιν. ΤΟΞ. οὐ χεῖρον μέντοι ἴσως, εἰ καὶ οἱ νεκροὶ ἡμῖν εὐμενεῖς εἶεν· οὐ μόνον δὲ ἀλλὰ καὶ τοῖς ζῶσιν ἄμεινον οἰόμεθα παρέξειν, μεμνημένοι τῆς ἀρίστων, καὶ τιμῶντες ἀποθανόντας. ἡγούμεθα γὰρ οὕτως ἂν ἡμῖν πολλοὺς ὁμοίους αὐτοῖς ἐθελῆσαι γενέσθαι. ΜΝΗ. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὀρθῶς γε νομίζετε· Ὀρέστην δὲ καὶ Πυλάδην, τίνος μάλιστα ἕνεκα τιμᾶτε, ἰσοθέους ἐποιήσασθε, καὶ ταῦτα, ἐπιβουλεύσαντας ὑμῖν ὄντας, ἢ ὃ μέγιστον, πολεμίους; οἵγε, ἐπεὶ σφᾶς ναυαγία περιπεσοῦσα οἱ τότε Σκύθαι συλλαβόντες,

A

B

ΜΝΕSIPPVS.

QVidnam, Toxaris? Sacrificatis Oresti ac Pyladi vos Scythæ, deósque esse illos creditis? TOX. Sacrificamus, Mnesippe, sacrificamus inquã: haud tamen deos esse arbitrati, sed viros bonos. MNES. An verò mos apud vos, etiam bonis viris posteaquã vita defuncti sint, perinde vt diis sacra facere? TO. Non istuc modò, verùm eosdem festis diebus ac celebribus conuentibus honoramus. MNE. Quid captantes aut sperantes ab illis? Neque enim quò beneuolentiam illorum concilietis, ob id rem diuinam illis facitis, quum iam sint mortui. TOX. Nihil officiat fortassis, si & eos qui mortui sunt, propitios haberemus: quanquam non ob id tantùm hæc facimus: quin magis existimamus nos rem vehementer conducibilem & his qui in vita sunt, esse facturos, si præstantium virorũ memoriam celebremus, honorémque habeamus iis qui vita defuncti sunt. Siquidẽ hac ratione futurũ arbitramur vt multi apud nos illorũ similes euadere cupiant. MNE. Ista quidẽ rectè iudicatis: at Pyladem atque Orestem quo nomine potissimùm suspexistis, vt diis eos æquaueritis, idque adeò cùm hospites vobis essent, vel, quod grauius, hostes? Quippe posteaquam naufragio eiecti, ab iis qui tum Scythiam incolebant, essent comprehensi,

abductique vt Dianæ immolarentur: adorti carcerarios, neque non oppreſſis excubiis, & regem trucidarunt, & aſſumpta ſacerdote, quin ipſa quoque Diana ſublata, nauigio ſeſe proripuerunt, irriſa publica Scytharũ lege. Quòd ſi ob iſtiuſmodi facta honorem habetis viris: facilè aſſecuti fueritis, vt multos illorum ſimiles reddatis. Iámque ipſi ab hoc die vſque ad priſca illa reſpicite, num vobis expedierit multos in Scythiam Oreſtes ac Pylades appellere. Nam mihi quidem iſto pacto mox futurum videtur, vt religionis ac deorum expertes reddamini: diis qui reliqui ſunt, ad eundem modum è regione veſtra in exilium ablegatis: poſtea, opinor, deorum omnium vice, viros qui illos eiectum venerant, diuinitate donabitis: & qui ſacrilegi in vos fuerunt, iis tanquam diis ſacrificabitis. Quòd ſi nequaquam horum gratia Oreſtem ac Pyladem colitis, ſed aliud quippiam, Toxaris, in vos beneficij contulerunt: qua gratia quum olim non eſſe deos iudicaueritis, nunc è regione ſacra illis facientes, deos eſſe decreuiſtis, & qui tum parum aberant vt victimæ fierent, iis nunc victimas offertis? Enimvero ridicula videantur iſta, & cum his quæ quondam ſtatueratis, pugnantia. TOXAR. Et iſta quidem Mneſippe præclara ſunt virorum illorum facinora, quæ commemoraſti; videlicet, duo cùm eſſent, tam ingentem auſum audere, vt tam procul à ſua patria profecti, mare tranſmitterent, Græcis ad id vſque temporis intactum, niſi ſolis his qui Argo in Colchidem traiecerunt exercitum: nihil expauefacti, neque fabulas quæ de illo feruntur, neque appellationem veriti, quòd inhoſpitum vocaretur, videlicet (opinor) quòd feræ vndique gentes accolerent: deinde cùm iam capti eſſent, vſque adeò ſtrenuè ſeſe geſſerint: neque ſat habuerint ſi tantùm incolumes euaderent, niſi & à Rege acceptam contumeliam vlti, & Diana ſublata abnauigaſſent. Quid? an non admiranda hæc, & quæ diuino quodam honore digna iudicent, quicquid eſt hominum qui virtutem ſuſpiciunt? Quanquam non iſta ſpectantes in Oreſte ac Pylade, pro heroibus illos habemus. MNE. Atqui iam dices, quidnam præter iſta ſuſpiciendum patrarint atque diuinum. Nam quantum ad nauigationem & peregrinationem attinet,

ἀπῆγεν, ὡς τῇ Ἀρτέμιδι καθαγίσοντες, ὑπερθέμενοι τοῖς δεσμοφύλαξι, καὶ τῆς Φερυσᾶς ὑποχειριήσαντες, τόν τε βασιλέα κτείνουσι, καὶ τὴν ἱέρειαν ἁρπάσαντες, ἀλλὰ καὶ τὴν Ἄρτεμιν αὐτὴν ἀποσυλήσαντες, ᾤχοντο ἀποπλέοντες, καταγελάσαντες τῶν κοινῶν τῶν Σκυθῶν νόμων. ὥστε εἰ ἀφ' ἑαυτῶν ποιήσετε τοὺς ἄνδρας, οὐκ ἂν φθάνοιτε πολλοὺς ὁμοίους αὐτοῖς ἐξεργασάμενοι. καὶ τοιοῦτόν τι αὐτοὶ ἤδη πρὸς τὰ παλαιὰ σκοπεῖτε, εἰ καλῶς ἔχει ὑμῖν πολλοὺς εἰς τὴν Σκυθίαν Ὀρέστας καὶ Πυλάδας καθεῖρξαι. ἐμοὶ μὲν γὰρ δοκεῖτε πάσχειν ἂν οὕτως ἀσεβές· αὐτοὶ καὶ ἄλλοι θεμένοι, τῶν ἐπιλοίπων θεῶν τὸν αὐτὸν τρόπον ὑμῖν ἐκ τῆς χώρας ἀποξενωθέντων· εἶτ', οἶμαι, αὐτὶ τῶν θεῶν ἀπόντων, τοῖς ἐπ' ἐξαγωγῇ αὐτῶν ἥκουσιν ἄνδρας ἐκθύσετε· καὶ ἱερεῖα ὑμῶν οὐσι, θύσετε ὡς θεοῖς. εἰ γὰρ μὴ αὐτὶ τούτων Ὀρέστῃ καὶ Πυλάδῃ τιμᾶτε, ἀλλ' εἴ γέ τι ἄλλο, ὦ Τόξαρι, ἀγαθὸν ὑμᾶς εἰργάσατο, αὐθ' ὅτου παλαιὰ θεοὶ εἶναι διχαιώσαντες αὐτοῖς, νεῶν ὄπαλιν θύσαντες αὐτοῖς, θεοὶ εἶναι νενομίκατε, καὶ ἱερείοις ὀλίγου δεῖν τότε θυομένοις, ἱερεῖα νεῶν παρεσάγετε; γελοῖα γὰρ ἂν ταῦτα δόξειε, καὶ ἐναντία τοῖς παλαι. ΤΟ. καὶ ταῦτα μέν, ὦ Μνήσιππε, θαυμαστὰ τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων, ἃ κατέλεξας. ὃ γὰρ, δύο ὄντας, ὅτω μεγάλα τολμήματα τολμῆσαι, καὶ τοσοῦτον ἀπὸ τῆς αὐτῶν ἀπαράγαντας, ἐκπλεῦσαι εἰς τὸν Πόντον, ἀπείρατον ἔτι τοῖς Ἕλλησιν ὄντα, πλοῖον μόνων τῶν ἀπὸ τῆς Ἀργοῦς εἰς τὴν Κολχίδα στρατευσάντων, μὴ καταπλαγῆναι, μήτε τοῖς μύθοις τοῖς περὶ αὐτοῦ, μήτε τὴν προσηγορίαν καταδεισάντας, ἔπι ἄξενος ἐκαλεῖτο, οἶα, οἶμαι, ἀγρίων ἐθνῶν περιοικούντων· καὶ ὅτι ἐλλοσᾶν, ὅτως ἀνδρείως χρήσασθαι τῷ παράπαν, καὶ μὴ ἀγαπῆσαι εἰ διαφυλάξαντες μόνον, δίχα πικρᾶς μάχης τὸν βασιλέα τ' ὕβρεως, καὶ τὴν Ἄρτεμιν ἀναλαβόντας, ἔπλευσαν· πῶς ταῦτα θαυμαστά, καὶ θείας τινὸς τιμῆς ἄξια τοῖς ἀνδράσιν, ὁπόσοι ἀρετὴν ἐπαινοῦσιν; ἃπερ δὴ ταῦτα ἡμεῖς Ὀρέστῃ καὶ Πυλάδῃ εἰδότες, ἥρωσιν αὐτοῖς χρώμεθα. ΜΝΗ. λέγοις ἂν ἤδη ὅ, τι σεμνὸν καὶ θεῖον ἄλλο διεργάσαντο. ἐπεὶ ὅσον γε ἐς τὸ πλοῦν καὶ τὴν ἀποδημίαν,

πολλοὺς

πολλὰς ἂν σοι ῥᾳοτέρους ἐκείνων ἀποδείξαιμι τοὺς ἐμπόρους, καὶ μάλιστα τοὺς Φοίνικας αὐτῶν, οὐκ ἐς τὸν Πόντον, οὐδὲ ἄχρι τῆς Μαιώτιδος καὶ τοῦ Βοσπόρου μόνον ἐκπλέοντας, ἀλλὰ πάντα χοῦ τῆς Ἑλληνικῆς καὶ βαρβαρικῆς θαλάττης ναυτιλλομένους· ἅπαντα γὰρ ὄρη ἀκτῶν, καὶ πάντα αἰγιαλὸν, ὡς εἰπεῖν, διερευνησάμενοι καθ' ἕκαστον ἔτος, ἐς τὸ μετοπώρου, εἰς τὴν αὐτῶν ἐπανίασιν, οὓς κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον, θεοὺς νόμιζε, καὶ τούτους, καπήλους, καὶ ταριχοπώλας, εἰ τύχοι, τοὺς πολλοὺς αὐτῶν ὄντας. ΤΟΞ. ἄκουε δὴ, ὦ θαυμάσιε, καὶ σκόπει, καθ' ὅσον ἡμᾶς οἱ βάρβαροι, δικαιοτέρους ὑμῶν περὶ τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν κρίνομεν, εἴτε ἐν Ἄργει μὲν καὶ Μυκήναις, οὐδὲ τάφον ἔνδοξόν ἐστιν ἰδεῖν Ὀρέστου ἢ Πυλάδου· παρ' ἡμῖν δὲ, καὶ νεὼς ἀποδέδεκται αὐτοῖς ἅμα ἀμφοτέροις, ὡς τῶν εἰκὸς ἦν, ἑταίροις τε ὄντι· καὶ θυσίαι προσάγονται, καὶ ἡ ἄλλη τιμὴ ἅπασα· κωλύει τε οὐδὲν, ὅτι ξένοι ἦσαν, ἀλλὰ μὴ Σκύθαι, ἀγαθοὶ κεκρίσθαι. οὐ γὰρ ἐξετάζομεν ὅπως οἱ καλοὶ καὶ ἀγαθοί εἰσιν, οὐδὲ φθονοῦμεν, εἰ μὴ φίλοι ὄντες ἀγαθὰ εἰργάσαντο· ἐπαινοῦντες δὲ ἃ ἔπραξαν, οἰκείους αὐτοὺς ἀπὸ τῶν ἔργων ποιούμεθα. ὃ δὲ δὴ μάλιστα καθ' ὑπερβολὴν τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων ἐπαινοῦμεν, τοῦτό ἐστιν, ὅτι ἡμῖν ἔδοξαν φίλοι ὄντες δὴ ἄριστοι ἀπάντων γενέσθαι, καὶ τοῖς ἄλλοις νομοθέται καλοῖς εἶναι, ὡς χρὴ τοῖς φίλοις ἅπασης τύχης κοινωνεῖν, καὶ ὑπὲρ Σκυθῶν τῶν ἀρίστων διαπρέπειν. καὶ ἅ γε μετ' ἀλλήλων, ἢ ὑπὲρ ἀλλήλων ἔπαθον αἰσχρά φαντες οἱ πρόγονοι ἡμῶν ὅτι σφηκὸς χαλκῆς, αἰδεσθέντες εἰς τὸ Ὀρέστειον, καὶ νόμον ἐποιήσαντο, πρῶτον τοῦτο μάθημα καὶ παίδευμα τοῖς παισὶ τοῖς σφετέροις εἶναι τὴν σφῆκα ταύτην, καὶ τὰ ἐπ' αὐτῆς πεπραγμένα διαμνημονεύσαι. θαῦμα γοῦν τοῦτο ἕκαστος αὐτῶν ὅπλα φέρειν τὴν πάροδον, ἢ τὰς Ὀρέστου καὶ Πυλάδου πράξεις ἀγνοήσειν· ἀλλὰ καὶ ἐν ᾧ πρόσκειται τὸν νεὼ τὰ αὐτά, ὁπόσα ἡ σφὴξ δηλοῖ, γραφαῖς ὑπὸ τὸν παλαιὸν εἰκασμένα δείκνυσι. πλέουν Ὀρέστης ἅμα τῷ φίλῳ, εἶτα ἐν τοῖς κρημνοῖς διαφθαρείσης αὐτῶν τὸν νεὼς συνῳκισμένους, καὶ πρὸς τὴν θυσίαν παρεσκευασμένους, καὶ ἡ Ἰφιγένεια ἤδη καταρχομένη αὐτῶν· κατόπιν δὲ ὅπου τὸν ἕτερον βλέπουν, ἤδη ἐκδεδυκὼς τὰ δεσμὰ γέγραπται,

non paucos profectò diuiniores iſtis oſtendero negotiatores, atque inter hos, præcipuos Phœnices, qui non in Pōtum, neque ad Mæotidem vſque, aut Boſporum tantùm, enauigant, verùm quaquauerſus Græcum ac Barbarum mare permetiũtur. Hi ſiquidem omnem oram, & omne littus (vt ita dixerim) perſcrutati in annos ſingulos, extremo demum autumno in ſuam patriam reuertũtur: quos ſcilicet ad eandem rationem pro diis habeto, idque etiamſi complures illorum caupones ac ſalſamentarios eſſe reperies. TOXA. Audi nunc ô vir admirande, conſideráque quanto nos, qui Barbari vocamur, rectiùs vobis de bonis viris ſentiamus. Siquidem in Argo atque Mycenis ne ſepulchrum quidem vllum inſigne videre eſt Oreſtis ac Pyladis: apud nos verò & templum oſtenditur ambobus illis communiter ſacrum, ita vt par erat amicis: & hoſtiæ offeruntur, reliquúſque omnis honos. Porro quòd hoſpites erant, non Scythæ, id verò nihil obſtat quominus boni viri iudicentur: neque enim perpendimus cuiates ſint viri honeſti ac probi: neque inuidemus, ſi cùm amici non fuerint, res egregias geſſerunt: quin magis admirantes ea quæ patrarunt, ab ipſis factis domeſticos ac noſtrates illos ducimus. Quod autem potiſſimùm ſtupentes in illis viris efferimus, illud eſt, quòd nobis viſi ſunt amici inter ſeſe longè optimi extitiſſe, atque aliis exemplo fuiſſe, quaſique legem ſtatuiſſe quemadmodum oportet amicos omnem inter ſe communicare fortunam: ſimúlque promeruiſſe vt à Scythis, qui in amicitiæ laude primas tenerent, colerentur. Itaque quæcunque alter cum altero, vel alter pro altero tulit, ea maiores noſtri deſcripta in columna ærea repoſuerunt in templo Oreſtis: ac leges ſtatuerunt, vt ea columna prima eſſet inſtitutio diſciplináque liberis ſuis, ſi meminiſſent quæ in illa eſſent aſcripta. Itaque penè patris quiſque ſui nomen citiùs obliuiſceretur, quàm res geſtas Oreſtis ac Pyladis ignoraret. Quin & in porticu templi eadem quæcunque in columna notantur, priſcorum picturis adumbrata viſuntur: nempe Oreſtes vnà cum amico nauigans, deinde fracta inter abruptas cautes ipſorum naue comprehenſus, & ad victimã adornatus: iámq; Iphigenia initiat eos. Ex aduerſo verò in altero pariete idem iam vinculis exutus, depictus eſt,

ac Thoantem occidens, multóſque ex Scythis alios. Poſtremò ſoluentes, abducta Iphigenia, ac dea. Porro Scythæ fruſtra ſcapham adoriuntur iam nantem, hęrentes gubernaculis, ac conſcendere conantes. Deinde re fruſtra tentata, alij quidem ex eis faucij, alij verò eius rei metu compulſi, natatuſemet in ſolum recipiũt: vbi vel maximè liceat perſpicere quantam alter in alterum beneuolentiam præſtiterit in conflictu cum Scythis. Fecit enim pictor vtrunque de hoſtibus in ſemet ruentibus ſecurum, propellentem autem eos qui in alterum feruntur, ac præ illo iaculis occurrere conantem, pro nihilóque ducentem ſi intereat ipſe, modò ſeruet amicum, vel ſuo ipſius corpore præueniens excipiénſque ictus in illum intentos. Iam verò tantam illorum beneuolentiam, atque in rebús triſtibus communionem, fidem, humanitatem, veritatem, denique conſtantiam alterius in alterum amoris, hæc haudquaquam humana putauimus eſſe, verùm animi cuiuſdam præſtantioris, quàm pro more vulgarium iſtorum mortalium, qui donec ſecundis ventis nauigatur, amicis indignantur, niſi ex æquo participes fiant rerum lætarum: quòd ſi vel paululum eis venti reflare cœperint, aufugiunt, ſolos in periculis deſerentes. Enimvero & illud noueris, nihil amicitia melius arbitrantur Scythæ, neque eſt in quo Scytha magis glorietur, quàm in adiutandis amicis, communicãdíſque rebus acerbis: quemadmodum neque probrum apud nos maius vllum, quàm amicitiæ deſertorem videri. Has ob res Oreſtem ac Pyladem veneramur, quòd præſtantes extiterint in Scytharum virtutibus, atque in amicitia præcellentes: id quos nos omnium maximè admiramur. Appellationem quoque ex his illorum factis impoſuimus, vt Coraci vocentur, quod quidem noſtra in lingua perinde ſonat, ac ſi quis dicat, Dij amicitiæ præſides. MNE. Hui Toxaris, profectò non arcu modò valuerunt Scythæ, bellicíſque in rebus cęteris antecelluerunt, verùm videntur & ad orandum perſuadendúmque omnium aptiſſimi. Vnde mihi cùm dudum ſecus videretur, nunc eidem meritò feciſſe videmini, qui ſic Oreſtem ac Pyladem in deorum numerum retuleritis. Verùm illud me fugerat, vir optime, quòd pictor quoque bonus eſſes.

A Ἐ φονεύων τὸν Θόαντα, Ἐ πολλοὺς ἄλλους τῶν Σκυθῶν· Ἐ τέλος, ἀπὸ πλεόντες, ἔχοντες τὴν Ἰφιγένειαν, καὶ τὸν θεόν. οἱ Σκύθαι δὲ, ἄλλως ἐπιλαμβάνονται τῶν σκάφους ἤδη πλέοντος, ἐκκρεμαννύμενοι τῶν πηδαλίων, Ἐ ἐπιμαχαίρᾳ πειρώμενοι, εἶτ' οὐδὲν αὐτόμενοι, οἱ μὲν αὐτῶν, πλωμάται, οἱ δὲ, καὶ δεῖ τούτου, ἀπονήχονται πρὸς τὸν γιῶ· ἔνθα δὴ μάλιστα ἴδοι τις ἂν ὁπόση ἐστὶν ἀλλήλων εὔνοια ἐπιδείκνυντο γὰρ τῇ πρὸς τοὺς Σκύθας συμπλοκῇ. πεποίηκε γὰρ ὁ γραφεὺς ἑκάτερον, ἀμυνόμενον μὲν τῶν καθ' ἑαυτὸν πολεμίων, ἀμυνόμενον δὲ τοὺς ὑπερφερομένους θατέρῳ, καὶ πρὸς ἐκείνην ἀπόπειραν πειρώμενον τοῖς τοξεύμασι, Ἐ πρὸ σοῦ πτέμενον, εἰ ἀποθανεῖται, σώσας τὸν φίλον, καὶ τὸν ἐπ' ἐκεῖνον φερόμενον πλησὺ προσαρπάσας τῷ αὐτοῦ σώματι. τοσαύτην δὲ τοσαύτην εὔνοιαν αὐτῶν, Ἐ τὴν ἐν τοῖς ἀγνοῖς κοινωνίαν, Ἐ ὃ πιστὸν, καὶ φιλέταιρον, Ἐ ὃ ἀληθὲς, καὶ βέβαιον τῆς πρὸς ἀλλήλους ἔρωτος, οὐκ ἀνθρώπινα ταῦτα φήσομεν εἶναι, ἀλλά τινος γνώμης βελτίονος, ἢ κατὰ τοὺς πολλοὺς τούτους ἀνθρώπους, οἱ μέχρι μὲν κατ' ἐκεῖνο ὁ πλοῦς εἴη, τοῖς φίλοις ἀγαπακτοῦσιν, εἰ μὴ ὀλίγης κοινωνήσουσι τῆς ἡδονῆς· ἐπειδὰν μικρὸν αὐτὴν παραθύσῃ αὔρης, οἴχονται, μόνοις τοῖς κινδύνοις ἀπολιπόντες. καὶ γὰρ οὖν καὶ τόδε ὅπως εἰδῇς, οὐδὲν Σκύθαι φιλίας μεῖζον οἴονται εἶναι, οὐδὲ ἔστιν ἐφ' ὅτῳ ἂν τις Σκύθης μᾶλλον σεμνύναιτο, ἢ ὅτι τῶν συμπονῆσαι φίλῳ ἀνδρὶ, καὶ κοινωνῆσαι τῆς ἡδονῆς· ὥσπερ οὐδὲν ὄνειδος μεῖζον παρ' ἡμῖν, τοῦ προδότου φιλίας γενέσθαι δοκεῖν. διὰ ταῦτα Ὀρέστου καὶ Πυλάδου τιμῶμεν, ἀρίστους γνωμένους τῶν Σκυθῶν ἀγαθὰ, καὶ τὰ φιλία διενεγκόντας, ὃ προτέρους ἡμᾶς ἀποφαίνων θαυμάζομεν, καὶ τεκμαιόμεθα ὅτι τούτοις αὐτοὺς ἐθέμεθα, Κορύκοις καλοῦσι· τοῦτο δέ ἐστιν, ἐν τῇ ἡμετέρᾳ φωνῇ, ὥσπερ ἂν εἴ τις λέγοι, φίλιοι δαίμονες. MN. ὦ Τόξαρι, ὡς μόνον ἄρα τοξεύειν ἀγαθοὶ ἦσαν Σκύθαι, καὶ τὰ πολεμικὰ τῶν ἄλλων ἀμείνους, ἀλλὰ Ἐ ῥῆσιν εἰπεῖν, ἀπολύτων πιθανώτατοι. ἐμοὶ γοῦν τέως ἄλλως γιγνώσκοντι, ἤδη καὶ αὐτῷ δίκαια ποιῆσαι δοκεῖτε, θεοὺς Ὀρέστην Ἐ Πυλάδην ἀναδείξαντες. ἐλελήθεις δέ με, ὦ γενναῖε, καὶ γραφεὺς ἀγαθὸς ὤν.

πάνυ γὰρ σαφῶς ἐπεδείξας ἡμῖν τὰς ἐν τοῖς Ὀρεστείοις εἰκόνας, καὶ τὸν μάχιμον τῶν ἀνδρῶν, καὶ τὰ ὑπὲρ ἀλλήλων πεπονθότα. πλὴν ἐμοὶ γε οὐκ ἂν δόξειεν ἄνθρωπον ποτὲ ἀξιοπιστεύσασθαι φιλίαν ἐν Σκύθαις ἄνευ ξένης καὶ ἀγρίου ἤθους αὐτοῖς ἔνεκα μόνον ἀεὶ σπουδασθῆναι, καὶ ὀργῆς καὶ θυμοῦ φιλίαν δὲ μηδὲ πρὸς τοὺς οἰκειοτάτους ἐπιμαίνεσθαι πεπεισμένους τοῖς τε ἄλλοις, ἃ περὶ αὐτῶν ἀκούομεν, καὶ ὅτι καὶ τοὺς ἰδίους τοὺς πατέρας ἀποθανόντας. ΤΟ. Εἰ μόνα καὶ τἆλλα ἡμᾶς τῶν Ἑλλήνων, καὶ δικαιότερόν περὶ τὰ πρὸς τοὺς γονέας, καὶ ὁσιώτερον ἐσμεν, οὐκ ἂν ἐν τῷ παρόντι φιλοτιμηθείην πρὸς σέ, ὅτι ἡμεῖς Σκύθαι πολὺ πιστότεροί τῶν Ἑλλήνων φίλοι εἰσί, καὶ ὅτι φιλίας λόγος πλείων παρ' ἡμῖν, ἢ παρ' ὑμῖν, ῥᾴδιον ἐπιδεῖξαι καὶ πρὸς θεῶν τῶν Ἑλλήνων, μὴ πρὸς ἀηδόνα μὲν ἀκούσῃς, ἵνα εἴπω τι ὧν κατεμάθομεν, πολὺ δὴ χεῖρον ὑμῖν συγγινόμενος, ὑμεῖς γάρ μοι δοκεῖτε τοῖς μὲν περὶ φιλίας λόγοις, ἄμεινον ἄλλων εἰπεῖν καὶ δύνασθαι, τὰ ἔργα δ' αὐτῆς, καὶ μόνον οὐ καὶ αἰσθάνεσθαι τῷ λόγῳ ἐκμελέτας, ἀλλ' ἀπόζειν ὑμῖν ἐπαινέσαι τε αὐτὴν, καὶ δεῖξαι ἡλίκον ἀγαθόν ἐστιν· ἐν δὲ ταῖς χρείαις παρόντες τοῖς λόγοις, δραπετεύετε, οὐκ οἶδ' ὅπως, ἐκ μέσων τῶν ἔργων. καὶ ὁπότ' ὑμῖν οἱ τραγῳδοὶ τὰς τοιαύτας φιλίας ὅτι τὴν σκηνὴν αἰσθόμενοι σώζουσιν ἐπαινεῖτε, καὶ ὅτι προτιμᾶτε, καὶ χαλεπωτέρως ἀλλήλων, οἱ πολλοὶ δ' ὑμῶν καὶ δακρύετε, αὐτοὶ δὲ, κἂν ἄξιον ἐπαινεῖν ὑπὲρ τῶν φίλων προέχεσθαι τολμᾶτε, ἀλλ' ἴσως που φίλος δεηθεὶς τύχῃ; αὐτίκα μάλα, ὡς περ τὰ ὀνείρατα οἴχεται ὑμῖν ἐκ ποδῶν ἀποπταμένη αἱ πολλαὶ ἐκείναι τραγῳδίαι, τοῖς κενοῖς τούτοις καὶ κωφοῖς προσωπείοις ἐοικότας ὑμᾶς ἀπολιποῦσαι, ἀδιηρθρωμένα τὸ στόμα, καὶ παμμεγέθη κεχηνότα, οὐδὲ τὸ σμικρότατον φθεγξάμενα· ἡμεῖς δὲ ἔμπαλιν, ὅσον γε δὴ λαμβάνομεν ἐν τοῖς περὶ φιλίας λόγοις, τοσοῦτον ἐν τοῖς ἔργοις αὐτῆς πλεονεκτοῦμεν. εἰ γὰρ οἷόν δοκεῖ, ὅταν νῦν ποιῶμεν, τοῖς μὲν παλαιοῖς φίλοις ἀπεμφῆ ἐσόμεθα, εἴ τινας, ἢ ἡμᾶς, ἢ ὑμᾶς τῶν πάλαι καταριθμεῖν ἔχομεν· ἐπεὶ καλά γε καὶ τὸ πλεονεκτεῖτε αὖ, πολλοῖς δ' ἀξιοπίστοις μάρτυρας ἂν ποιησαίμεθα προφερόμενοι,

A Admodum enim euidenter oſtendiſti nobis quæ ſunt in Oreſtis templo, picturas pugnámque virorum, alterique pro altero ſuſcepta vulnera. Tametſi non putaram amicitiam vſqueadeò cultam fuiſſe quondam apud Scythas: magis autem, quòd barbari eſſent atque agreſtes, ſimulatæ quidem, ira, rabiéque perpetuò committi: amicitiam verò ne in familiariſſimos quidem exercere ſolitos: idque coniiciens, cùm ex aliis quæ de illis audimus, tum ex hoc, quòd progenitores ſuos vita defunctos deuorant. ΤΟΧΑ. An nos Græcis, cùm aliis in rebus v, tum in B his quæ ad parentum attinent cultum, ſanctiores, magiſque pij ſimus, in præſentiarum haudquaquam contenderim: quòd autem noſtrates amici longè fideliores ſint amicis Græcis, quódque amicitiæ ratio maior apud nos ſit quàm apud vos, haud difficile fuerit docere. Ac per deos Græcorum, ne tibi moleſtum ſit audire, ſi quæ perſpexi, dixero, multum iam temporis apud vos verſatus. vos enim mihi videmini præclariùs cæteris de amicitia verba poſſe facere, vim verò factáque illius adeo non ſolùm pro ſermonum dignitate non exercere, vt ſat vobis ſit prædicare eam, & quantum ſit bonum, oſtendere: at vbi vſu venit, deficientes à ſermonibus, neſcio quomodo, è medio negotio aufugitis. Cæterùm quum Tragœdi in ſcenam progreſſi, iſtiuſmodi amicitias vobis repræſentant, plerique laudatis, atque applauditis, ac pro ſe mutuò periclitantibus illis lacrymatis, ipſi verò nihil dignum laude pro amicis præſtare audetis: quin ſi quando fortè accidat vt egeat amicus, ibi protinus non ſecus atque inſomnia, procul auolantes euaneſcunt vobis multæ illæ tragœdiæ, vóſque ſimiles relinquunt inanibus iſtis ac mutis perſonis, quæ diducto rictu, atque immane hiantes, ne minimum quidem loquuntur. At nos è diuerſo, quo ſumus in dicendo de amicitia poſteriores, hoc in præſtanda ea præcedimus. Quare, ſi videtur, ita in præſentiarum agamus, priſcos illos amicos valere ſinamus, ſi quos vel nos vel vos ex his qui olim fuêre, recenſere valemus, quando iſta quidem parte vos nimirum ſuperaueritis, compluribus ac grauibus adductis teſtibus, nempe poëtis;

qui Achillis & Patrocli amicitiam, tum Theſei Pirithoique, neque non aliorum neceſſitudinẽ, pulcherrimis verſibus carminibúſque contexuerunt. Quin paucos quoſdam in medium afferamus ex his qui noſtra ipſorum memoria fuerunt, atque eorum res geſtas exponamus: ego quidem Scythicas, tu verò Græcanicas. Et in his vter ſuperarit, melioráque produxerit amicorum exempla, is & victor eſto, ac ſuam ipſius victoriam promulgato, tanquam qui pulcherrimum honeſtiſſunúmque certamen decertarit: adeò vt ego quidem non paulò malim mihi in ſingulari victo certamine dextram amputari (nam ea eſt apud Scythas victo pœna) quàm in amicitia quopiam inferior iudicari, præſertim Græco, ipſe Scytha quum ſim. MNE. Quanquam eſt haud mediocris negotij, cum viro, ita vt tu es, bellatore, ſingulari certamine congredi, tum admodum inſtructo miſſilibus ac penetralibus narrationibus, haud tamen vſque adeò ignauiter tam citò vniuerſam deſerens Græciam, tibi ceſſero. Etenim vehementer abſurdum fuerit, quum duo illi tantum vicerint Scytharum, quantum fuiſſe declarant tum fabulæ, tum vetuſtæ veſtræ picturæ, quas paulo antè ſcitè admodum repræſentabas: Græcos omneis, tot nationes, tot ciuitates, nullo defendente vinci abs te. Nam iſtuc ſi fiat, non dextram, quemadmodum apud vos ſolet, ſed linguam execari conueniat. Sed vtrum ſpectare nos oportet, numerúm ne eorum quæ amicè quis geſſerit, an magis quo plures alter vter amicos referre poterit, hoc victoria dignior videbitur? TOX. Nequaquam, imò non multitudine vis horum ſpectetur; verùm ſi quæ tu narrabis facta, his quæ narrabo, videantur præſtantiora, magiſque penetrantia: tum nimirum etiamſi numero paria ſint, opportuniora magiſque lethalia mihi facient vulnera: ac penè memet ad ictus accommodabo. MNE. Probè loqueris. Statuamus igitur quot erunt ſatis. TOXA. Mihi quidem ſatis fore videtur ſi vterque quinque narret exempla. MNE. Itidem mihi videtur: ac prior dicito, verùm adiuratus, nimirum non niſi vera dicturum: alioquì fingere eiuſmodi, non admodum fuerit difficile, palàm autem refelli non queant. Porrò ſi iuraris, nefas ſit nõ habere fidem. TOX. Iurabimus, ſi quid etiam iureiurando opus eſſe cenſes.

τὴν Ἀχιλλέως καὶ Πατρόκλου φιλίαν, καὶ τὴν Θησέως καὶ Πειρίθου, καὶ τὴν ἄλλην ἑταιρείαν, ὅσα καλλίστοις ἔπεσι, καὶ μέτροις ἁρμοδιωτάτοις ὑπέζευξαν· ὀλίγους δέ τινας παρελθόντες μνησθῶμεν, τῶν καθ' ἡμᾶς αὐτοῖς, καὶ τὰ ἔργα αὐτῶν διηγησάμενοι, ἐγὼ μὲν, τὰ Σκυθικὰ, σὺ δὲ, τὰ Ἑλληνικά· καὶ ὁπότερος ἂν ἐν τούτοις κρατῇ, καὶ ἀμείνους παιδάγηται τοὺς φίλους, αὐτός τε νενικηκὼς ἔσῃ, καὶ τὴν αὑτοῦ διαπρύξῃ, κάλλιστον ἀγῶνα καὶ σεμνότατον ἀγωνισάμενος· ὡς ἔγωγε πολὺ ἥδιον ἂν μοι δοκῶ μονομαχῶν ἥτταις, ἀποτμηθῆναι τὴν δεξιὰν, ὅπερ τῆς Σκυθικῆς ὑπερτιμίον ὄντων, ἢ χείρων ἄλλου τῆς φιλίας κεκρίσθαι, ἢ ταῦτα, Ἕλλανος, Σκύθης αὐτὸς ὤν. MNH. ἔστι μὲν, ὦ Τόξαρι, καὶ φαῦλον τὸ ἔργον ἀνδρὶ οἵῳ σοὶ, πολεμικῇ μονομαχήσαι, πάνυ δυσχερεῖς καὶ τετηγμένους πρὸς ἀθλοσυμβόλῳ τοὺς λόγους· οὐ μὴν ἀληθεῖς γε οὕτω καταστρεψοῦς ὁ βραχὺς ὁ Ἑλληνικὸν ἄπαν, ὑποχωρήσομαί σοι. καὶ γὰρ ἂν εἴη πανάθλιον, εἰ δυοῖν μόνοιν ἐκείνοιν ἥττηθῆναι τοσούτους τῶν Σκυθῶν, ὁπόσους οἵ τε μῦθοι δηλοῦσι, καὶ αἱ ὑμέτεραι παλαιαὶ γραφαὶ, ἃς μικρῷ πρόσθεν ἐπῄνεσας μάλα ἀξιεπαίνους· Ἕλλανας δὲ πόλεις, τοσαῦτα ἔθνη, καὶ τοσαύτας πόλεις ἐρήμους ὑπὸ σοῦ ἁλῶναι. εἰ γὰρ τοῦτο ἤνοιτο, οὐ τὴν δεξιὰν ὡς τάχιστα ὑμεῖς, ἀλλὰ τὴν γλῶτταν ἀποτμηθῆναι καλόν· πότερον δὲ ὠφεῖσθαι χρὴ τὸν ἀριθμὸν ἡμῖν τῶν φιλικῶν τούτων πρεσβέων, ἢ ὁπόσῳ μὴ τις πλείους ἔχῃ λέγειν, τοσούτῳ μᾶλλον δόξειεν ἂν πρεσβεύειν τὴν νίκην; TO. ἁδαμῶς. ἀλλ' ὠφείσθω μὲν ὑπὸ τοῦ πλήθους αὐτῶν ὁ κρότος, ἀλλ' εἰ ἀμείνους, καὶ εἰ τιμιώτεραι φαίνοιντο αἱ σαὶ τῶν ἐμῶν, ἴσας τὸν ἀριθμὸν οὔσας· καιριώτερα δηλονότι ἐργάσονταί μοι τὰ τραύματα, καὶ θᾶττον ἐπιδώσω πρὸς τὰς πληγάς. MNH. οὔκουν λέγεις, καὶ ὠφείσθω σοὶ ὁπόσας ἴσχυαι. TOΞ. πέντε ἔμοιγε δοκοῦσιν ἑκατέρῳ. MNH. καὶμοὶ δοκεῖ, πρέσβεσι δὲ λέγε, ἀλλὰ ἐπομοσάμενος ἢ μὴν ἀληθῆ ἐρεῖν. ἄλλως γὰρ οὐ πλάττειν τὰ τοιαῦτα, οὐ πάνυ χαλεπόν· καὶ ὁ ἔλεγχος ἀφανής. εἰ δὲ ὀμόσας, οὐχ ὅσιον ἀπιστεῖν. TO. ὀμοῦμαι, εἴ τι καὶ ὅρκου δεῖν νομίζεις.

ΜΝΗ. τίς δέ σοι τῶν ἡμετέρων θεῶν; ἆρ' ἱκανὸς ὁ Φίλιος; ΤΟΞ. καὶ μάλα· ἐγὼ δὲ τὸν ὁπατρῷόν σοι ὀμοῦμαί σε τῇ ἐμαυτῆς λέγω. ΜΝΗ. ἴστω τοίνυν ὁ Ζεὺς ὁ Φίλιος, ἃ μέλλω ὁπόσα αὖ λέγω πρὸς σέ, ἢ αὐτὸς εἰδὼς, ἢ παρ' ἄλλων, ὁπόσον οἷόν τε ἦν, δι' ἀκριβείας ἐκπυθανόμενος, ἐρεῖν, μηδὲν πρὸ ἐμαυτοῦ ὑποπραγμόνων. καὶ πρώτιστα μέν σοι τὴν Ἀγαθοκλέους καὶ Δεινίου φιλίαν διηγήσομαι, ἀοίδιμον ἐν τοῖς Ἴωσι γεγενημένην. Ἀγαθοκλῆς γὰρ οὗτος ὁ Σάμιος, οὐ πρὸ πολλοῦ ἐγένετο, ἄνευρος μὲν εἰς φιλίαν ὡς ἔοικε, πάλλα δὲ οὐδὲν ἀμείνων Σαμίων τῶν πολλῶν, οὔτε εἰς ὃ γένος, οὔτε εἰς τἄλλα περιουσίαν. Δεινίᾳ δὲ τῷ Λεσίωνος Ἐφεσίῳ, φίλος ἐκ παίδων ἦν· ὁ δὲ Δεινίας ἐπλούτει ἄρα εἰς ὑπερβολήν· καὶ ὥσπερ εἰκὸς, νεόπλουτον ὄντα, πολλοὺς καὶ ἄλλους εἶχε περὶ αὐτὸν, ἱκανοὺς μὲν συμπεῖν, καὶ πρὸς ἡδονὴν σπουδαίους, φιλίας δὲ πλῆθος ὅσον ἀποδέοντας. τέως μὲν οὖν οὐ τοῦτος καὶ ὁ Ἀγαθοκλῆς ἐξηπάζετο, καὶ συνῆν, καὶ συνέπινεν αὐτοῖς, οὐ πάνυ χαίρων τῇ τοιαύτῃ διατριβῇ· καὶ ὁ Δεινίας, οὐδὲν αὐτὸν ἐπιμώτερον εἶχε τῶν κολάκων· πλουτῶν δὲ, καὶ περιέκοπτε, τὰ πολλὰ ὑπεριμῶν, καὶ φορτικὸς ἐδόκει, ὑπομιμνήσκων καὶ τῶν πρόσθεν, καὶ φυλάττειν παρῄνει τὰ μέλλοντα, ἃ μὴ πολλῶν καμάτων ὁ πατὴρ αὐτῷ κτησάμενος, κατέλιπεν ὥστε δὴ ταῦτα, οὐδὲ ὑπὲρ τοὺς κώμους ἐπῆλθε πώποτε ἐπ' αὐτὸν, ἀλλὰ μόνος μετ' ἐκείνων ἐκώμαζε, λανθάνειν πειρώμενος τὸν Ἀγαθοκλέα· καὶ δή ποτε ὑπὸ τῶν κολάκων ἐκείνων ὁ ἄθλιος διαπείθεται, ὡς ἐρᾷη αὐτοῦ Χαρίκλεια, Δημώνακτος γυνὴ, ἀνδρὸς ὑπερφανοῦς, καὶ πρώτου Ἐφεσίων τὰ πολιτικά· καὶ γράμματά τε εἰσέφοιτα παρὰ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ, καὶ στέφανοι ἡμιμάραντοι, καὶ μῆλά τινα ἀποδεδημένα, καὶ ἄλλα ὁπόσα αἱ μαστροποὶ ὑπὲρ τῶν νέων μηχανῶνται, κἂν μικρὸν αὐτοῖς ὑπεντυχώμεναι τοῖς ἐρωτας, καὶ αἰσθόμεναι, ὃ πρῶτον ἐρᾶσθαι νομίζοντας· ἐπαγωγότατον γὰρ τοῦτό γε μάλιστα τοῖς καλοῖς ἐστὶ καὶ οἰομένοις, ἄγρας αὐ λήψεσθαι εἰς τὰ δίκτυα ἐμπεσόντες. ἡ Χαρίκλεια δὲ ἦν ἀστεῖον μὲν γύναιον, ἐταιρικὸν δὲ ἐκ τόπου,

A

B

C

D

ΜΝΕS. At quis tibi è diis noſtratibus? num ſatisfaciat Iupiter Philius? TOX. Et maximè. Ego quoque tibi noſtratem iurabo, meapte in lingua. MNE. Teſtis igitur eſto Iupiter Philius, quæcunque dicturus ſum apud te, ea nimirum vel quæ viderim ipſe, vel vel quæ ab aliis, quoad fieri potuit, diligentiſſimè perceperim, narraturum, nihil ex me ipſo comminiſcentem, alleuantémque. Ac primo quidem loco, Agathoclis Diniæque amicitiam referam, quæ apud Ionas eſt celebratiſſima. Nam Agathocles hic, qui Samius fuit, non ita pridem vixit, vir in amicitia quidem præcipuus, ita vt re declarauit: cæterùm reliquis in rebus vulgo Samiorum nihilo præſtantior, neque genere, neque cæteris item opibus. Huic cum Dinia Epheſio Lyſionis filio amicitia à puero intercefſerat. Porrò Dinias ſupra modum ditatus eſt, & quemadmodum ſolent ij qui nuper opes nacti ſunt, complures & alios ſecum habebat, ſatis quidem idoneos illos & ad comparandum, & ad voluptariam conſuetudinem, ab amicitia verò longè alieniſſimos. Atque inter hos interim habebatur Agathocles, conuiuebátque & compotabat illis, non admodum approbans eam viuendi rationem. Dinias autem nihilo hunc potiorem habebat, quàm cæteros adulatores. Tãdem etiam offendere cœpit, crebriùs obiurgans, moleſtúſque videbatur, quippe qui admoneret eum maiorum, præciperétque vt ſeruaret quæ multo labore parta pater illi reliquiſſet: adeò vt ob hæc ne ad comeſſationes quidem illum deinceps adhiberet, ſed ſolus cum illis comeſſaretur, celare cupiens Agathoclem. Demum ab aſſentatoribus illis miſero perſuaſum eſt quòd adamaretur à Charicleа Demonactis vxore, viri illuſtris, atque inter Epheſios in honoribus ciuilibus primarij. Iam & literulæ à muliere ad illum ventitabant, & ſerta ſemimarcida, & mala quædam admorſa, denique quicquid ad hæc lenæ machinantur in adoleſcentes, quò paulatim illis amorem artibus quibuſdam inſerant, primúmque hac incẽdant opinione, quòd ſeſe credant amari. Nam plurimum illicit & hoc; præſertim eos qui ſibi formoſi videntur: donec imprudentes in caſſes inciderint. Erat autem Charicleа vrbana quidem & elegans muliercula, at ſupra modum meretricia,

Amicorũ I. par. Agathocles & Dinias.

ſempérque illius, quicunque fortè adiiſ- A
ſet, etiam ſi quis admodum leuiter con-
cupiuiſſet: quin ſi vel aſpexiſſes dunta-
xat, protinus adnuebat: nec vllo pacto
metuendum erat ne quando recuſaret
Chariclea: admirabilis autem alioqui
artifex, quaviſque meretrice doctior al-
licere amatorem, & ambiguus quum
adhuc eſſet, totum ſubigere: at quum
iam teneretur, incitare, ac magis magiſ-
que accendere, nunc ira, nunc blandi-
mentis, ac mox faſtidio, deinde inie-
cta ſuſpicione, quaſi ad alium ſeſe de-
flexura eſſet: poſtremò omni ex parte
egregiè docta erat mulier & abſoluta,
artibúſque omnigenis in amantes inſtru- B
cta. Hanc igitur tum Diniæ adulato-
res accerſiuerant in adoleſcentulum,
multáque affimulabant quò eum in a-
morem Charicleæ impellerent. Illa por-
rò quæ complureis iam adoleſcentes
iugularat, & innumerabiles amores fue-
rat mentita, domóſque opulentas euer-
terat, varium quoddam atque inexpu-
gnabile malum: vbi nacta manibus eſt
ſimplicem, & huiuſmodi artium impe-
ritum adoleſcentulum, haudquaquam
amittebat ex vnguibus: ſed vndique
oppugnans tentánſque, vbi iam omnium C
eſſet compos, tum ipſa dum captat,
capta periit, tum infelici Diniæ innu-
merabilium malorum extitit cauſſa.
Nam primùm quidem ſtatim literulas
illa ad illum dat, ac ſubinde miſſitat an-
cillulam, quæ renunciaret vt fleret, vt
vigilaret, poſtremò vt miſera præ amo-
re ſuffocatura eſſet ſeſe: donec iam bea-
tus ille perſuaſus, ſibi formoſus eſſe vi-
deretur, atque Epheſiorum vxoribus
præter cæteros adamabilis. Ac tandem
in congreſſum adductus eſt multis pre-
cibus exoratus. Et ex eo quidem tem-
pore facilis iam erat coniectura, fore D
vt caperetur à muliere formoſa, & ad
voluptatem congredi docta, & in lo-
co flere, & inter loquendum miſera-
biliter ſuſpirare, & iam abeuntem am-
plecti, & adeunti obuiam occurrere,
& formam colere ſic vt maximè placitu-
ra eſſet: interdum vel voce vel cithara
canere: quibus omnibus in Diniã vſa eſt.
At vbi ſenſit excruciari, iámque amore
illaqueatum, ac ſubiugum eſſe factum:
aliud ad hæc excogitat, quo miſerum
ſubuertat: grauidam ſe ex eo ſimulat
(nam hoc quoq; efficax ad magis ac ma-
gis inflammandum ſtultum amantem.)

καὶ τῶ προσηυχόμην ἀεὶ, ἢ εἰ πόθεν ἐπ' ὀλί-
γῳ ἐθελήσοι τις, καὶ εἰ προσίδοι τις μόνον, εὐ-
θὺς ἐπέπηδε, καὶ δέος ὁπόθεν ἰῶ, μή ποι αἰτεί-
ποι Χαρίκλεα. δεινὴ δὲ καὶ τἄλλα τεχνίτις,
πρὸς ἣν τινα βάλλει τὴν ἑταιρῶν ὑποπτεύσα-
σθαι ἐρασήν· καὶ ἀμφίβολον ἔτι ὄντα, ὅλον
ἑαυτῶ ποιήσασθαι, καὶ ἐπεχόμενον ἤδη ὑπιτεῖ-
ναι, καὶ προσεκκαῦσαι, ἄρτι μὲν ὀργῇ, ἄρτι δ'
ἡδυλείᾳ· καὶ μετ' μικρὸν, ὑποφυΐᾳ, καὶ τῷ
πρὸς ἕτερον ἀποκλίναι δοκεῖν, ἢ ὅλη συγκε-
κρότητο ἀπόμαχθαι ἢ γυνή· καὶ πολλὰ μη-
χανήματα προσεφύρασε τῷ ἐρασθῆναι. Καὶ-
τῶν οὖν τότε οἱ Δινίᾳ κόλακες προσφιλονεικοῦσιν ὅτι δ' μειράκιον, καὶ τὰ πολλὰ ὑπεκ-
κωμῴδουν, σιωπῶντες αὐτὸν εἰς τὸν ἔρωτα
τῆς Χαρικλείας. ἡ δὲ, πολλοὺς ἤδη νέους ἐκ-
τεταχηλίσασα, καὶ μυρίους ἐρωτας ὑποκρι-
ναμένη, καὶ οἴκους πολυπαλαίστους ἀναῤῥέψα-
σα, ποικίλον τι καὶ πολυμήχανον κακὸν, πα-
ραλαβοῦσα εἰς τὰς χεῖρας ἁπλοϊκὸν καὶ ἄ-
πειρον τῶν τοιούτων μηχαναμάτων νεανίσκον,
οὐκ ἀῆκεν ἐκ τῶν ὀνύχων, ἀλλὰ περιέχου-
σα πάντα, καὶ ἁλοῦσα, ὅτε ἤδη
πάντα πασιν ἐκφέρει, αὐτή τε ἀπώλετο
ὑπὸ τῆς ἄγρας, καὶ τῷ κακοδαίμονι Δινίᾳ
μυρίων κακῶν αἰτία ἐγένετο. Ὁ μὲν γὰρ πρῶ-
τον βίβλους ἐπέμπε ἐπ' αὐτὸν καθ' ἑκάστην τὰ γράμ-
ματα, καὶ συνεχῶς πεμπομένην τὴν ἄκεσιν,
ὡς ἐδάκρυσε, καὶ ἐπεγρύπνησε, καὶ τέλος, ὡς
ἀπάγξει ἑαυτὴν ἡ ἀθλία ὑπὸ τῦ ἔρωτος,
ἕως δὴ ὁ μακάριος ἐπείσθη καλὸς εἶ), καὶ
ταῖς Ἐφεσίων γυναιξὶ προσεπόμπευε. καί που
συνελήφθη πολλὰ ἱκετευθείς. καὶ ὃ εὐπεύστον
ἤδη ῥᾷον, ὡς ὃ εἰκὸς ἀλώσεσθαι ἔμελλεν
ὑπὸ γυναικὸς καλῆς, καὶ πρὸς ἡδονὴν τε
ἐμελέσας ὑπεσαμένης, καὶ σὺν χειρῶ δακρύ-
σας, καὶ μεταξὺ τῶν λόγων, ἐλεεινῶς ὑποσυ-
ράξας, καὶ ἀπιόντος ἤδη, λαβέσθαι, καὶ εἰσελ-
θόντι προσδραμεῖν, καὶ καλλωπίζεσθαι, ὡς
δὴ μάλιστα ἀρέσαι, καί που καὶ ᾄσαι, καὶ κι-
θαρίσαι· οἷς ἅπασι κατὰ τῦ Δεινίᾳ ἐκέχρητο.
καὶ ἐπεὶ ἤσθετο πεπήρως ἔχοντα, καὶ δεδουλω-
μένον ἤδη τῷ ἔρωτι, καὶ πάνυ γε γλυκυμένον, ἄλ-
λο ὅτι τοῦτο ἐπενόει, καὶ τὸν ἄθλιον ἀπώλ-
λυε. κύειν τε γὰρ ἐξ αὐτῦ σκήπτεται (ἰσχυρὸν
δὲ καὶ τοῦτο, ὀλίγα ἑκάστην προσεκπυρῶσαι)

κὴ οὐκέτι ἐφοίτα πρὸς αὐτὴν, φυλάττεσθαι A Neque posteà commeabat ad illum, affirmans à viro obseruari sese; qui iam amorem persensisset. Hic verò rem iam non vltrà ferre potis erat: neque durare quibat quum illam non aspiceret, sed lacrymabatur, adulatorésque ad sese accersebat, ac Charicleæ nomen inclamabat: imaginémque illius amplexus (candido enim lapide fecerat) eiulabat. Demum in solum abiiciens sese, iactabatur: planéque res extremæ dementiæ speciem obtinebat. Siquidem munera reddita sunt mulieri, non pro malorum aut corollarum pretio, sed solidæ domus, agri, famulæ, vestes florulentæ, auri quantum optaret. Quid multa? Breui Lysionis domus, quæ antea inter Iones nobilissima, exhausta est, atque exinanita. Deinde vbi iam exuccus esset, eo relicto alium quempiam adolescentulum Cretensem bene nummatum venata est, atque ad illum desciuit. Iam videlicet illum adamabat: atque is quidem credebat. Itaque Dinias neglectus non à Charicleæ modò, verùm etiam ab assentatoribus (nam isti quoque ad Cretensem amatorem iam desciuerant) abit ad Agathoclem, iampridem non insciũm quàm illi res miserè haberent. Ac pudescens quidem initiò, tamen exposuit omnia: amorem, egestatem, arrogantiam mulieris, riualem Cretensem: in summa, non victurum sese, nisi cum Charicleæ consuetudinem haberet. Ille verò intempestiuum esse ratus id temporis exprobrare Diniæ, quapropter ex amicis vnũm sese non admisisset, sed tum quidem assentatores suos sibi anteposuisset; diuendita, quam vnam habebat in Samo, domo paterna; pretium illi attulit, talenta tria. Quæ simul atque recepisset Dinias, haud clàm erat Charicleæ: rursus subitò formosus factus: rursus ancilla, & literulæ, & expostulatio, quòd iam diu sese non adisset: concurrerunt item adulatores applaudentes, vt viderunt Diniæ adhuc esse quod daret. Cùm autem pollicitus esset sese venturum ad illam, veniissétque primo ferè somno, essétque intus Demonax, Charicleæ maritus, siue quòd alioqui præsenserat, siue de compositio proditionéque vxoris (nam vtrunque fertur) exiliens velut ex insidiis, & atrium iubet occludere, & Diniam comprehendi;

τὴν ὀχετὸν ἐφοίτα πρὸς αὐτὸν, φυλάττεσθαι ὑπὸ τοῦ ἀνδρὸς λέγουσα, πεπυσμένου τὸν ἔρωτα· ὁ δ' οὐκέθ' οἷός τε ἦν φέρειν τὸ πρᾶγμα, οὐδὲ ἠνείχετο μὴ ὁρᾶν αὐτήν, ἀλλὰ ἐδάκρυε, καὶ τοὺς κόλακας ἐσέπεμπε, καὶ ποιούμενος τῆς Χαρικλείας ἐπεβοᾶτο, καὶ τὴν εἰκόνα περιβαλὼν αὐτῆς (ἐπεποίητο γὰρ λίθου λευκοῦ) ὠλόλυζε, καὶ τέλος, καταβαλὼν ἑαυτὸν εἰς πύδακος, ἐκυλίετο, καὶ λύπῃ ἦν ἀκριβὴς ὁ πρᾶγμα. τὰ μὲν γὰρ δῶρα, ἃ τῇ μὲν ἦν καὶ φαίνας αἰτεδίδοτο αὐτῇ, ἀλλὰ στεφανίαις ὅλαις, καὶ ἀγροῖς, καὶ θεράπαιναις, καὶ ἐσθῆτες διαφθεῖς, καὶ χρυσοῦ ὁπόσου ἐβούλήσατο. καὶ τί γάρ, B ἐν βραχεῖ ὁ Λύσωνος οἶκος ὀνομαστότατος τῶν ἐν Ἰωνίᾳ γενόμενος, ἐξηυτλήθη τότε, καὶ ἐξεκενώθη· εἶτα ὡς ἤδη ἀῶς ἦν, ἀπολιποῦσα αὐτὸν, ἄλλον τινὰ Κρῆτα νεανίσκον τῶν ἐπιχωρίων, ἐθήρα, καὶ μετέβαινεν ἐπ' ἐκεῖνον, ἤδη ἅπαντα αὐτοῦ, καὶ ἐκείνου ὑπίσχνουμένου. ἀμελούμενος δὴ οὖν ὁ Δεινίας, οὐχ ὑπὸ τῆς Χαρικλείας μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ τῶν κολάκων (κἀκεῖνοι γὰρ ὅτι τὸν Κρῆτα ἤδη τὸν ἐρώμενον μετελήλυθεσαν) ἔρχεται πρὸς τὸν Ἀγαθοκλέα, καὶ πάλαι εἰδότα ὡς ἔχοι πονηρῶς τὰ πράγματα αὐτῷ, C καὶ αἰδούμενος ὅ τι ποιῇ, ὅμως διηγεῖτο πάντα, τὸν ἔρωτα, τὴν ἀπορίαν, τὸν Κρῆτα, καὶ τέλος, ὡς ὑβρίσθη) μὴ οὐχὶ σιωπῶν τὴν Χαρικλείαν. ὁ δὲ, ἀκαιρεῖν εἰ) νομίσας ἐπὶ τούτῳ ἀπομνημονεύειν τῷ Δεινίᾳ, ὅτι οὐ πρεσβύτερον αὐτὸν τῶν φίλων, ἀλλὰ τοὺς κόλακας αὐτοῦ πρεσβύτερα, τότε, ἐν μόνῳ εἶχε πατρῴαν οἰκίαν ἐν Σάμῳ, ἀπεμπολήσας, ἦκεν αὐτῷ τὴν τιμὴν κομίζων, τρία τάλαντα. λαβὼν δὲ ὁ Δεινίας, οὐκ ἀφανὴς ἦν τῇ Χαρικλείᾳ, D καλός ποθεν αὖθις γεγονὼς· καὶ αὖθις ἡ ἄλοφα, καὶ τὰ γραμμάτια, καὶ μέμψις, ὅτι μὴ πολλῷ χρόνῳ ἀφίκετο, καὶ οἱ κόλακες συνέθεον, ὑπιπταλαμησόμενοι, ὁρῶντες ἐδώδιμον ἔτι ὄντα τὸν Δεινίαν. ὡς δ' ἐπανέρχετο ἤδη πρὸς αὐτὴν, καὶ ἦκε περὶ τὸν πρῶτον ὕπνον, καὶ ἔνδον ἦν ὁ Δημώναξ ὁ τῆς Χαρικλείας ἀνὴρ, εἴτε καὶ ἄλλως αἰσθόμενος, εἴτε καὶ ἀπὸ συνθήματος τῆς γυναικὸς (ἄμφω γὰρ λέγεται) ἐπηνάστας, ὥσπερ ἐκ λόχου, τὴν τε αὐλὴν ἀποκλεῖσαι ἐκέλευε, καὶ συλλαμβάνειν τὸν Δεινίαν,

Neque posteà commeabat ad illum, affirmans à viro obseruari sese; qui iam amorem persensisset. Hic verò rem iam non vltrà ferre potis erat: neque durare quibat quum illam non aspiceret, sed lacrymabatur, adulatorésque ad sese accersebat, ac Charicleæ nomen inclamabat: imaginémque illius amplexus (candido enim lapide fecerat) eiulabat. Demum in solum abiiciens sese, iactabatur: planéque res extremæ dementiæ speciem obtinebat. Siquidem munera reddita sunt mulieri, non pro malorum aut corollarum pretio, sed solidæ domus, agri, famulæ, vestes florulentæ, auri quantum optaret. Quid multa? Breui Lysionis domus, quæ antea inter Iones nobilissima, exhausta est, atque exinanita. Deinde vbi iam exuccus esset, eo relicto alium quempiam adolescentulum Cretensem bene nummatum venata est, atque ad illum desciuit. Iam videlicet illum adamabat: atque is quidem credebat. Itaque Dinias neglectus non à Charicleæ modò, verùm etiam ab assentatoribus (nam isti quoque ad Cretensem amatorem iam desciuerant) abit ad Agathoclem, iampridem non insciũm quàm illi res miserè haberent. Ac pudescens quidem initiò, tamen exposuit omnia: amorem, egestatem, arrogantiam mulieris, riualem Cretensem: in summa, non victurum sese, nisi cum Charicleæ consuetudinem haberet. Ille verò intempestiuum esse ratus id temporis exprobrare Diniæ, quapropter ex amicis vnũm sese non admisisset, sed tum quidem assentatores suos sibi anteposuisset; diuendita, quam vnam habebat in Samo, domo paterna; pretium illi attulit, talenta tria. Quæ simul atque recepisset Dinias, haud clàm erat Charicleæ: rursus subitò formosus factus: rursus ancilla, & literulæ, & expostulatio, quòd iam diu sese non adisset: concurrerunt item adulatores applaudentes, vt viderunt Diniæ adhuc esse quod daret. Cùm autem pollicitus esset sese venturum ad illam, veniissétque primo ferè somno, essétque intus Demonax, Charicleæ maritus, siue quòd alioqui præsenserat, siue de compositio proditionéque vxoris (nam vtrunque fertur) exiliens velut ex insidiis, & atrium iubet occludere, & Diniam comprehendi;

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ignem ac flagra minitans, neque non gladium tanquam in mœchum educens. Ille porrò reputans quibus in malis esset, vecte quopiam, de proximo, vt iacebat, arrepto, tum ipsum occidit Demonactem, in tempus adigens: tum Charicleam: atque hanc quidem non ictu vno, verumetiam & vecte sæpius, & postea Demonactis gladio feriens. At famuli interea muti stabant, rei nouitate attoniti: deinde comprehendere conati, quum in hos quoque ferro insiliret, ipsi quidem aufugerunt, Dinias autem clàm sese subduxit, tanto patrato facinore. Et ad auroram vsque apud Agathoclem diuersabatur: paritérque & quæ facta essent reputabant, & quid in posterum esset euenturum, considerabant. Vt autem diluxit, milites aderant (iam enim res erat diuulgata) comprehensúmque Diniam, nec hunc inficiantem homicidium, adducunt ad præfectum qui per id tempus Asiam moderabatur. Hic eum ad Persarum regem remittit. Nec ita multo pòst relegatus est Dinias in Gyaron insulam, ex Cycladibus vnam, damnatus à rege, vt in ea, quoad viueret, exularet. Agathocles autem cùm reliquis in rebus nunquam abfuerat, tum pariter soluit in Italiam, & amicorum solus vnà est in iudicium comitatus, neque vsquam defuit officio. Porrò vbi iam in exilium profectus est Dinias, ne tum quidem desertus est ab amico: quin potiùs ipse suapte sponte damnatus versabatur in Gyaro, simúlque cum illo exulem agebat. At quum iam rerum necessariarum omnium inopia laborarent, locans seipsum purpurariis, vnà cum aliis victitabat; quódque hinc partum est, referens, Diniam alebat. Quin & ægrotanti diutissimè inseruiuit: & vbi vita defunctus est, noluit vnquam in patriam reuerti, verùm inibi perseuerauit in insula, pudori sibi fore ratus, si vel mortuum amicum deseruisset. Hoc tibi Græci factum amici retulerim, quod quidem non ita pridem accidit: haud enim scio si anni quinque præterierint quòd Agathocles in Gyaro mortem obiit. TOXA. At vtinam iniuratus ista Mnesippe dixisses, videlicet quò mihi fas esset eis non habere fidem. Adeò Scythicum quendam amicum Agathoclem istum descripsisti: quin vereor ne quem & alium isti similem narres.

πῦρ καὶ μάστιγας ἀπειλῶν, καὶ ξίφος ὡς ἐπὶ μοιχὸν ἀπασάμενος. ὁ δὲ, συνιδὼν οὗ κακῶν ἐῶν, μοχλόν τινα πλησίον κείμενον ἁρπάσας, αὐτόν τε ἀποκτείνει τὸν Δημώνακτα, παίσας εἰς τὸν κρόταφον· καὶ τὴν Χαρίκλειαν, οὐ μιᾷ πληγῇ ταύτην, ἀλλὰ καὶ πολλάκις μοχλῷ πολλάκις, καὶ τῷ ξίφει τῷ Δημώνακτος ὕστερον. οἱ δ' οἰκέται τὸ μὲν ἑπὶ καστον ἄφωνοι, τῷ παραδόξῳ τοῦ πράγματος ἐκπεπληγμένοι, εἶτα πειρώμενοι συλλαμβάνειν, ὡς καὶ αὐτοῖς ἐπήει μετὰ τοῦ ξίφους, ἔφυγον μὲν ἐπέφυγον, ὁ Δεινίας δὲ ἐπεξέρχεται, τηλικοῦτον ἔργον ἐργασάμενος· καὶ ὁ μὲν ἐν τοῖς ἔνδον παρὰ τῷ Ἀγαθοκλεῖ διέτριβεν, ἀναλογιζόμενος τὰ πεπραγμένα, καὶ τοῖς μέλλουσι, ὅ, τι ἀποβήσεται σκοπούμενος· ἕωθεν δὲ οἱ στρατιῶται παρῆσαν (ἤδη γὰρ τὸ πρᾶγμα διεβεβόητο) καὶ συλλαβόντες τὸν Δεινίαν, οὐδ' αὐτὸν ἑξαρνον ὄντα μὴ οὐχὶ πεφονευκέναι, ἀπάγουσι παρὰ τὸν ἄρχοντα, ὃς ἦρχε τηνικαῦτα τῆς Ἀσίας τότε· ὁ δὲ, βασιλεῖ τῷ μεγάλῳ αἰτιᾶται πέμπει αὐτόν· καὶ μετ' οὐ πολὺ κατεπέμφθη ὁ Δεινίας εἰς Γύαρον νῆσον τῶν Κυκλάδων· ἐν ταύτῃ φυγὴν εἰς ἀεὶ τεταγμένος ὑπὸ τοῦ βασιλέως. ὁ δὲ Ἀγαθοκλῆς, καὶ τἆλλα μοῦ συνῆν, ἐς Ἰταλίαν, καὶ συνεξῆλθεν εἰς τὸ δικαστήριον μόνος τῶν φίλων, οὐδὲ ἐνταῦθα ἐνέλιπεν. ἐπεὶ δὲ ἤδη ἔφυγεν ὁ Δεινίας, οὐδὲ τότε ἀπελείφθη τοῦ ἑταίρου· καταδικάσας δὲ αὐτὸς ἑαυτῷ, διέτριβεν ἐν Γύαρῳ, καὶ συνέφυγεν αὐτῷ· καὶ ὅπως πάντα πορισάσιν ἡ πορεία τῶν ἀναγκαίων, τοῖς ἑαυτὸν τῆς πορφυρείοις συγκατεδύετο, καὶ τὸ γινόμενον ἐκ τούτου ἀνέφερεν, ἔτρεφε τὸν Δεινίαν, καὶ νοσήσαντα μὲν ὑπερημέρησεν, ἐθεράπευσε, καὶ ἀποθανόντος, οὐκέτι ἐπανῆλθεν εἰς τὴν ἑαυτοῦ ἠθέλησεν, ἀλλ' αὐτοῦ ἐν τῇ νήσῳ ἔμεινεν, αἰσχυνόμενος καὶ τεθνεῶτα ἀπολιπεῖν τὸν φίλον. τοῦτό σοι ἔργον φίλου Ἕλληνος, ἃ τοῖς πολλοῖς νομίζεται, ἐπὶ γὰρ οὐκ οἶδα εἰ πέντε διελήλυθεν, ἀφ' οὗ Ἀγαθοκλῆς ἐν Γύαρῳ ἀπέθανε. ΤΟ. καὶ εἴθε γε, ὦ Μήσιππε, ἀνώμοτος ὢν ταῦτα ἔλεγες, ἵνα καὶ ἀπιστεῖν οὐκ ἐδυνάμην αὐτοῖς, ὥστε Σκυθικόν τινα φίλον τὸν Ἀγαθοκλέα τοῦτον διηγήσω· πλὴν μή τινα καὶ ἄλλον ὅμοιον εἴπῃς αὐτῷ.

ΜΝΗ. ἄκουε τοίνυν καὶ ἄλλου, ὦ Τέξαρι, Εὐθύδικον τὸν Χαλκιδέα. διηγεῖτο δέ μοι περὶ αὐτοῦ Σίμυλος ὁ ναύκληρος ὁ Μεγαρικός, ἐπομοσάμενος μὴν αὐτὸς ἐωρακέναι τὸ ἔργον. πλεῖν μὲν γὰρ ἔφη ἐξ Ἰταλίας Ἀθήναζε περὶ δύσιν Πλειάδος, συλλεγομένης πνεῦ- A
μα τῶν νεφῶν λέγων, ἐν ᾧ τοίνυν καὶ τὸν Εὐθύδικον, καὶ μετ' αὐτοῦ, Δάμωνα τὸν Χαλκιδέα, καὶ τὸν τοῦ ἑταίρου αὐτοῦ ἡλικιώτην ὄντα, τὸν μὲν Εὐθύδικον, ἐρρωμένον, καὶ καρτερὸν τὸν Δάμωνα, ὑπωχρὸν, καὶ ἀσθενικὸν, ἀεὶ ἐν νόσοις μακραῖς, ὡς ἔδοκεν, αἰεὶ τὰ πολλὰ ἄγοντα. μετὰ δὲ τοῦτο Σικελίας, δι' εὐτυχίας ὀλίγα πλεύσαντας ἔφη ὁ Σίμυλος σφᾶς ἐπεὶ τὸν πορθμὸν ὀλίγα ἀπέστησεν, ἐν αὐτῷ ἤδη τῷ Ἰονίῳ ἐπλέομεν, χειμῶνα μέγιστον ὁπιπτοῦν αὐτοῖς. καὶ τὰ μὲν πολλὰ, τί ἂν τις λέγοι, τεινομένας πνεῦμα, καὶ τροπίλους, καὶ χαλάζας, καὶ ἄλλα, ὅσα χειμῶνος κακά; ἐπεὶ δὲ ἤδη σφᾶς κατὰ τὸν Ζάκυνθον εἶχε, ἀπὸ ψιλῆς τῆς κεραίας πλέοντας, ἔτι καὶ σπείρας τινὰς ἐπισυρομένους, ὡς ῥᾷστον ὑποδέχεσθαι τὴν ὁρμὴν, ἐν μέσαις νυξὶ, οἷς ἐν τοιούτῳ σάλῳ ναυτιάσματα τὸν Δάμωνα, ἐμεῖν ἐξηνεφθαι εἰς τὸν θάλασσαν εἶπε, οἶμαι, τῆς νεὼς διαφερούσης ἐς ὁποτέραν μέρος ὑπολυθείσης, καὶ τῶν κυμάτων σὺν ἀπορρόμβῳ ἐκπιπτόντων αὐτὸν ὑπὸ τὸν κεφαλὸν ἐς τὸ πέλαγος, ἐνδὺς γυμνὸν τὸν ἄθλιον, ὡς δὴ καὶ ῥᾷον διαφθαρῆναι· θύρας οὖσαν ἐπιφερόμενον, ἐς μέσης ἑαυτὸν ἐμφέρεσθαι τοῦ κλύδωνος. τὸν δὲ Εὐθύδικον, ὡς ἤκουσε (τυχεῖν γὰρ γυμνὸν ἐν τῇ δίνῃ ὄντα) ῥίψαι ἑαυτὸν εἰς τὸν θάλασσαν, καὶ καταλαβόντα τὸν Δάμωνα ἤδη ἀπαγρεύοντα (φαίνεσθαι γὰρ ὀλίγα ταῦτα, τῆς σελήνης καταλαμπούσης) συμπεριλαβεῖν, καὶ συνεκκομίζειν σφᾶς ὀπίσω· καὶ μὴν αὐτοῖς βοηθῆσαι, καὶ ἐλέσθαι τὴν συμφορὰν τὴν ἀνδρὸς, μὴ διαφθαρῆναι, μεγάλῳ τῷ πνεύματι ἐλαυνομένους, πλὴν ἐκφυά τε ποιῆσαι, φελλούς τε γὰρ πολλοὺς ἀφεῖναι αὐτοῖς, καὶ τοῦτων τινας, ὡς ὑπὸ τούτων ὑποστηρίζεσθαι, εἴ τινι αὐτῶν περιτύχοιεν, καὶ τέλος, καὶ τὸν ὑποβάθρας αὐτὸν, ἐμπεσεῖν αὐτοῖς, ἐμμεῖναι οὐδαμοῦ. συνόλως τοίνυν πρὸς θεῶν, ὦ τίνα ἄν τις ἄλλην ὑπόδειξιν ὑπόδειξαι θυσίας ἑκατοτέραν πρὸς ἄνδρα φίλον, ἐν νυκτὶ ἐκπεσόντα εἰς πέλαγος ὕπνου ἠμελημένον, ἢ κοινωνήσας τοῦ θανάτου;

MNE. Audi iam & alium Toxari, Euthydicum Chalcidenſem. Retulit autem mihi de hoc Simylus naucleru Megarenſis, adiurans profectò ſe teſte rem factam eſſe. Aiebat enim nauigaſſe ſeſe ex Italia Athenas, circiter Pleiadum occaſum, collectitios quoſdam homines vehementem in his fuiſſe Euthydicum, vnáque cum hoc Damonem Chalcidenſem eiuſdem amicum. Ac natu quidem eos æquales fuiſſe: verùm Euthydicum valentem robuſtúmque: Damonem contrà ſuppallidum atque valetudinarium, quaſi qui nupet (vt apparebat) ex diuturno morbo reualuiſſet. Itaque ad Siciliam vſque feliciter aiebat Simylus nauigaſſe ipſos. Cæterùm vbi tranſmiſſo freto, in ipſo iam Ionio mari nauigarent, tempeſtatem maximam eis incubuiſſe. Quid autem attinet multa referre? immaneis quaſdam procellas ac ſinuoſas, tùm grandines, & ſi quæ alia tempeſtatis mala? Vt verò iam haud procul abeſſent à Zacyntho, nuda nauigantes antenna, præterea & funes quoſdam trahentes, quò nimirum vim impetúmque fluctus exciperent: circiter noctis medium, Damonem, qui in tanta iactatione nauſearet, vomuiſſe in mare propendentem. Deinde, vt coniicio, naue vehementiùs in eam partem in quam ille propendebat, inclinata, ſimúlque propellente fluctu excidiſſe eum prono capite in pelagus: neque nudum tamen, videlicet vt miſero vel natare commodè liceret. Mox itaque ſuccłamaſſe cùm præfocaretur, vixque ſeſe ab vndis ſuſtolleret. Porrò Euthydicum ſimul atque audiſſet (nam forte fortuna nudus in ſtrato tum erat) abieciſſe ſemet in mare, arreptóque Damone, qui iam deficiebat (diutiùs enim iſta videri poterant, luna ſcilicet relucente) vnà iuxta illum naſſe, ac ſubleuaſſe. Ac voluiſſe quidem illis opitulari ſeſe, miſeratos virorum calamitatem, verùm nequiſſe, quòd vento præualido raperentur. Illud tamen feciſſe, ſubera complura ad illos proiecciſſe, tum ex contis aliquot, vt ab his ſuſpenſi natarent, ſi quem fortè ex eis nanciſcerentur, poſtremò ſcanſoria quoque tabulata, quæ quidem erant neutiquam exigua. Cogita iam per deos, quod aliud grauius beneuolentiæ documẽtum quiſquam edere queat in hominem amicum, qui noctu decidiſſet in mare vſque adeò ſæuiens, quàm communicata morte?

Hi par. Euthydicus & Damon Chalcidenſes.

Iámque adeò mihi ante oculos pone imminentes procellas, fragorem aquæ sese agglomerantis, spumam vndique effervescentem, noctem, ac desperationem, ad hæc illum iam præfocari incipientem, vixque vndis extantem, manúsque porrigentem amico: hominem autem incontanter insilientem, simúlque nantem, & prorsùs quàm sollicitum ne soprior Damon interiret. Sic enim profectò cognosces quòd haud ingenerosum hunc quoque amicum, videlicet Euthydicum, retulerim. TOXARIS. Verùm perierunt, viri, Mnesippe, an salvi quæpiam ex insperato illis contigit? Adeò ego illis non mediocriter timui. MNESIPPVS. Bono animo es Toxaris, servati sunt, quin hodiéque Athenis agunt ambo, philosophiæ dantes operam. Nam Simylus ea demum narrare poterat, quæ noctu videre licuit, hunc delapsum, illum desilientem, simúlque nantes, quatenus per noctem dabatur aspicere. Porrò quæ post hæc acciderint, Euthydicus ipse narrat. Primùm quidem, subera quædam fortè nactos, sustendisse de his sese, atque ita hærentes fluitasse, sanè quàm incommodè. Deinde vbi tabulata conspexissent, iam sub auroram annasse, conscensisque illis, commodè deinde nantes appulisse Zacynthum. Post hos autem, qui neutiquã mali sunt, vt ego quidem autumo, accipe iam tertium, nihilo istis inferiorem. Eudamidas Corinthius Aretæo Corinthio & Charixeno Sicyonio amicis vtebatur, & iis quidem opulentis, quum ipse pauperrimus esset. Hic vita decedens, testamentum reliquit alus quidem fortasse deridiculum, tibi verò haud scio an tale sit appariturum, viro probo, & apud quem amicitia in pretio sit, quique vel cum præcipuis in ea certare queas. Sic enim in eo scriptum erat: Lego Aretæo quidem matrem meam alendam, atque in senecta fouẽdam: Charixeno verò filiam meam elocandam cum dote, quanta ab illo maxima dari poterit. (Erat autem illi mater anus, ac filiola iam matura nuptiis.) Si quid autem interim acciderit alterutri, huius quoque partem, inquit, alter habeto. Huiusmodi lecto testamento, ij qui tenuitatem quidem Eudamidæ nouerant, at amicitiam quæ illi cum his viris intercesserat, ignorabant, rem pro ludo iocóque ducebant. Nemo certè aderat qui non cum risu discederet,

III Eudamidas, Aretæus, Corinthij, & Charixenus Sicyonius.

ῥᾴδιόν σοι δοθῆναι. ὁρῶ γοῦν σε τὰ πολλὰ παρακούοντα, βύβλιμόν σου τοῖς ἀσὶν ὄντα. ἓν δὲ καὶ τοῦτο ῥᾷστον ἐθελήσειν σοὶ δοῦναι μοι γένεσθαι. ΖΕ. τί τοῦτό ἐστιν, ὦ Κυνίσκε; οὐ γὰρ ἀτυχήσεις, καὶ μάλιστα μετρίων, ὡς ἔφης, δεόμενος. ΚΥΝ. ἀποκρίναι δή μοι πρός τι σοῦ χαλεπὴν ἐρώτησιν. ΖΕ. μηδαμῶς ἀλλ' ἀληθῶς οὐχί, καὶ παρέσχημας, ὥστε ἐρώτα ὁπόσα αὐτὸς ἐθέλεις. ΚΥ. ἰδοὺ ταῦτα, ὦ Ζεῦ· ἀνεύπλως γὰρ ἀληθοῦσι καὶ οὐ τὰ Ὁμήρου καὶ Ἡσιόδου ποιήματα εἰπὼν σοῦν μοι, εἰ ἀληθῆ ἐστιν ἃ περὶ τῆς Εἱμαρμένης καὶ τῶν Μοιρῶν ἐκεῖνοι ἐρραψῳδήκασιν, ἄφθικτα ἅπαντα), ὁπόσα αὖ αὐτὰ ὑπάρχοντα γίνεσθαι ἐκεῖνα. ΖΕ. καὶ πάνυ ἀληθῆ ταῦτα. ἔστιν γάρ ἐστιν, ὅτι μὴ αἱ Μοῖραι διαπάπτουσιν, ἀλλὰ πάντα ὁπόσα γίνεται ὑπὸ τῶν τούτων ἀπράκτων τρεφόμενα, βύβλους ἐξ ἀρχῆς ἕκαστον ὑπεκλωσμένοις ἔχει τὸν ἀπόβασιν, καὶ οὐ δήμις ἄλλως γενέσθαι. ΚΥ. σκοπῶ ὁπότου ὁ αὐτὸς Ὁμηρος ἐν ἑτέρῳ μέρει τῆς ποιήσεως λέγῃ· [αι.

Μὴ γάρ ῥα Μοῖραν δόμον Ἄϊδος εἰσαφίκηαι καὶ τὰ ἑκάστα, λυφρὴ δηλαδὴ φήσομεν τότε αὐτόν; ΖΕ. καὶ μάλα· ἔστιν γὰρ οὕτω γέγραπται, ἐξω τοῦ νόμου τῆς Μοίρας, ἔστι γάρ ὃ λέγον. οἱ ποιηταὶ δέ, ὁπόσα μὴ ἐν ταῖς Μούσαις κατεχόμενοι ἄδουσιν, ἀληθῆ ταῦτά ἐστιν. ὁπότου δὲ ἀφῶσιν αὐτοὺς αἱ θεαί, καὶ καθ' αὑτοὺς ποιῶσι, τότε δὴ καὶ σφάλλονται, καὶ ἐναντία πῇς πρόσθεν διεξέρχονται. καὶ συγγνώμη, εἰ αὐθέκαστοι ὄντες, ἀγνοοῦσι τἀληθές, ἀπελθόντος ἐκείνου, ὃ πέρα πρόσθεν, ἐρραψῳδήκασιν. ΚΥΝ. ἀλλὰ τοῦτο μὲν οὕτω φήσομεν. ἐπὶ δὲ κἀκεῖνό μοι ἀπόκρινας. οὐ τρεῖς αἱ Μοῖραί εἰσι Κλωθώ, Λάχεσις, Ἄτροπος, καὶ Ἄνανκη; ΖΕ. πάνυ μὲν οὖν. ΚΥ. ἡ Εἱμαρμένη τοίνυν, καὶ ἡ Τύχη (πολὺ θρύλλητοι γὰρ καὶ αὗται) τίνες εἰσίν, ἢ τί δύνανται αὐτῶν ἑκατέρα; πότερον, ἢ ἴσα ταῖς Μοίραις, ἢ τι ὑπὲρ ἐκείνας; ἀκούω γοῦν ἀπάντων λεγόντων μηδὲν εἶναι Τύχης καὶ Εἱμαρμένης δυνατώτερον. ΖΕ. καὶ δῆτα ἄπορά σε, εἰδέναι, ὦ Κυνίσκε.

largitu haudquaquã facilia. Itaque permulta eiuſmodi illis ſolicitè expetentibus, ſurdis auribus video te negligere. Cæterùm vnum illud facillimum à te mihi velim contingere. IVP. Quid hoc verò rei eſt Cyniſce? neque enim indigentia diutiùs diſcruciaberis, maximè ſi rerum mediocrium, vt ais, inopia conflictaris. CYN. Reſponde mihi ad quæſtionem quandam non difficilem. IVP. Exiguum profectò votum, & præſtatu facile. Proinde quære quæcunque fert animus. CYN. Vide Iupiter: etenim veriſimile eſt & tibi videlicet Homeri atq; Heſiodi lecta eſſe poëmata. Dic ergo mihi, num vera credenda ſunt iſta quæ de Fato & Parcis illi conſarcinatis cecinerunt verſiculis: & an nullo modo ea vitari queant, quęcunque illę cuique naſcẽtium fatali decreto adneuerint. IVP. Et valde quidem vera ſunt iſta. Etenim in rebus humanis nihil eſt quod Parcarum diſpenſatione & conſilio non ordinetur: verùm omnia quæcumque fiunt, dum ſub illarum colo circumferuntur, ſtatim ab initio vnum quodque illorum certum & infallibilem ſortitur euentum, nec fas eſt aliter fieri. CYNI. Proinde quoties Homerus alia in parte ſuæ poëſeos dixerit,

Inferane Parcis inuitis regna ſubintret,

ac id genus alia, nugari videlicet tunc illũ dicemus? IVP. Et maximè: nihil enim extra Parcarum legem fieri credendum eſt, atque adeò præter linum. Cæterùm poëtæ quæcunque ex Muſis ſuggeſta cecinerint, illa vera habenda ſunt. Porrò quoties à Deabus deſeruntur, ac per ſe aliquid literis ac memoriæ proditum protulerint, tunc à vero tota via aberrant, neque non cum prioribus pugnantia atque contraria commemorant. Et ignoſcendum quidem facinus, ſi, cùm homines ſint, veritatem ignorent, præſertim illo digreſſo numine, quod præſens per illos canere ſolebat. CYNI. Atqui hoc ſanè ita ſe habere dicemus. Ad hæc verò & illud mihi reſponde: Nónne tres ſunt Parcæ, nempe Clotho, Lacheſis, & Atropos? IVPITER. Rectè putas. CYNISCVS. Fatum ergo & Fortuna, cùm & ipſæ Deæ ſint, multum vulgò celebratæ, cuiuſmodi ſunt, aut quænam vnicuique illarum eſt potentia? An verò æqualem cum Parcis ſortem obtinent, aut maiore quàm illæ in rebus humanis gubernandis potentia præditæ ſunt? Paſſim enim omnes affirmantes audio, Fortuna & Fato nihil vſpiam eſſe potẽtius. IVP. Haud fas eſt omnia tibi comperta eſſe, ô Cyniſce.

An idem Fortuna, Fatum, & Parca.

Cuius ergo gratia hæc de Parcis me interrogasti? CYN. Si priùs mihi Iupiter & illud expoſueris, num & in vos illæ imperium obtinent, & neceſſum ſit ex illarum lino vos pendere. IVP. Neceſſarium omnino, ô Cyniſce: quid ergo riſiſti? CYN. Cõmodùm Homeri illi verſiculi in mentem mihi venerunt, quibus te in Deorum concilio concionantem introduxit, & dignanter comminantem te catena quadam aurea omnia ſurſum ſubducturum. Etenim dixeras, catenam cœlitus te demiſſurum, ac tunc ſi velint omnes Dij ex illâ pendentes, quanuis certatim ſummo ſtudio te conarentur detrahere, nullo tamen modo te loco eſſent moturi. Te verò, ſi lubitum foret, nullo negotio vniuerſos

Vnà cum terráque & vaſto gurgite ponti

velle ſubducere. Tunc equidem inuſitato & admirando membrorum robore pollere mihi videbare: ac mirificè inhorreſcebam animo audiendo verſiculos. Nunc autem te ipſum video vnà cum catena & verbis tuis minaciſſimis, à tenui filo, vt ais, pendentem. Videtur itaque mihi multo iuſtiùs Clotho arroganter gloriari poſſe, quòd & teipſum in ſublime tractum, & ex colo pendulum videat, quemadmodum piſcatores ex calamo ſubductos contuentur piſciculos. IVPIT. Haud compertum habeo quid iſtæ tuæ ſibi velint quæſtiunculæ. CYN. Illud nimirum Iupiter: & per Parcas ac Fatum te obſecro, ne acerbè atque grauiter accipere velis, ſi veritatem ore liberiore protulero. Si enim iſta, vt dicis, ita ſe habent, & Parcæ omnium rerum poteſtatem & gubernationem obtinent, & nihil à quoquam eorum quod illis decretum eſt, immutari poteſt: cuius ergo gratia vobis nos homines ſacrificamus quamobrem hecatombas vobis ad aras adducimus, votis expetentes bona nobis veſtra largitione contingere? Neque enim video quem fructum ex tanta cura, & ſacrificãdi ſtudio capimus, ſi neque malorum auerſiones ipſis precibus inuenire poſſumus, neque aliud bonum diuinitus datum conſequimur. IVPIT. Noui vnde tibi iſtæ ſuppetant argutiæ, & immodeſtæ interrogatiunculæ, nempe ab execrandis & maledictis iſtis Sophiſtis, qui nulla prouidentia res humanas adminiſtrari garriunt. Itaque illi eiuſmodi crebris quæſtionibus impietatis ductu perquirunt in hoc, vt à ſacrificando & votis nuncupandis auertant homines, tanquam vulgare quiddam eſſet.

Ita & Iupiter Fato ceſſabat.

τίνος δ' οὖν ἕνεκα ἠρώτησάς ποτε περὶ τῶν Μοιρῶν; ΚΥΝ. ἰὼ πρόπεφνον μοι, ὦ Ζεῦ, καὶ κεῖνο εἶπης, εἰ καὶ ὑμῖν αὗται ἄρχουσι, καὶ ἀνάγκη ὑμῖν ἠρτῆσθαι ἀπὸ τοῦ λίνου αὐτῶν. ΖΕΥΣ. ἀνάγκη, ὦ Κυνίσκε. τί δ' οὖν ἐμειδίασας; ΚΥΝΙ. ἀνεμνήσθην ἐκείνων τῶν Ὁμήρου ἐπῶν, ἃ οἱ πεποίηταί σου ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τῶν θεῶν δημηγοροῦντος, ὁπότε ἠπείλεις αὐτοῖς ὡς ἀπὸ σειρᾶς τινος χρυσῆς ἀναρτησόμενος τὰ πάντα. ἔφης γὰρ αὐτὸς, τείνειν μὲν σφᾶς, καθήσειν δὲ οὐρανοῦ, ἓν δεσμὸν ἅπαντας, εἰ βούλοιντο, ἐκκρεμασθησόμενοι, καταπαῦσαι βιάζεσθαι, σὲ μέντοι κατασπάσειν μὲ, σὺ δὲ ὁπότε θέλοις, ῥᾳδίως ἅπαντας

Αὐτῆς καὶ γαίης ἐρύσαις, αὐτῆς τε θαλάσσης.

τότε μὲν οὖν θαυμάσιος ἐδόκεις μοι τὴν ἰδέαν, καὶ ὑπερφερὲς τι μεγαθος ἀνιέναι τῶν ἄλλων θεῶν. νυνὶ δὲ, αὐτόν σε καὶ ὁρῶ μετὰ τῆς σειρᾶς, καὶ τῶν ἀπειλῶν, ἀπὸ λεπτοῦ νήματος, ὡς φῄς, κρεμάμενον. δοκεῖ δ' οὖν μοι δικαιότερον αὐτὴ Κλωθὼ μεγαλαυχήσασθαι, ὡς καὶ αὐτόν σε ἀνάσπαστον ἤδη ὁρῶσα ἐκ τοῦ ἀιθέρος, καθάπερ οἱ ἁλιεῖς ἐκ τῶν καλάμων τὰ ἰχθύδια. ΖΕΥΣ. σὺκ οἶδ' ὅ, τι σοι βούλεται τὰ ἐρωτήματα. ΚΥΝ. ἐκεῖνο, ὦ Ζεῦ, καὶ πρὸς τῶν Μοιρῶν, καὶ τῆς Εἱμαρμένης, μὴ πρὸς ὀργὴν ἀκούσῃς μου, παλινδῶ μὲν παῤῥησίας λέγοντος· εἰ γὰρ οὕτως ἔχει ταῦτα, ἢ πάντων αἱ Μοῖραι κρατοῦσι, καὶ οὐδὲν ἂν ἐκ τοῦ ἀδήλου ἐπὶ ἀλλαγὴν τῆς ἅπαξ δοξάντων αὐταῖς, τίνος ἕνεκα ὑμῖν οἱ ἄνθρωποι θύομεν, καὶ ἑκατόμβας προσάγομεν, εὐχόμενοι γενέσθαι ἡμῖν παῤ ὑμῶν τὰ ἀγαθά; οὐ γὰρ ὁρῶ γε ὅ, τι ἂν ἀπολαύσαιμεν τῆς θυμελείας ταύτης, εἰ μήτε τῶν φαύλων ἀποστρέψαι εὐρέσθαι δυνατὸν ἡμῖν ἐκ τῶν εὐχῶν, μήτε ἀγαθοῦ τινος ἀνεδότου ἐπιτυχεῖν. ΖΕ. εἰδὰ ὅτι σοι τὰ κομψὰ ταῦτα ἐρωτήματα ἐστὶ, καὶ τῶν κατηραμένων σοφιστῶν, οἳ μηδεμίαν ἡμᾶς τῶν ἀνθρώπων φασὶν προνοίᾳ τὰ τοιαῦτα ἐρωτᾶσιν ἐπ' ἀσεβείᾳ, ἀποτρέποντες, καὶ τοὺς ἄλλους θύειν, καὶ εὔχεσθαι, ὡς εἰκαῖον ὂν

ἡμᾶς

ἡμᾶς γὲ οὔτε ὁπτιμελεῖσθαι τῶν τοιούτων πρὸς ὑμῶν, οὔτ' ὅλως τι δυνάσθαι πρὸς τὰ ἐν τῇ γῇ πράγματα· πλεῖστα δ' γελᾶσόμαί γε, τὰ τοιαῦτα διεξιόντες. ΚΥ. ἀλλὰ μὰ τὸν τῆς Κλωθοῦς ἄτρακτον, ὦ Ζεῦ, οὐκ ἂν ἐκείνων αἰσθοιό μου πεισθεὶς, ταῦτά σε ἠρώτησα. ὁ δὲ λόγος αὐτὸς, οὐκ οἶδ' ὅπως εἰς τοῦτο προῆλθεν ἡμῖν, εἰς τοῦτο ἀπίδη, πότερον εἰκῇ τοῖς θυσίαις φασὶν. αὖθις δ' εἰ δοκεῖ, μετὰ βραχέων ἐρήσομαί σε, σὺ δὲ, μὴ ὀκνήσῃς ἀποκρίνασθαι, καὶ ὅπως ἀσφαλέστερον ἀποκείνῃ. ΖΕΥΣ. ἐρώτα, εἴ σοι μέλει τὰ τοιαῦτα λυρᾷν. ΚΥΝ. πότερα φῂς ἐκ τῆς Μοίρας γίγνεσθαι; ΖΕΥΣ. φημὶ μέν. ΚΥΝ. ὑμῖν δὲ δυνατὸν ἀλλάττειν ταῦτα, καὶ ἀναχωνεύειν; ΖΕΥΣ. οὐδαμῶς. ΚΥΝ. βούλεσθον οὖν ἐπαγάγω καὶ τοῦτο, ἢ δῆλον καὶ μὴ εἴπω αὐτό; ΖΕΥΣ. δῆλον μέν. οἱ δέ γε θύοντες, οὐ τῆς χρείας ἕνεκα θύουσιν, ἀντιδόσιν δέ τινα ποιούμενοι, καὶ ὥσπερ ὠνούμενοι τὰ ἀγαθὰ παρ' ἡμῶν, ἢ τιμῶντες ἄλλως τὸ βέλτιον. ΚΥΝ. ἱκανὸν καὶ τοῦτο, εἰ καὶ σὺ φῂς ὅτι μηδενὶ χρησίμῳ γίγνεσθαι τὰς θυσίας, χρηστότητί δέ τινι τῶν ἀνθρώπων τιμώντων τὸ βέλτιον. κρῖνε εἴ τις τῶν σοφιστῶν ἐκείνων παρῆν, ἦρετο ἄν σε καθ' ὅτι βελτίους φῂς τοὺς θεοὺς, καὶ ταῦτα, ὁμοδούλους τῶν ἀνθρώπων ὄντας, καὶ κατὰ ταῖς αὐταῖς δεσποίναις ταῖς Μοίραις ταττομένους. ἃ γοῦν ἀπορήσαι αὐτοῖς ἂν θανάτους εἴη, ὡς δι' αὐτὸ ἀμείνους δοκεῖν. ἐπεὶ τοῦτό γε μακρῷ χεῖρόν ἐστιν, εἴγε τοῖς μέν, εἰ μηδὲν ἄλλο, θάνατός γε εἰς ἐλευθερίαν ἀφείλετο· ὑμῖν δὲ, εἰς ἄπειρον ἐκπίπτῃ τὸ πρᾶγμα, καὶ ἀίδιος ἡ δουλεία γίγνεται, κατὰ μακρῷ τοῦ λίνου στρεφομένη. ΖΕ. ἀλλ', ὦ Κυνίσκε, τὸ ἀίδιον τοῦτο, καὶ ἄπειρον, δύσκαμπτον ἡμῖν ἐστι, καὶ οὐ πάσαν ἀγαθοῖς ἡμᾶς διεῤῥύηκε. ΚΥ. καὶ ἄπορον, ὦ Ζεῦ, ἀλλὰ διώρισαι καὶ πρὸς ὑμῖν τὸ πρᾶγμα, καὶ πολλὴ ταραχή ἐστι, σὺ μὲν γὰρ εὐδαίμων, βασιλεὺς γὰρ, καὶ διοικεῖς αἰεὶ πάντα τὸν γῆν, καὶ τὴν θάλατταν, ὥσπερ ἡνιοχεῖον κατεῖς· ἡμᾶς δὲ οὔτε ὀπτιμελεῖσθαι τῶν προσηκόντων πρὸς ὑμῶν, οὔτ' ὅλως τι δυνάσθαι πρὸς τὰ ἐν τῇ γῇ πράγματα· πλεῖστα δ' γελασόμεθα, τὰ τοιαῦτα διεξιόντες. ΚΥ. ἀλλὰ μὰ τὸν τῆς Κλωθοῦς ἄτρακτον, ὦ Ζεῦ, οὐκ ἂν ἐκείνων αἰσθοιό μου πεισθεὶς, ταῦτά σε ἠρώτησα. ὁ δὲ λόγος αὐτὸς, οὐκ οἶδ' ὅπως εἰς τοῦτο προῆλθεν ἡμῖν, εἰς τοῦτο ἀπίδη, πότερον εἰκῇ τοῖς θυσίαις φασὶν. αὖθις δ' εἰ δοκεῖ, μετὰ βραχέων ἐρήσομαί σε, σὺ δὲ, μὴ ὀκνήσῃς ἀποκρίνασθαι, καὶ ὅπως ἀσφαλέστερον ἀποκείνῃ. ΖΕΥΣ. ἐρώτα, εἴ σοι μέλει τὰ τοιαῦτα λυρᾷν. ΚΥΝ. πότερα φῂς ἐκ τῆς Μοίρας γίγνεσθαι; ΖΕΥΣ. φημὶ μέν. ΚΥΝ. ὑμῖν δὲ δυνατὸν ἀλλάττειν ταῦτα, καὶ ἀναχωνεύειν; ΖΕΥΣ. οὐδαμῶς. ΚΥΝ. βούλεσθον οὖν ἐπαγάγω καὶ τοῦτο, ἢ δῆλον καὶ μὴ εἴπω αὐτό; ΖΕΥΣ. δῆλον μέν. οἱ δέ γε θύοντες, οὐ τῆς χρείας ἕνεκα θύουσιν, ἀντιδόσιν δέ τινα ποιούμενοι, καὶ ὥσπερ ὠνούμενοι τὰ ἀγαθὰ παρ' ἡμῶν, ἢ τιμῶντες ἄλλως τὸ βέλτιον. ΚΥΝ. ἱκανὸν καὶ τοῦτο, εἰ καὶ σὺ φῂς ὅτι μηδενὶ χρησίμῳ γίγνεσθαι τὰς θυσίας, χρηστότητί δέ τινι τῶν ἀνθρώπων τιμώντων τὸ βέλτιον. κρῖνε εἴ τις τῶν σοφιστῶν ἐκείνων παρῆν, ἦρετο ἄν σε καθ' ὅτι βελτίους φῂς τοὺς θεοὺς, καὶ ταῦτα, ὁμοδούλους τῶν ἀνθρώπων ὄντας, καὶ κατὰ ταῖς αὐταῖς δεσποίναις ταῖς Μοίραις ταττομένους. ἃ γοῦν ἀπορήσαι αὐτοῖς ἂν θανάτους εἴη, ὡς δι' αὐτὸ ἀμείνους δοκεῖν. ἐπεὶ τοῦτό γε μακρῷ χεῖρόν ἐστιν, εἴγε τοῖς μέν, εἰ μηδὲν ἄλλο, θάνατός γε εἰς ἐλευθερίαν ἀφείλετο· ὑμῖν δὲ, εἰς ἄπειρον ἐκπίπτῃ τὸ πρᾶγμα, καὶ ἀίδιος ἡ δουλεία γίγνεται, κατὰ μακρῷ τοῦ λίνου στρεφομένη. ΖΕ. ἀλλ', ὦ Κυνίσκε, τὸ ἀίδιον τοῦτο, καὶ ἄπειρον, δύσκαμπτον ἡμῖν ἐστι, καὶ οὐ πάσαν ἀγαθοῖς ἡμᾶς διεῤῥύηκε. ΚΥ. καὶ ἄπορον, ὦ Ζεῦ, ἀλλὰ διώρισαι καὶ πρὸς ὑμῖν τὸ πρᾶγμα, καὶ πολλὴ ταραχή ἐστι, σὺ μὲν γὰρ εὐδαίμων, βασιλεὺς γὰρ, καὶ διοικεῖς αἰεὶ πάντα τὸν γῆν, καὶ τὴν θάλατταν, ὥσπερ ἡνιοχεῖον κατεῖς·

A Nobis tamen earum quæ apud vos aguntur rerum, nullam curam esse, neque quicquam omnino posse in his quæ in terris sunt negotiis, impudenter mentiuntur. Verumenimvero nequaquam talibus disputationibus implicati gaudebunt. CYNI. Non per colum Parcarum, ô Iupiter, ab illis persuasus hęc te interrogaui. Disputatio verò nostra nescio quo modo eò progressa, in hoc ipsum incidit, ac superuacanea hominum sacrificia esse confirmat. Rursus verò, si videtur, paucis te interrogabo, tu porrò ne graueris, precor, ad quæsita respondere: & vide vt maximè

B prouidenter respondeas. IVP. Roga, si tibi otium est talia nugandi. CYN. Aissne omnia Parcarum nutu & decreto agi & fieri? IVP. Aio sanè. CYN. Vobis verò relictam esse facultatem commutandi & reglomerandi? IVP. Nullo modo. CYN. Vis ergo vt quod sequitur, inducam, siue clarum ac planum illud dixero, seu secus? IVP. Clarum vtique est. Nam qui Diis sacra faciunt, nulla necessitate adducti sacrificant, sed alternæ retributioni seruiunt, perinde ac si bona à nobis mercarentur, aut alioqui honesto dediti colunt quod viderint esse præ-

C stantius. CYN. Et hoc abundè satis esse ducis, potissimùm cùm affirmes nullius vtilitatis respectu fieri sacrificia, verùm bonitate quadam hominum præstantiora colentium. At si quis ex Sophistis illis præstò esset, haud dubiè ex te quæreret, quo nomine Deos hominibus potiores esse pronunciares, præsertim conseruos hominum existentes, eidémque Parcarum imperio, quæ rerum sunt dominę, subiectos. Neque enim, nisi me fallit opinio, illi respondebis, Deorum sortem hoc esse potiorem habendam, quòd immortales sint. Nam hoc ipso nomine in-

D feliciores dicendi sumus. Homines enim & si aliud nihil, certè mors in libertatem vendicat: cæterùm vobis in immensum huius rei incommoditas protenditur, perpetuæ seruituti mancipatis, quæ vario multiplicíque tractu sub lino subinde circumuoluitur. IVPITER. Atqui, ô Cynisce, hæc perpetuitas, & immensa temporum series, nostra est felicitas: ac vitam omnibus bonis affluentem agimus. CYNISCE. Non omnes pari felicitate fruimini, ô Iupiter, verùm apud vos quoque præfinita est quædam dispar rerum fruitio, multis conjuncta perturbationibus. Tu quidem feliciter & beatè agis per omnia, cùm Deorum summus imperator sies, possísque & terram & mare subducere quasi fune demisso:

cæterùm Vulcanus claudus eſt, vnus ex mechanicis camino & igne artem fabrilem exercens: Prometheus verò quondam etiam in crucem actus eſt. Quid autem patrem tuum commemorem, quem etiamnum vinculis conſtrictum tartareis ſub vmbris agere conſtat? Quinetiam nefandis amoribus vos capi perhibent, ac vulneribus indignè violari: præterea aliquando ſeruili conditione hominibus eſſe deuinctos: quemadmodum fratrem tuum Laomedonti dicto audientem fuiſſe, Apollinem verò apud Admetum egiſſe in ſeruitio inficiari non potes. Hæc quum ita ſint, non videtur mihi ſolida eſſe & ſyncera veſtra felicitas: ſed ſunt quidem veſtrûm nonnulli felices & egregiè beati, ſunt rurſus qui non item. Mitto enim vt latrocinio non ſecus atque nos diſpoliemini, neque non à ſacrilegis compilemini, atque ex ditiſſimis ad extremam rerum anguſtiam in puncto temporis redigamini. Non pauci verò ex vobis etiam conflati ſunt, aurei aut argentei exiſtentes, quibus videlicet hoc fataliter decretum fuerat. IVPITER. Vide ve verba contumeliæ plena in nos euomas Cyniſce: ac te fortaſſe illorum aliquando pœnitebit, intemperantis linguæ pœnas ſuſtinentem. CYNI. Tolle minas ô Iupiter: certò enim perſuaſum habeo, nihil me mali paſſurum, quod ante te mihi Parca ſufferendum non deſtinauerit: quoniam neque illos ipſos ſacrilegos ſupplicio per te affectos video, ſed plurimi manus veſtras indemnes effugiunt. Opinor verò in fatis non eſſe vt capti ſcelerum pœnas expendant. IVPIT. Nónne dicebam aliquem eſſe illorum qui diſputationibus ſuis deorum prouidentiam tollerent? CYN. Nimiùm pertimeſcis illos Iupiter, nec ſcire poſſum cuius gratia. Proinde omnia quæcunque dixero, illorum doctrinam eſſe exiſtimas. Ego verò ab alio quouis potiùs quàm à te veritatem perueſtigarem. Cæterùm & hoc perlibenter ex te quærerem, quænam ipſa vobis eſſet prouidentia: nunquid vna ex Parcarum numero, an Dea quæpiam his longè potentior, tanquam illarum regina? IVPIT. Iam & antè tibi dictum eſt, nullo modo fas eſſe te harum rerum nihil non noſſe. Tu verò ſub initium cùm dixiſſes te vnum quiddam quæſiturum, nullum finem facis apud me de rebus eiuſmodi friuolis ac ſcitu parum neceſſariis nugandi. Et iam quidem diſputationis tuę ſummam, quò tendat, perſpicio, nempe vt planum facias, in rebus humanis nihil fieri noſtra prouidentia.

A ὁ δὲ Ἥφαιστος, χωλός ἐστι, βαίαυσός τις ἢ πυρίτης τὴν τέχνην· ὁ Προμηθεὺς δὲ, καὶ αἰσχροπάθη ποτέ· τὸν γὰρ πατέρα σου τί αὖ λέγοιμι, πεδήτην ἔτι ὑπὸ τῷ ταρτάρῳ ὄντα; καὶ ἐρᾷν δέ, φασιν, ὑμᾶς καὶ πληγώσεσθαι, καὶ δουλεύειν ἐνίοτε παρὰ τοῖς ἀνθρώποις, ὥσπερ ἀμέλει καὶ τὸν σὸν ἀδελφὸν παρὰ τῷ Λαομέδοντι, καὶ παρὰ τῷ Ἀδμήτῳ τὸν Ἀπόλλω. Ταῦτα δέ μοι οὐ πάνυ δαίμονα εἶναι δοκεῖ, ἀλλ' ἐοίκασιν ὑμῶν οἱ μὲν τινες, δύτυχεῖς τε καὶ
B δύμοιροι εἶναι, οἱ δὲ, ἔμπαλιν. ἐγὼ γὰρ λέγω ὅτι καὶ ληστεύεσθε, ὥσπερ ἡμεῖς, καὶ περιουλᾶσθε ὑπὸ τῶν ἱεροσύλων, καὶ ἐκ πλουσιωτάτων πενέσταροι ἐν ἀκαρεῖ χρόνου γίγνεσθε. πολλοὶ δὲ καὶ κατεχωνεύθησάν ἤδη, χρυσοῖ, ἢ ἀργυροῖ, ὄντες, οἷς τοῦτο εἵμαρτο δηλαδή. ΖΕΥΣ. ὁρᾷς, ταῦτ' ἤδη ὑβριστικὰ, ὦ Κυνίσκε, φῄς· καὶ σοι τάχα μεταμελήσῃ ποτὲ αὐτῶν. ΚΥ. φείδου, ὦ Ζεῦ, τῶν ἀπειλῶν, εἰδὼς οὐδέν με πεισόμενον, ὅ,τι μὴ καὶ τῇ Μοίρᾳ σοὶ ἔδοξεν. ἐπεὶ οὐδ' αὖθις ἐκείνους ὁρῶ
C τοὺς ἱεροσύλους κολαζομένους, ἀλλ' οἵγε πλεῖστοι λήθουσιν ὑμᾶς· οὐ γὰρ εἵμαρτο, οἶμαι, ἁλῶναι αὖθις. ΖΕΥΣ. οὐκ ἔλεγον ὡς ἄρ' ἐκείνων τίς εἶ, τῶν αἰσχρουργούντων τὴν προμήθειαν τῷ λόγῳ; ΚΥ. πάνυ, ὦ Ζεῦ, δῆλός αὖθις, οὐκ οἶδ' ὅπου ἔνεκα. πάντα γοῦν ὁπόσα εἶπον, οἵᾳ ἐκείνων παιδεύματα εἶναι. ἐγὼ δὲ, τοῦτό τινος ἂν ἄλλου πάλιν, ἢ τοῦτό σου μάθοιμι; ἡδέως δ' ἂν καὶ τοῦτο ἐροίμην σε, τίς ἡ πρόνοια ὑμῖν αὕτη ἐστὶ, Μοῖρα τις, ἢ καὶ ὑπὲρ
D τοὺς θεοὺς, ὥσπερ ἀρίστευσα τῶν αὐτῶν ἐκείνη; ΖΕΥΣ. ἤδη σοι καὶ πρόσθεν ἔφην ὡς ἄθεμιτον εἶναι πάντα σε εἰδέναι· σὺ δ' ἐν τῷ ἐμῷ ἀρχῇ ἐρωτήσεις φέρας, ἢ παύῃ πρός με τοιαῦτα λεπτολογούμενος. καὶ ἐρῶ ὅτι σοι τὸ κεφάλαιόν ἐστι τοῦ λόγου, ὑποδεῖξαι ἡδέως ἡμᾶς προνοουμένους τῶν ἀνθρωπίνων.

ΚΥΝ. Οὐκ ἐμὸν τοῦτο, ἀλλὰ σὺ μικρὸν ἔμπροσθεν ἔφησθα τὰς Μοίρας εἶναι τὰς πάντα ἐπιτελούσας, εἰ μὴ μεταμέλοι σοι ἐκείνων, καὶ μεταθοῖντο αὖθις τὰ εἰρημένα, καὶ ἀμφισβητεῖτε τῆς ἐπιμελείας, πρωτοπάτωροι τινὲς εἰμαρμένου. ΖΕ. ὀλαμῶς· ἀλλ' ἡ Μοῖρα δι' ἡμῶν ἕκαστα ἐπιτελεῖ. ΚΥ. μανθάνω, ὑπηρέται γέ τινες τῶν Μοιρῶν εἶναι φατέ. πλὴν ἀλλὰ καὶ ὕπως ἐκφύγοι αὖ εἴη αἱ προνοοῦσαι, ὑμεῖς γ', ὥσπερ σκαλίδιά τινα, καὶ ἐργαλεῖα ἐστὲ αὐτῶν. ΖΕ. πῶς λέγεις; ΚΥ. ὥσπερ, οἶμαι, τὸ σκέπαρνον τῷ τέκτονι, ἢ τὸ πρίσθιον, συνεργεῖ μέν πη πρὸς τὴν τέχνην, οὐδεὶς δὲ ἂν εἴποι ὡς ταῦτα τεχνίτης ἐστίν, ἀλλ' ἡ ναῦς ἔργον τοῦ σκεπάρνου, ἢ τοῦ πρυμνήσιον, ἀλλὰ τοῦ ναυπηγοῦ· ὕπως ἀπάλλοιτο, ἢ μὴ ναυπηγουμένη ἔκαστα, ἢ εἰμαρμένη ἐστὶν ὑμῖν δὲ, ἃ ἐκ πρίσθια καὶ σκέπαρνα ἐστὲ τῶν Μοιρῶν. καὶ ὡς ἔοικεν, οἱ ἄνθρωποι δίκην τὴν Εἱμαρμένην φεύγουσι, καὶ πρὸ ἐκείνης αἰτεῖν παλαιά· οἱ δὲ, ἐφ' ὑμᾶς ἴασι, προσόδοις καὶ θυσίαις ἱκετεύοντες, οἱ δ' οὐδὲ τὴν Εἱμαρμένην τιμῶντες ἂν, εἰς δίκην αὐτὸ ἐπροφέροιεν. οὐ γὰρ οἶμαι δυνατὸν εἶναι οὐδὲ αὐταῖς ἔτι ταῖς Μοίραις ἁλάσαι, καὶ μεταθεῖναί τι τῶν ἐξ ἀρχῆς δοξάντων περὶ ἑκάστου. ἢ γοῦν Ἄτροπος, οὐκ ἀνάσχοιτο ἄν, εἴ τις εἰς τοὐναντίον τείνοι τὸν ἄτρακτον, διαλύων τὸ Κλωθοῦς ὂν ἔργον. ΖΕ. σὺ ἴδη, ὦ Κυνίσκε, οὐδὲ ταῖς Μοίραις τιμᾶσθαι πρὸς τῶν ἀνθρώπων ἀξιοῖς, ἀλλ' ἔοικας ἅπαντα συγχεῖν προαιρεῖσθαι. ἡμεῖς γ', εἰ μηδενὸς ἄλλου ἕνεκα, τοῦ γε μαντεύεσθαι, καὶ προμηνύειν ἕκαστα τῶν ὑπὸ τῆς Μοίρας κεκυρωμένων, δικαίως τιμώμεθα ἄν. ΚΥΝ. Ὅ μὲν ὅλον, ἄρρητον, ὦ Ζεῦ, προϊδέναι τὰ μέλλοντα, οἷς γε ὁ φυλάξασθαι αὐτὰ, πολυτελῶς ἀδυνάτου, εἰ μὴ καὶ τοῦτο φήσεις, ὡς προμαθὼν ὡς ὑπ' αἰχμῆς σιδηρᾶς τεθνήξει, δυνατὸν ἂν ἐκφυγεῖν τὸν θάνατον, καθείρξας ἑαυτὸν δή ἀδύνατον· ὀξάγχη γὰρ αὐτὸν ἡ Μοῖρα κυνηγετήσουσα, καὶ προδιώξει τῇ αἰχμῇ. καὶ ὁ Ἄδραστος, ὅτι τὸν σὺν ἀφεὶς τὴν λόγχην, ἐκείνῳ μὲν ἁμαρτήσεται,

A CYN. Non meum hoc quidem eſt, ſed tu paulo antè conſtanter affirmaſti Parcas eſſe, quarum diſpenſatione gubernarentur & efficerentur omnia: niſi iam horum verborum te pœniteat, ac quæ dicta ſunt, reuocanda putes, propulsóque fato de habenda cura deliberaris. IVP. Nequaquam, ſed Parca noſtra ope effecta reddit ſingula. CYN. Intelligo: ergo Parcarum famulos atque miniſtros vos eſſe perhibetis. Verùm & ſic illæ ſunt, quas cuncta prouidere certum eſt: vos autem non ſecus atque fabrilia quædam illarum inſtrumenta habendi eſtis. IVP. Qua ratione iſthuc dicis? CYN. Ea nempe, quemadmodum & ascia fabro lignario, & terebrum cooperando nonnihil affert ad artem perficiendam adminiculi. Nemo tamen, qui quidem compos ſit rationis, dixerit hæc ipſa eſſe artificem: neque nauis aſciæ aut terebri opus dicenda eſt, ſed eius qui nauem fabricauit. Non diſpari ratione ſingula fabricans fatum putandum eſt: cæterùm vos ſororum fatalium aſciæ & terebra eſtis tantummodo. Et, quemadmodum non iniquum videtur, homines multo iuſtiùs Fato ſacra facere debebant, ac ab illo bonorum largitionem poſtulare: cùm illi interim ad vos curſitent, prece ac muneribus deuenerantes. At neque ſi fatum ſacrificiis & votis colerent, rectè mihi facere viderentur. Neque enim opinor vllo modo fieri poſſe, vt Parcis quoque hoc immutare liceat, neque non aliquid eorum ſubuertere, quæ initiò illarum decreto immobili de ſingulis irreuocabiliter ſtatuta ſunt. Proinde nequaquam æquo animo ſufferret Atropos, ſiquis in contrarium ſtamen coli torſerit, laborem Clothus diſſoluens. IVPIT. Tu iam Cyniſce neque parcas quidem ipſas ab hominibus colendas eſſe contendis, ſed vidêre mihi omnia non illibenter velle confundere. Nos verò, vt maximè aliam ob cauſſam nullam, certè ob diuinationem & oracula, neque nõ eorum prædictionem, quæ ſingula de quouis rato conſilio decreta ſunt, iure optimo colimur. CYN. In ſumma, nihil vtilitatis affert, ô Iupiter, eorum præſcientia, quibus ea obſeruatione deuitare nullo modo conceſſum eſt: niſi in hoc dicas, vt is qui certus ſit haſta ferrea ſe moriturum, mortem queat effugere, ipſa videlicet in ciſtam concluſa. Atqui fieri non poteſt, ſiquidem educet illum Parca ad venandum, & haſtæ obiiciet. Ac Adraſtus emiſſa in ſuem cuſpide, ab illa quidem aberrabit:

Confutat oracula & prædictiones, ab effectu & incertitudine.

Hiſtoria eſt apud Herodotũ lib. 1.

porrò Cræſi filium peremptum eſt, quaſi violento quopiam Parcarum decreto feratur in iuuenem. Sed neque illud quod Laio datum eſt, riſu caret, nempe illud, *Cauesis dijs nolentibus prolem feras*: ait enim, *Num ſobole ſuſcepta, occidet te filius.* Etenim ſuperuacaneam atque adeò infrugiferam opinor eſſe admonitionem earum rerum quæ non poſſunt non fieri. Quippe poſt acceptum oraculum, & prolem ſuſcepit, ac deinceps à filio peremptus eſt. Quare non video quamobrem & mercedem exigatis propter vaticinium. Vt interim ſilentio pręteream, quòd obliqua & ambigua, & quæ in vtranque partem referri poſſunt, non paucis reſpondere ſoleatis, non admodum clarè explicantes, num ille traiecto Hale ſuum ipſius imperium euerſurus eſſet, an Cyri. Vtrunque enim poteſt oraculum. IVP. Erat, ô Cyniſce, Apollini quædam aduerſus Cræſum cauſſa ſimultatis & iracũdię, propterea quòd illum pertentauerat, carnes ouillas ac teſtudinem vnà elixando. CYNI. At enimvero cõueniens atque adeò ęquum & bonum fuerat, vt cùm deus eſſet, ab omni iracundia foret alieniſſimus. Verùm, vt mea fert opinio, fortaſſe ita in Fatis fuit, vt Lydus ille oraculo deciperetur, ac iam olim ne perſpicua futura inaudiret, illius ſtamini Parca adneuerat. Vnde liquet vaticiniũ quoque veſtrum, illius maximam eſſe partem. IVP. Nobis verò nihil facis reliquum, ſed (vt video) nequicquam dei ſumus, qui neque prouidentia aliqua res humanas diſpenſare ſoleamus, neque ſacrificijs digni eſſe videamur, ſed reuera aſciarum terebrorúmque inſtar ſumus. Ac ſanè videris me iure optimo ad hunc modum ſuperbè contemnere, quòd cùm fulmine armatus ſim, ſuſtineam te impunè talia aduerſus nos cõtumeliosè differentem. CYN. Feri ô Iupiter, ſi mihi fatale eſt fulmine percuſſum interire: neque te ob ictum quicquam in ius vocabo, ſed potiùs ipſam Clotho, per te vulnus mihi incutientem. Neque fulmen quidem ipſum accuſabo, quaſi tam infelicis ruinæ cauſſa mihi extitiſſet. Veruntamen hoc quoque vos interrogabo, nempe te & Fatum, cæterùm tu mihi illius loco reſpondeas velim: etenim minis tuis hoc in memoriam mihi reuocaſti. Qui ſit tandem vt omiſſis tot ſacrilegis, præterea tot criminoſis & violentis & periuris hominibus diſſimulanter poſthabitis, vnam aliquam ilicem aut lapidem, aut nauis velum nihil mali vnquam per iniuſtitiam meritæ, fulmine feriatis?

Ead. lib.

φονεύσῃ δὲ τὸν Κροίσου παῖδα, ὡς αὖ ἐπὶ ἰσχυρῷ παραγράμματι τῆς Μοίρας φερομένου τοῦ ἀκοντίου ὑπὲ τὸν νεανίσκον. Ὁ μὲν γὰ Λαΐου καὶ γελοῖον, ὃ,

Μὴ σπεῖρε τέκνων ἄλοχε, δαιμόνων βίᾳ,

Εἰ γὰ τεκνώσῃς (φησὶ) παῖδα, ἀπεκτενεῖ σε ὁ φίλος. ἔοικε γὰρ, οἶμαι, ἡ παίδευσις παρὰς τὰ πάντως οὕτω γιγνόμενα. Οἰγλάπιος μὲν τὸν χρησμὸν, καὶ ἔασον, καὶ ὁ φὶς ἀπέκτεινεν αὐτόν. ὥστε οὐχ ὁρῶ αὐτὸ ὅπου ἀπαιτεῖτε τὸν μισθὸν ὑπὲ τῇ μαντικῇ. ἐὰ γὰ λέγῃ ὡς λοξὰ καὶ ἐπαμφοτερίζοντα τοῖς πολλοῖς χρᾶν εἰώθατε, οὐ πάνυ ἀποσαφοῦντες, εἰ ὁ τὸν Ἅλυν διαβὰς, τὴν αὐτοῦ ἀρχὴν καταλύσῃ, ἢ τὴν τοῦ Κύρου. ἄμφω γὰ δυνατὴ ὁ χρησμός. ΖΕ. ὦ πῦ, ὦ Κυνίσκε, τῷ Ἀπόλλωνι ὀργῆς αἰτία ἢ τοῦ Κροίσου, ὅτι ἐπειρᾶτο ἐκείνος αὐτοῦ ἀφίλα κρέα, καὶ χελώνην ἑψῶν. ΚΥΝ. ἐγὼ μὲν μηδὲ ἐρίζεσθαι, μὴν ἴσως, ἀλλὰ δικαίως ἐξαπατηθῆναι τοῦ Λυδοῦ ὑπὸ τοῦ χρησμοῦ, ἐπίστευτο, οἶμαι. καὶ ἄλλως, ὃ μὴ σαφῶς ἀκηδέσαι τὰ μέλλοντα ἡ Εἱμαρμένη ἐπέκλωσεν. ὥστε καὶ ἡ μαντικὴ ὑμῶν, ἐκείνης μέρος ἐστίν. ΖΕ. ἡμῖν δὲ σοῦτ' ἀπολείπεις, ἀλλὰ ματαίαν φησὶ ἐσμὸν, οὔτε Πυθιονίκαι τινὰ εἰσφερόμενοι εἰς τὰ παράγραμματα, οὔτε τῷ θυσιῶν ἄξιοι, καταφερῆ τρύπημα, ὡς ἀληθῶς, ἢ σκέπαρνα; καί μοι δοκεῖς εἰκότως μου καταφρονεῖν, ὅτι χειρωνίως ὁρᾷς διπελεκιζόμενος, αἰσχύνομαί σε τοσαῦτα καθ' ἡμῶν διεξιόντα. ΚΥΝ. βάλλε, ὦ Ζεῦ, εἴ μοι χειρωνᾶν πληγὴν εἵμαρται, καί σε οὐδὲν αἰτιάσομαι τῆς πληγῆς, ἀλλὰ τὸν Κλωθῶ, τὴν δηλαδὴ σὺν πηρώσκουσαν. οὐδὲ γὰ τὸν χειρωνίου αὐτὸν φαίην ἂν αἴτιόν μοι γενέσθαι τῶν παθημάτων· πλὴν ἐκεῖνό τε ὑμᾶς ἐρήσομαι, καὶ σοί, καὶ τὴν Εἱμαρμένην. σὺ δέ μοι καὶ ὑπὲρ ἐκείνης ἀπόκριναι· ἀνέμνησας γάρ με, ἀπειλήσας. τί δήποτε τοὺς ἱεροσύλους, καὶ λῃστὰς ἀφεῖλες, καὶ τοσούτους ὑβριστὰς καὶ βιαίους, καὶ ὑπερόχους, ἑρμῆν τινα πολλάκις χρυσοῦν τε, ἢ λίθον, ἢ νεὼς ἱστίον, ἤδη ἀδίκους;

ὀλίοτε, χρηστόν τινα, τὸν ὅσιον ὁδοιπόρον; τί σιωπᾷς, ὦ Ζεῦ, ἢ σοὶ τοῦτο μὲ θέμις εἰδέναι; ΖΕΥΣ. οὐ γάρ, ὦ Κυνίσκε. σὺ δὲ πολυπραγμονέστερος εἶ, καὶ οὐκ οἶδ' ὅτῳ τοῦτα ἥκεις μοι συμπεφορημένος. ΚΥΝΙ. οὐκοῦν μηδὲ ὑμᾶς ἔρωμαι, σέ τε, καὶ τὴν Πρόνοιαν, καὶ τὴν Εἱμαρμένην, τί δήποτε Φωκίων μὲν ὁ χρηστὸς, ἐν τοσαύτῃ πενίᾳ καὶ ἀνδρὶ τῷ ἀληθεῖ, ἀπέθανε, καὶ Ἀριστείδης περὶ αὐτόν· Καλλίας δὲ ὁ Ἀλκιβιάδης, ἀκόλαστα μειράκια, ὑπερεπλέοντο, καὶ Μίδίας ὁ ὑβριστὴς, καὶ Χάροψ ὁ Αἰγινήτης, κίναιδος ἄνθρωπος, τὴν μητέρα λιμῷ ἀπεκτονώς· καὶ πάλιν, Σωκράτης μὲν, προὐδόθη τοῖς ἑνδεκα, Μέλητος δὲ, οὐ προὐδόθη· καὶ Σαρδανάπαλος μὲν ἐβασίλευσε, θῆλυς ὤν· Περσῶν δὲ τοσοῦτοι καλοὶ κἀγαθοὶ ἄνδρες, αἰσχρολοπίζοντο περὶ αὐτόν, ὅτι μὴ ἠρέσκοντο τοῖς γλυκυμύροις. ἵνα δὲ ὑμῖν μὴ τὰ νῦν λέγω καθ' ἕκαστον ἐπεξιών, τοὺς μὲν πονηροὺς, εὐδαιμονοῦντας, καὶ τοὺς πλουτοῦντας, ἀγαθίους δὲ καὶ φερεσβίους, τοὺς χρηστοὺς, ἐν πενίᾳ καὶ νόσοις, καὶ μυρίοις κακοῖς πιεζομένους. ΖΕ. οὐ γάρ οἶδα, ὦ Κυνίσκε, πλὴν ὅσα μετὰ τὸν βίον οἱ πονηροὶ τοῖς κολάσεσι προσμίγνυνται, ἢ ἐν ὅσῃ οἱ χρηστοὶ εὐδαιμονίᾳ διατρίβουσιν. ΚΥΝ. Ἀλλὰ μὰ λέγε, ὦ Τιτυοὶ, καὶ Τάνταλε. ἐγὼ δὲ, εἴ μοί τι καὶ τοιοῦτόν ἐστιν, εἰσομαι ὅταχὲς ἐπειδὰν ἀποθάνω· ὃ δὲ νῦν ἔχω, ἐβουλόμην τὸν ὑπόλοιπον τοῦτον χρόνον εὐδαιμόνως διαβιῶσαι, ἐπεὶ ἑκκαίδεκα γυπῶν πείρεσθαι ὃ ἦτορ ἀποθανών, ἀλλὰ μὴ ἐνταῦθα διψῆσαι, ὥσπερ ὁ Τάνταλος, ἐν μακάρων νήσοις πίνων μετὰ τῶν ἡρώων, ἐν τῷ Ἠλυσίῳ λειμῶνι καθαχεόμενος. ΖΕΥΣ. τί φῄς; ἀπιστεῖς εἶναί τινας κολάσεις, καὶ τιμὰς, καὶ δικαστήριον, εἶτα δὴ καὶ ἐξετάζεται ὁ ἑκάστου βίος; ΚΥΝ. ἀκούω τινὰ Μίνω Κρῆτα δικάζειν κάτω τὰ τοιαῦτα· καί μοι δοκεῖναί τι καὶ ὑμῶν εἰπεῖν· σὺς γὰρ υἱὸς εἶναι λέγεται.

A Non rarò quoque hominem frugi, & viatorem ſpectatæ ſanctimoniæ? Quid verò compreſſis labiis obticuiſti Iupiter? An fortaſſe ne hoc quidem me noſſe fas eſt? IVP. Sanè nefas eſt te iſta inquirere. Tu verò extremè curioſus es, adeò vt me fugiat, quinam tibi voluptati ſit iſtis me obtundere. CYN. Proinde ne que hoc à vobis perquirendum mihi video, nempe à te & Fato & Prouidentia, quamobrem Phocion vir ſanctus & iuſtus, in tanta omnium rerum inopia atque anguſtia diem ſuum obierit, tum etiam ante ipſum Ariſtides: Callias autem & Alcibiades nepotes intemperantiſſimi, omnium affluentia exuberabant; nequenon Midias multis ſceleribus coopertus, ac Charops Æginetes, homo maſcula Venere extremè infamis, à quo matrem ſuam fame necatam pro certo conſtat. Contrà Socrates vndecimviris traditus eſt, Meletus verò non item. Ad hæc cur Sardanapalus mollis atque effœminatus, deliciiſque totus fractus, regnauerit, Perſarum verò tot ac tanti viri virtute longè optimi atque clariſſimi eius iuſſu in crucem ſubacti ſunt; propterea quòd factis illius parum delectabantur: vt taceam quæ in præſens fiunt: longum enim eſſet ſingulis percenſendis immorari, quemadmodum mali & facinoroſi per omnem vitam facilè agant, & feliciter omnibus rebus affluentes; cæterùm boni ducantur & ferantur paupertate, morbis, & cæteris infinitis malis impliciti, ærumnosè conflictantes. IVP. An ignoras Cyniſce, quanta ſupplicia & cruciatus poſt hanc vitam prauos & ſceleratos homines manere ſoleant, aut in quanta felicitate victuri ſint boni? CY. Orcum mihi narras, & Tityos, & Tantalos. Ego verò ſi quid talium rerum eſt, haud obſcurè cognoſcam vbi fato functus fuero. Quantum autem ad præſens attinet, velim vt quantumcunque hoc temporis in viuis mihi exigendum eſt, ego interea omni felicitate perfunctus, tandem mortuus à ſedecim vulturibus iecur meum depaſceretur: verùm non vt hîc in vita ſiti preſſus, quemadmodum fertur Tantalus, in beatorum inſulis cum heroibus biberē, in Elyſio prato conſtitutus. IVP. Quid ais? An non credis eſſe quædam parata ſupplicia, & pœnas malis deſtinatas, & honores ac forum iudiciale vbi ſingulorum vita habita ratione cognoſcendi expenditur? CYN. Audio Minoa quendam Cretenſem infrà talibus rebus cognoſcendis atque diiudicandis dare operam: ac mihi ſuper illo quoque reſponde, eſtne tuus, vt fertur, filius?

IVP. Quamobrem verò iſta de illo quæris Cyniſce? CYN. Quos maximè afficit ſupplicio? IVP. Prauos videlicet, cuius generis ſunt parricidæ & ſacrilegi. CYN. Quos autem ad heroum contubernium amandare ſolet? IVP. Nempe bonos, & ſanctitate vitæ præcellentes, quique ſemet virtute excoluerũt. CYN. Cuius verò gratia hoc facit ô Iupiter? IVP. Propterea quòd illi ſupplicio, ij verò honore remunerandi ſunt. CYN. Cæterùm ſi quis nolens & inuito animo mali aliquid deſignauerit, num & hunc ſupplicio afficiendum condemnat? IVP. Nequaquam. CYN. Proinde neque ſi quis inuitus boni aliquid fecerit, eum honore dignabitur? IVP. Nequaquam. CYN. Itaque haud conuenit illi ô Iupiter, vllum neque honore ornare, neque ſupplicio afficere. IVP. Qui verò nullum? CYN. Quoniam nihil nos homines animo voluntario facimus, ſed neceſſitate quadam ineffugibili ad hoc compulſi: ſi tamen vera ſunt illa quæ antè cõfeſſus es, nempe Parcam eſſe omnium rerum cauſſam. Iam ſi quis alterum peremerit, Parca in culpa eſt, quæ admiſit parricidium. Si quis ſacrilegio deorum fana compilauerit, facinus à Parca ſibi iniunctum admiſit. Quocirca ſi Minos rectè vti velit iudicio, multo æquius Fatum pro Siſypho puniet, & Parcam pro Tantalo. Quid enim illi iniuſtè egerunt, quando iuſſis dicto audientes fuerint? IVP. Amplius quidem vel reſpondere tibi indignum facinus exiſtimo, talia præſertim interroganti. Audax enim es, & Sophiſta: ac iam quidem te relicto abeo. CYN. Debebam equidem adhuc & hoc ex te quæſiſſe, vbinam locorum Parcæ degerent, aut quomodo res tantas tam exacta cura & cogitatione queant aſſequi, præſertim illis tantùm tribus exiſtentibus. Etenim laborioſam & minimè felicem atque iucundam vitam mihi videntur agere, tantis implicitæ negotiis. Et quemadmodum veriſimile eſt, ipſæ quoque fato parum propitio & fauente in locem ſunt editę. Itaque ego, ſi mihi daretur optio, nequaquam cum illarum vitam meam commutauerim, verùm eligerem potiùs vt adhuc egentiùs agerem, quàm vt cólo Parcarum aſſiderem, tantis negotiis & difficultatibus referto, obſeruans ſingula. Cæterùm ſi tibi graue eſt ô Iupiter ad hæc reſpondere, etiam his contenti erimus ad quæ reſpondiſti. Satis enim eſt quòd de fato & prouidentia ſermonem non celaueris. Reliqua fortaſſe in fatis non eſt vt audiam.

ΖΕ. τί δὲ καὶ δι' αὐτὸν ἐρωτᾷς, ὦ Κυνίσκε; ΚΥ. τίνας κολάζῃ μάλιστα; ΖΕ. τοὺς πονηροὺς δηλαδή, τοὺς πατροφόνους, καὶ ἱεροσύλους. ΚΥ. τίνας δὲ αὖ πρὸς τοὺς ἥρωας ἀποπέμπει; ΖΕ. τοὺς ἀγαθούς τε, καὶ ὁσίους, καὶ κατ' ἀρετὴν διαπρέποντας. ΚΥ. τίνος ἕνεκα, ὦ Ζεῦ; ΖΕ. ὅτι οἱ μὲν τιμῆς, οἱ δὲ, κολάσεως ἄξιοι. ΚΥ. Εἰ δέ τις ἀκουσίου τι δεινὸν ἐργάσαιτο, κολάζεσθαι καὶ τοῦτον δικαιοῖ; ΖΕ. οὐδαμῶς. ΚΥ. ἦ γάρ εἴ τις ἄκων τι ἀγαθὸν ἔδρασεν, οὐδὲ τοῦτον τιμᾷν ἀξιώσεις αὖ; ΖΕ. ἔγωγε. ΚΥ. οὐκοῦν τριγλαυκῶ, ὦ Ζεῦ, οὔτε τιμᾷν οὔτε κολάζειν αὐτὸν προσήκει. ΖΕ. πῶς οὐκοῦν; ΚΥ. ὅτι οὐκοῦν ἐκόντες οἱ ἄνθρωποι ποιοῦμεν, ἀλλά τινι ἀνάγκῃ ἀφύκτῳ κεκελευσμένοι, εἴγε ἀληθῆ ἐκεῖνά ἐστι τὰ ἐμπροσθεν ὁμολογηθέντα, ὡς ἡ Μοῖρα, πάντων αἰτία· καὶ διὸ φονεύσῃ τις, ἐκείνη ἐστὶν ἡ φονεύσασα, καὶ διὸ ἱεροσυλῇ, προσεπαγμένου αὐτῷ δρᾶ. ὥστε εἴ γε τὸ δίκαιον ὁ Μίνως δικάζειν μέλλοι, τῷ Εἱμαρμένῃ αἰτιᾶσθαι, ἢ τῷ Σισύφῳ κολάσεται, ἢ τῷ Μοίρᾳ, αἰτιᾶσθαι τῷ Ταντάλου· τί γὰρ ἐκεῖνοι ἠδίκησαν, πειθόμενοι τοῖς ἐπιτάγμασιν; ΖΕ. οὐκ ἔτι δὲ ἀποκρίνεσθαί σοι ἄξιον, τοιαῦτα ἐρωτῶντι· θρασὺς γὰρ εἶ, καὶ σοφιστὴς καὶ σε ἄπειμι ἤδη καταλιπών. ΚΥ. ἐδεόμην μὲν καὶ ἐπὶ τοῦτο ἐρέσθαι, πολλαὶ αἱ Μοῖραι διατείνουσιν, ἢ πῶς ἐφικνοῦνται τῇ ἐπιμελείᾳ τῶν πολλῶν ἐς ὀλεθριώτατον, καὶ ταῦτα, τρεῖς οὖσαι. ὀδυνηρὸν γάρ τινα, καὶ οὐκ ἄμοιρον μοι δοκοῦσι βιοῦν τὸν βίον, ταῖς ἔργοις ἐπόμεναι πράγμασι, καὶ ὡς ἔοικεν, ἃ πολὺν ἔσεσθαι χρόνον Εἱμαρμένῃ ἐγκεκλήκασιν. ἐγὼ γοῦν, εἴ μοι αἵρεσις δοθείη, οὐκ ἂν ἀλλαξαίμην τοῖς αὐτὰς τὸν ἐμαυτῶν βίον, ἀλλ' ἑλοίμην, ἂν ἔτι πιέστερος διαγιγνώσκειν, ἢ ὥσπερ καθῆσθαι κλωθόνι ἄτακτον, πολύπλοκον μεσὸν ὀπίσω ἔχουσα. εἰ δὲ μὴ ῥᾴδιόν σοι ἀποκρίνασθαι πρὸς ταῦτα, ὦ Ζεῦ, καὶ ταύτῃς ἀγαπήσομεν, οἷς ἀπεκρίνω. ἱκανὰ γὰρ ἐμφανίσας τὸν περὶ τῆς Εἱμαρμένης καὶ Προνοίας λόγον τὰ λοιπὰ δι' ἴσως οὐκ εἴμοιρον ἀκοῦσαί μου.

ΖΕΥΣ ΤΡΑΓΩΔΟΣ.

IVPITER TRAGOEDVS.

Vincentio Obſopœo interprete.

ARGVMENTVM.

Eiuſdem propè argumenti & hic dialogus eſt, niſi quòd hic Epicureum etiam quendam introducit, qui deos omnino negat vllos eſſe, nedum prouidentia ſua mundum gubernare : fortuitóque ac temere omnia geri contendit. Deinde & ipſa tractatio in plures perſonas ſpargitur, ac tota dramatica eſt. Principiò enim Iupiter fingitur audita diſputatione Timoclis Stoici & Damidis eius quem modo dixi, Epicurei, grauiter incenſus, ac metu pariter atque dolore commotus eſſe. Cuius rei cauſſam dum ceteri ab eo inquirunt, eandémque diſputationem ab iiſdem illis iterum inſtaurari audiunt, tandem conſiliis mutuò inter ſe collatis, generale deorum omnium concilium ſuper eadem re congregandum decernitur. Conuocatis itaque per praconem Mercurium vniuerſis, & iiſdem pro ſua cuique dignitate aſſignatis ſedibus, cùm diu inter ſe de conſeſſu altercati fuiſſent, poſtremò, imperato ſilentio, Iupiter cum magna perturbatione totum negotium ac ſummam diſputationis illius exponit, admonens, & ob oculos imminente poſito periculo exhortans, vt in commune omnes conſulere, & malo huic remedium aliquod quærere velint. Primus igitur accepta dicendi poteſtate Momus, graui obiurgatione deorum ſecuritatem ac negligentiam reprehendit, vt qui & malos euehi ſinant, & contrà bonos ac iuſtos opprimi, neque reſponſa certa & expedita hominibus dent, neque etiam poëtarum ſcripta aboleri faciant, per quæ, ſtupra, adulteria, bella ac ſeditiones ipſorum euulgentur: quare quicquid huius accidat, ipſorum culpa atque inertia accidere. Atque hinc oratione ad ipſum Iouem conuerſa, etiam exemplis hæc cõfirmat. Poſt quem cùm alij alia cenſerent, omnium ferè ſententias idem confutat: vel quòd per ſe abſurdæ & inutiles eſſent, vel quòd abſurda & incommoda ex iis ſecutura. Præcipuè verò Apollinis conſilium reprehendit; cuius etiam oraculum ſuper euctu & victoria diſputationis huius prolatum, ob vanitatem irridet. Ob quæ Hercules, cùm ipſe poſtremus ſententiam dixiſſet, audirétque ſatis prohiberi ſeſe quominus ſacra ac templa ſua vi contra impios tueri poſſet, eò tandem redit, vt dicat ſe malle apud inferos eſſe, atque ibi ab vmbris metui, quàm inter deos contemni, ac pro nihilo haberi. Quæ dum ita geruntur, interea noua occaſione fingitur Hermes ille Agoræus, qui Athenis ad porticum Pœcilen conſecratus ſtabat, properè aduenire, ac nuntiare, diſputationem Damidis & Timoclis iterum iam inceptam eſſe, & ad eam magnam hominum multitudinem confluere. Relicto igitur concilio, ad auſcultandum omnes conuertuntur. Porrò tota Timoclis diſputatio in hoc verſatur, Deos eſſe, ac prouidentia illorum omnia gubernari: idque argumentis hiſce confirmat. Primò ab ordine ac curſu rerum naturalium, quæ omnes ſuis ac certis vicibus redeant ac varientur. Deinde authoritatibus & teſtimoniis poëtarum, Homeri & Euripidis. Poſt hæc communi conſenſu gentium, quæ deos venerentur ſacrificiis & aris conſtitutis. Inde & ab effectis, quia oracula dent, & fulmina Iupiter iaciat. Poſtea autem & à minori, collatione ac ſimilitudine à nauium gubernatoribus ſumpta, quòd vt illi nauigia ſua, ſic deorum prouidentia mundum adminiſtret. Vltimo etiam à ſigno & conſequenti, quia ara deorum ſint, quæ nullo modo fieri fuerãt, niſi & dij eſſent. Ad quæ ſingulatim reſpõdens Damis, primùm argumentum de naturali rerum ordine, à diuiſione diluit, etſi talia quædam fiant, non tamen eum ordinem à Diis ideo certum conſtitutum eſſe, confutatione, vt apparet, non ſatis efficaci. Authoritates autem poëtarum, ab ipſorum officio & contrariis teſtimonijs eleuat. Conſenſum præterea gentium, ab eo, quòd quanquam deos colant, non tamen eoſdem omnes, & quidam etiam fœda ac turpia pro Diis habeant, impugnat. Deinde oracula & fulmina eiuſmodi eſſe ait, vt hæc ex naturali cauſſa fiant, Ioue iam olim in Creta ſepulto, illa autem ambigua & obſcura nihil certi prædicant. Similitudinem verò naucleri diſſoluit ex diſſimilitudine rerum comparatarum, oſtendens diuerſa omnia in hoc mundo atque in nauibus eſſe. Vltimum à ſigno locum, vt frigidum ac friuolum, eludere tantùm ſatis habet.

Interlocutores, Mercurius, Minerua, Iupiter, Iuno, Neptunus, Venus, Coloſſus, Momus, Apollo, Hercules, Hermagoras, Timocles, Damis.

MERC. O Iupiter, quid animo cogitabundo tecum comminiſcens loqueris, pallidus obambulans, ac Philoſophi colorem vultu præ te ferens? Quin mecum iſta communicas, & me propter rerum difficultatem qua premeris, in conſilium adhibes? Haud enim famuli tui nugas habebis contemptui. MIN.

Sanè magne parens, hominũ rex atque deorũ,
Te precor en glaucis oculis Tritonia Pallas,
Fare age, ne celes, quo ſint hæc cognita nobis:
Quod te conſilium dubio ſub pectore verſat?
Cur gemis? & tacito pallor ſubſurgit in ore?

IVP. Nunquam grauis res vlla ſic dici poteſt: Non paſſio, non vllus vſpiam dolor, Sed nec calamitas vlla ſic tragica & mala eſt, Quæ ſit dolori conferenda cœlitum. MI. O Phœbe, qualibus incipit proœmiis! IVP. O peſſimum genus mortalium, Túque ô Prometheu, me quibus afflixti malis? MI. Quid eſt? nec enim celabis hæc domeſticos. IVP. O murmur ingens fulminis magnicrepi, Quid vtilitatis addis aut affers mihi? MI. Compeſce iracundiam, ſi tragica magniloquentia, quemadmodum illi, tibi pares eſſe nequeamus. Neque enim totum Euripidem deuorauimus, vt tibi dictis poëticis è fabula petitis ſubſeruiamus. IVN. An nobis obſcuram eſſe opinaris triſtitiæ tuæ cauſſam, cuiuſmodi ſit? IVP. Noſti nequaquam, etſi grauius quiddam boës. IVN. Noui ecaſtor dolorum tuorum ſummam, quibus diſcruciaris, neque tamen vociferor aut coccyzo, quippe quę iam ſæpenumero præter morem eiuſmodi per te ſim paſſa contumeliam. Valde igitur credibile eſt iterũ aut Danaës cuiuſpiã, aut Semeles, aut Europæ inuĕtæ amore te angi: deinde verò aſſumpta imagine aut tauri aut ſatyri, aut aurum te factum velle per impluuium in ſinum amatæ puellæ influere. Hoc enim haud dubitanter ſignificãt crebri iſti tui gemitus, & ſuſpiria, neque nõ lacrymæ. Præterea pallor quoque non alterius rei quàm amoris argumentum eſt certiſſimum. IVP. O beata, quæ res noſtras in amore & talibus ludicris ſitas eſſe opinaris! IV. Et quid aliud te niſi hoc ſolicitat, Iouem exiſtentẽ? IVP. In extremum diſcrimen res noſtrę perductę ô Iuno, & planè, vt eſt in prouerbio, in acie nouaculæ conſtitutæ ſunt, vt aut colamur ampliùs, oblatis in terra ſacris fruentes,

A Ω Ζεῦ, τί σιωπᾷς, ἢ κατ' μόνας σαυτῷ λαλεῖς, ὠχρὸς ὡδιπατῶν, φιλοσόφου δ' ἔχων χρῶμα ἔχων; ἐμοὶ προσαναδοῦ, λάβε με σύμβουλον πόνων, μὴ καταφρονήσῃς οἰκέτου φλυαρίας.

ΑΘΗΝ.

Ναὶ πάτερ ἡμέτερε χρονίδη, ὔπατε κρείττων,
Γνοὺς μή σε θεὰ γλαυκῶπις, περιφραδέα,
Ἐξαύδα, μὴ κεῦθε νόῳ, ἵνα εἰδόμεν ἤδη,
Τίς μῆτις δάκνῃ σε κατὰ φρένα, ἢ κατὰ θυμόν;
Ἢ τί βαρὺ στενάχεις, ὠχρὸς τί σε εἶλε παρειάς;

ΖΕ. Οὐκ ἔστιν οὐδὲν δεινὸν ὧδ' εἰπεῖν ἔπος, Οὐδὲ πάθος, οὐδὲ συμφορὰ τραγῳδική, Ἧς οὐκ ἂν αἰσθοιτ' ἄξιος ἡ θεῶν φύσις. ΑΘΗ. Ἄπολλον, οἵοις φθεγμάτοις ἄρχῃ λόγων. ΖΕ. Ὦ παλαίστατοι, θεῖα γῆς παιδεύματα, Σύ τ', ὦ Προμηθεῦ, οἷά μ' εἰργάσω κακά. ΑΘ. τί δ' ἔστι; πρὸς ἐμοῦ γὰρ οἰκεῖον ἐρᾷς. ΖΕ. ὦ μεγαλομαράγου στέρνων ῥίζημα, τί μοι ῥέξῃς; ΑΘ. κοίμισον ὀργάν, εἰ μὴ κωμῳδεῖν ὥσπερ ὅτι δυνάμεθα, μηδὲ τὸν Εὐριπίδου ὅλον καταπεπώκαμεν, ὥστε σοι τἀνδράματα πυρεῖν. ΗΡ. ἀγαθὴν ἡμᾶς νομίζῃς τὴν αἰτίαν τῆς λύπης, ἥτις ἔστί σοι; ΖΕ. οὐκ οἶδ', ἐπεὶ καὶ σκώπτειν μέγα. ΗΡ. οἶδα δ' κεφάλαιον αὐτό, ὧν πάσχεις, ὅτι ἐρωτικόν ἐστιν, ἃ μὲν κωκύω γε, τἀπὸ ἔτους ἤδη πολλάκις ὑβριζόμενα τἀπὸ σοῦ τὰ τοιαῦτα. εἰκὸς γοῦν ἤτοι Δανάᾳ τινά, ἢ Σεμέλῃ, ἢ Εὐρώπην αὖθις βούλεσθαί σε αἰτᾶσθαι τἀπὸ τῆς ἔρωτος, εἶτα βάλλεσθαι χρυσὸν, ἢ σάτυρον, ἢ ταῦρον γοῦν, ῥεῦσαι δι' αὐτοῦ εἰς τὸν κόλπον τῆς ἀγαπωμένης. τὰ σημεῖα γὰρ ταῦτα, οἱ στεναγμοὶ, καὶ τὰ δάκρυα, καὶ ὃ ὠχρὸν εἶ, οὐκ ἄλλου του, ἢ ἔρωτός ἐστιν. ΖΕ. ὦ μακαρία, ἥτις ἐν ἔρωτι, καὶ ταῖς τοιαύταις παιδιαῖς, οἷς τὰ ἡμέτερα πρόσχημα εἶ. ΗΡΑ. ἀλλὰ τί ἄλλο, εἰ μὴ τοῦτο αἰτία σοι, Δία εἶναι; ΖΕ. σὺ ἐρᾷς, ὦ Ἥρα, τὰ θεῶν πρόσχημα, καὶ τοῦτο δὴ ὃ τῆς λύπης, ὑπὲρ ξυμβολὴ ἔστηκεν, εἴτε χρὴ ἡμᾶς τιμᾶσθαι ἔτι, καὶ τὰ νέμη ἔχειν τὰν τῇ γῇ.

εἴτε καὶ ἠμελῆσθαι πολλάπασι, καὶ ὃ μηδὲν τῆς εἰδοκεῖν. HP. μῶν γίγαντάς τινας ἡ γῆ ἔφυσεν, ἢ οἱ Τιτᾶνες τὰ δεσμὰ διαῤῥήξαντες, καὶ τῆς φυλακῆς ὑπεκπεπηδήκασιν, αὖθις ἡμῖν ἐναντία αἴρονται τὰ ὅπλα; ZE. θάρρει, τὰ κρείττω ἀσφαλῶς ἔχει σοι. HPA. τί οὖν ἄλλο δεινὸν αἴρεται; οὐχ ὁρῶ γάρ, ὅτε μὴ τὰ τοιαῦτα παραλυποῖ, ἐφ' ὅτῳ Πῶλος, ἢ Ἀριστόδημος, αὐτὶ Διὸς ἡμῖν ἀνεπιφήνας. ZE. Τιμοκλῆς, ὦ Ἥρα, ὁ Στωϊκὸς, καὶ Δάμις ὁ Ἐπικούρειος, χθὲς, οὐκ οἶδα ὅθεν σοφίσαντο ἀρξάμενοι τοῦ λόγου, περὶ προνοίας παρεδιελέχθησαν, παρόντων μάλα συχνῶν, καὶ δοκίμων ἀνδρῶν· ὅπερ μάλιστα καὶ ἐμέ, καὶ ὁ μὲν Δάμις, οὔτ' εἶναι θεοὺς ἔφασκεν, οὔθ' ὅλως τὰ γιγνόμενα ὑπὸ σκοπεῖν, ἢ ἀφανίζειν· ὁ Τιμοκλῆς δὲ ὁ βέλτιστος, ἐπειρᾶτο ξυναγωνίζεσθαι ἡμῖν, εἶτα ἴσχυον πολλοὶ ὑπερῥέοντες, οὐδὲν πέρας ἐλάμβανε τῆς συνουσίας. διελύθημεν δ' εἰσαῦθις ὑπισχνούμενοι τὰ λοιπὰ σκοπήσεσθαι, καὶ νῦν μετέωροι πάντες εἰσὶ πρὸς τὸ ἀκροάσειν, ὁπότερος κρατήσει, καὶ ἀληθέστερα δόξει λέγειν. ὁρᾶτε τὸν κίνδυνον, ὡς ἐν τοιῷδε πράγματι πάσι τὰ ἡμέτερα, ἐν ἑνὶ ἀνδρὶ κινδυνεύεται; καὶ δυοῖν θάτερον, ἢ πρεσβᾶσθαι αἰσχρὰ τὰ ἡμέτερα, ἐνόμισται μόνον εἶναι δόξαντα, ἢ πιθέσθαι ὡσαύτως πρὸς τοῦτο, ἵνα ὁ Τιμοκλῆς νικήσειε λέγων. HP. δέδοικα, ὡς ἀληθῶς, καὶ οὐ μάτην, ὦ Ζεῦ, ἐπὶ ταραχαῖς αὐτοῖς. ZE. σὺ δὲ, ὦ Δανάης τινὸς, ἢ Ἀντιόπης, εἶναί μοι λόγον ἐν παρέχῳ τοσούτῳ τί δ' ἄν, ὦ Ἑρμῆ, καὶ Ἥρα, καὶ Ἀθηνᾶ, παρέπεισθε αὖ; συνδείσητε γὰρ καὶ αὐτοὶ ὁ μέγας. EP. ἐγὼ μὲν ὅτι ὁ καιρὸν φημι δεῖν πρὸ ὑπισχνεῖν ἐπὶ τὰ ἀγαγεῖν, ἐκκλησίαν συναγαγόντα. HP. καὶ μοὶ δοκῶ συνδοκεῖ, ἄνωθεν καὶ τούτῳ. AΘ. ἀλλ' ἐμοὶ ταὐτὰ δοκεῖ, ὦ πάτερ, καὶ μὴ συγκαράττειν τὸν οὐρανὸν, μηδὲ δῆλον εἶναί σε θορυβούμενον πρὸς τοῦτο, μηδὲ δὴ ἰδίᾳ ταῦτα, ὅπως ὁ Τιμοκλῆς νικήσῃ μὲν ὁ Τιμοκλῆς λέγων, ὁ Δάμις δὲ καταγελασθεὶς, ἀπίοι ἐκ τῆς συνουσίας.

aut neglectui demur, ab omnibus habiti contemptui, ac nullius quidem momenti esse videamur. IVN. Nunquid terra Gigantes produxit iterum? aut, Nunquid Titanes disruptis vinculis, deuictáque custodia rursum aduersus nos arma & vim parant? IVP. Confide: nam res inferæ cœlestibus extra omne sunt periculum. IVN. Quid ergo aliud rei grauis & acerbæ accidit? Neque enim video, quando talia nihil te conturbant, quamobrem nobis Polus aut Aristodemus pro Ioue apparueris. IVP. Timocles ille Stoicus ô Iuno, & Damis Epicureus, heri nescio quo initio in eam delati disputationem de prouidentia differuerũt in magna probatorum hominum frequentia, & celebritate populari: id quod omnium maximè me cõturbauit animo. Ac Damis quidem neque Deos esse, neque omnino eorum quæ fierent, curá vllam habere, aut ea ordine gubernare, impudẽter affirmare nõ verebatur: cęterùm optimus ille Timocles nostras partes omni studio tueri conabatur. Deinde multa turba hominũ certatim accurrentium confluente, nullum finem fortita est disputatio. Etenim hoc fœdere inito ab vtrisque, discessum est, vt in diem posterum deintegro reliqua nondum discussa accuratiùs examinarent atque perpenderent. Et nunc omnes suspenso ad audiendum inhiant animo, vter victoriam adepturus sit, ac veriora prolaturus. Videtis periculũ, quàm omnibus modis in angustum res nostræ coactæ sunt. In vno viro periclitamur, & ex duobus alterum euenire necesse est: vt aut omnia nostra habeantur contemptui, & solùm inania quædã videantur vocabula: aut vt ea pietate colãtur, quàm priùs culta sunt, si Timocles disputando superior euaserit. IV. Periculosissima profectò sunt illa, nec temere Iupiter more tragico propter illa efferebare. IVP. Tu verò Danaës aut Antiopes alicuius potiundę cogitatione me implicitum esse opinabare, cũ ita examinatum me esse cõspiceres. Quid igitur ô Mercuri & Iuno & Minerua nobis faciẽdum est? quin & vos consilij prõptè inuenti partem expromitis? ME. Ego quidem coacto properè consilio hanc rem communi omnium deliberationi offerendã esse existimo. IVN. Et ego huius accedo sententiæ. MI. Atqui mihi diuersum videtur ô pater, ne videlicet excitato tumultu cœlũ terrore cõpleas, néve palam fiat hanc ob rem te tumultuari aut cõsternari animo. Cęterùm priuato tecum consilio effectum reddas, vt Timocles disceptando potiatur victoria, Damis verò omnium risui expositus atque subsannatus, ex disputatione abeat.

MER. Atqui iſta non manebunt obſcura & tacita, Iupiter, cùm philoſophis in propatulo futura ſit diſceptatio. Ac tu quidem tyrannum agere videberis, ſi de tantis rebus ad omnes communiter pertinentibus, cum reliquis nihil communicaueris. IVP. Quin ergo iam vt in cõcionem veniant proclamas, vt mox præſtò ſint omnes? MER. Rectè mones. Heus vos ſuperi ocyus in conſilium omnes conuenite: ne cunctemini: confluite omnes: venite maximis de negotiis collaturi cõſilia. IVP. Adeóne nudis ô Mercuri verbis & ſimplicibus, ad hæc ſolutis, præconem agis, præſertim maximis de rebus deos conuocans? MER. Et quinam alia ratione expetis Iupiter? IVP. Rogas? Æquum eſſe opinor, vt præconium tuum nonnullis verſiculis ac magniloquentia poëtica exornes, vt hac impulſi ſtudioſiùs & frequentiùs confluant. MER. Sanè: veruntamen hoc poëtarum & rhapſodorum eſt officium. Porrò ego minimè ſum poëticus, adeò vt præconium quoq; corrupturus ſim, ſi verſiculis conſarcinatis & malè cohærentibus proclamarem. Ac riſui ero omnibus ob verſiculorum ſtructuram parum concinnam. Itaque & Apollinem in dandis oraculis rideri à nonnullis video, dum multa ſecuro animo inuoluit, & data opera obſcurat, ne omnino audientes otio indulgeant, ſed expendant verſiculos. IVP. Proinde Mercuri Homericos verſiculos pleroſque admiſce præconio, quemadmodum ille nos conuocare conſueuit. Credibile autem eſt illorum te commeminiſſe. MER. Profectò non admodum promptè & callidè, tamen periculum faciam:

Ergo Deũm nemo nec mas nec fœmina deſit,
Inſuper Oceani ſint omnia flumina preſtò,
Omnes ſumma Iouis Nymphæ quoque tecta frequentent:
Cuncti in concilium greſſu properate citato,
Vos quibus oblatis cedunt ſua munera ſacris,
Præterea quotquot mediæ ſeu fortè ſecundæ
Claſſis erunt, ſeu quos claſſis tenet vltima, ſeu
Obſcura penitus diuorum ſorte fruuntur (qui
Degentes, pingues cupidi nidoris ad aras.

IVP. Euge ô Mercuri, optimum egiſti præconem, ac iam plenis viis conueniunt. Quapropter aſſumens illos in ſedes colloca, pro ſua quenque dignitate. Priores quidem ſedes occupẽt aurei, poſt hos locentur argentei, deinceps verò ſubſequantur quotquot ſunt elephãtini,

ΕΡ. Ἀλλ' οὔτε ἀγνοήσεται ταῦτα, ὦ Ζεῦ, ἐν φανερῷ ἐσομένης τῆς ἔριδος τοῖς φιλοσόφοις, καὶ σὺ δόξεις τυραννικὸς εἶναι, μὴ κοινούμενος περὶ τῶν οὕτω μεγάλων, καὶ κοινῶν ἅπασιν. ΖΕ. Σύκοιν ἤδη κήρυττε, καὶ παρέστωσαν ἅπαντες. ΕΡ. ὀρθῶς γὰρ λέγεις. ἰδοὺ δὴ εἰς ἐκκλησίαν συνέλθετε οἱῳοῖ· μὴ μέλλετε, ξυνέλθετε πάντες, ἥκετε, περὶ μεγάλων ἐκκλησιάσομεν. ΖΕ. οὕτω φιλῶ, ὦ Ἑρμῆ, καὶ ἁπλοϊκὰ καὶ παιδικὰ κηρύττεις, καὶ ταῦτα, ὅτε τοῖς μεγίστοις συγκαλεῖς; ΕΡ. ἀλλὰ πῶς γὰρ, ὦ Ζεῦ, ἀξιοῖς; ΖΕ. ὅπως ἀξιῶ; ἀποσεμνύων φημὶ δεῖν ὁ κήρυγμα μέτρων τισὶ, καὶ μεγαλοφωνίᾳ ποιητικῇ, ὡς μᾶλλον συνέλθοιεν. ΕΡΜ. ναί. ἀλλ' ἐποποιῶν, ὦ Ζεῦ, καὶ ῥαψῳδῶν τὰ τοιαῦτα· ἐγὼ δὲ, ἥκιστα ποιητικός εἰμι· ὥστε διαφθερῶ ὁ κήρυγμα, κατέρμετρα ἢ σύνδετα ξυνείρων, καὶ γέλως ἔσομαι πρὸ αὐτῶν ὑπὸ τῆ ἀμουσίᾳ τῶν ἐπῶν. ἐρῶ γοῦν καὶ τὸν Ἀπόλλω γελώμενον ἐπ' ἐνίοις τῶν χρησμῶν, καίτοι ὑπικρυπτόμενόν τὰ πολλὰ τῆς μαντικῆς ἀσαφείας, ὡς μὴ πάνυ σφόδρα ἄγαν τοῖς ἀκούουσιν ἐξετάζειν τὰ μέτρα. ΖΕ. σύκοιν, ὦ Ἑρμῆ, τὸν Ὁμηρικὸν ἐπῶν εἰσκατάμιξον τὰ πολλὰ τῷ κηρύγματι, ὡς ἐκεῖνος ἡμᾶς συνεκάλει, μεμνῆσθαι δέ σε εἰκός. ΕΡ. ἐμνήσθην μὲν οὖν καὶ ταῦτα σαφῶς, ἐπειδήπερ καὶ τοιαῦτα δεῖ ὑμᾶς·

Μήτέ τις ὧν σάλπιγξ ἠὲς, καὶ μήτε τις αὐρέων,
Μηδ' αὐτῷ ποταμῷ μάρπτω, νέος ἢ Ὠκεανοῖο,
Μηδέ τε νυμφάων, αἳ τ' ἐς Διὸς ἔλθετε πάντες
Εἰς ἀγορήν, ὅσαι τε κλυτὰς δαίνυσθ' ἑκατόμβας,
Ὅσσαι τ' αὖ μίσαται, ἢ ἴσαται, ἢ μάλα πάγχυ
Νώνυμοι, βωμοῖσι περὶ κνίσῃσι κέονται.

MICYLL. Per Iouem, isthuc ipsum: perinde enim ac si insomnium meum videat Pindarus, ita prædicat aurum. Sed vt tandem cognoscas quale fuerit, ausculta iam sapientissime Galle. Meministi vt heri nullum domi cibum acceperim: siquidem Eucrates diues ille fortè mihi in foro factus obuiam, lotum me in tempore ad cœnam venire iusserat. GALLVS. Isthuc equidem planè memini. nam totum esuriebam diem, donec mihi, profunda tandem vespera domum reuersus subuuidus, vinóque madens, quinque illas fabas proferres, non admodum opiparam cœnam Gallo, qui quondam fuerit athleta, quíque Olympia non segniter olim decertarit. MICYL. Ast vbi reuersus à cœna fabas tibi obiecissem, obdormij protinus. Tum mihi, iuxta Homerum, ambrosia sub nocte diuinum quoddam haud dubiè somnium assistens. GAL. Sed priùs quæ tibi apud Eucratem acciderint, Micylle narra, & cuiusmodi fuerit cœna, quæque super cœnam acta sunt omnia. Nihil enim prohibet te denuo cœnare, si veluti somnium quoddam eius cœnæ reducas, & quæ tum ederis, rursum commemoratione quasi rumines. MICYL. Credebam molestum futurum me, si hæc quoque retulissem: verùm posteaquam tu desideras, en id quoque narrabo. Quum nunquam antehac in vita cœnassem apud vllum diuitem, ô Pythagora, heri bona quapiam fortuna in Eucratem incidi: atque ego quidem simul atque dominum illum salutassem, ita vti consueueram, subducebam me: ne pudori illi essem, si lacera in veste fuissē affectatus. At ille, Micylle, inquit,

hodie natalitia filiæ celebro, plurimósq; ad conuiuium amicos inuitaui: verùm quoniam aiunt quendam ex his incõmoda esse valetudine, neque posse pariter ad conuiuium nostrum accedere: tu eius loco venito lotus: nisi ipse fortè qui vocatus est, semet adfuturum renunciarit: nã nunc quidé ambigit. Hoc vbi audissem, adorato diuite discedebam, omnes obsecrans deos, vt algidam febrem aliquam, aut laterum dolorẽ, aut podagram morbi auctarium immitterent valetudinario illi, cuius ego sellæ occupator, cœnæque vicarius & hæres eram vocatus. Interim hoc spacij quod vsque ad balnei tempus intercessit, longissimum seculum esse iudicabam: dum subinde respicio quot pedum esset litera, & quando illos iam lauisse cõsentaneum esset. Hîc vbi tempus tandem aduenisset, ocyus me corripio, atque abeo, nitidè admodum cultus, sic obuerso palliolo, vt qua esset parte purissimum, ea videretur. Offendo autẽ ad fores & alios cõplures, in quibus etiam illũ (gestabatur autem à viris quatuor) cuius eram subconuiua vocatus, qui malè habere dictus erat, atque id etiam præ se ferebat, quòd afflicta esset valetudine: nam ex alto gemebat, tussiebátque ac screabat velut ex abdito: quódque ægrè graderetur, totus pallidus ac tumens, annos natus circiter sexaginta: ferebatur autem philosophus quispiam esse ex his qui apud adolescentulos nugas deblaterant. At barba mirè erat tragica, id est hircina, supra quàm credi posset tõsoris egens. Porrò increpante Archibio medico, quamobrem cùm ita esset affectus, aduenisset: Non oportet, inquit, promissa deserere, præsertim hominem philosophum, etiamsi mille vrgeant & instent morbi. Putabit enim Eucrates sese à nobis haberi ludibrio. Haudquaquam, inquam ego: imò collaudabit te, si domi potiùs apud te velis emori, quàm in conuiuio animam vnà cum phlegmate excreans. Atque ille quidem præ arrogantia dissimulabat sese dicterium audisse. Haud multo pòst accessit & Eucrates iam lotus: conspectóque Thesmopolide (nam id erat philosopho nomẽ) Præceptor, inquit, probè quidem factum abs te, qui ipse ad nos veneris: tametsi nihilo deteriùs tibi fuerat futurum: siquidem etiam absenti omnia ordine missa fuissent. Hæc simul atque dixerat, introgreditur, manus illi porrigens, pariter & famulis innitenti.

Gnomonẽ horologij notásse.

ξυγαξῆς τὴμεθ' ἑτέρων ἑστιῶ γυμνάσια, καὶ παρεκάλεσα τῶν φίλων μάλα πολλούς. ἐπεὶ δέ τινα φασὶν αὐτῶν μαλακῶς ἔχοντα οὐχ οἷόν τε εἶ) ξυνδειπνῆσαι μεθ' ἡμῶν, σὺ αὐτ' ἐκείνου ἴσθι λαγὰμβανος, ἐὰν μὴ ἔγε κληθεὶς αὐτὸς, εἴπῃ ἀφίξεσθαι, ὡς νῦν γε ἀμφίβολός ἐστι. ταῦτα ἀκούσας ἐγὼ, παρεσκευάσας, ἀπῆν βυζόμενος ἅπασι θεοῖς ἀπιάλόν τινα, ἢ πλευρῖτιν, ἢ ποδάγρας ἐπιπέμψαι τῷ μαλακιζομένῳ ἐκείνῳ, ὃς ἔφεδρος ἐγὼ, καὶ ἀντίδειπνος, ἐν ἀφόδοις ἐκεκλήμην καὶ ὁ ἄγειν λουσόμενος, αἰῶνα μήκιστον ἐπῆγμην, συνεχὲς ἐπισκοπῶν, ὁπόσα ποιῶ τὸ στοιχεῖον εἴη, καὶ πηνίκα ἤδη λελουσθαι δέοι. κἀπειδή ποτε ὁ καιρὸς ἀφίκετο, παρῆν τάχος ἐμαυτὸν ἀπορρίψας, ἀφῆγμαι, κομμιῶν μάλα ἐξησκημένος, διὰ τριβέων τὸ περιῶνιον, ὡς ὅτι τῶν καθαρωτέρων ἡμφιέσμην ἡ ἀναβολή. καταλαμβάνω τε παρὰ τοῖς θύραις ἄλλους τε πολλοὺς, καὶ δὴ κἀκεῖνον, φορεῖσθαι μὲν ὑπὸ τεττάρων κεκομισμένον, ὃν με ὑποδέξασθαι ἔδει, τὸν νοσοῦντα λεγόμενον καὶ ἐδήλου δὲ πονηρῶς ἔχων. ὑπερέστενε γοῦν, καὶ ὑπερέκοπτε, καὶ ἐκεχρέμωτο μυχόθεν τινός, καὶ δυσπρόσοδον, ὠχρὸς ὢν ὅλος, καὶ διῳδηκώς, ἀμφὶ τὰ ἑξήκοντα ἔτη γεγών. ἐλέγετο δὲ φιλόσοφός τις εἶ) τῶν παρὰ τοῖς μειρακίοις φλυαρούντων. ὁ γοῦν πώγων μάλα πατρικὸς ἦν, εἰς ὑπερβολὴν κουρίαν· καὶ αἰτιωμένου δὲ Ἀρχιβίου τὴν ἰατρόν, διότι οὕτως ἔχων ἀφίκετο, Τὰ κατηγγελμένα, ἔφη, ἃ χρὴ παρεῖναι, καὶ ταῦτα, φιλόσοφον ἄνδρα, κἂν μυρίαι νόσοι ἐμποδὼν ἱστῶνται. κἠμοὶ γὰρ Εὐκράτης ὑπερεθάρρησε παρεῖναι πρὸς ἡμᾶς. οὐμμενοῦν εἶπον ἐγὼ, ἀλλ' ἐπαινέσεταί σε, μᾶλλον οἶμαι τῶν σαυτοῦ μᾶλλον ἀποθανεῖν ἑκόντος, ἢ σὲ τοῦ συμποσίου σπασάμενον χρεμψάμενον τοῦ ψυχροῦ μετὰ τοῦ φλέγματος. ἐκεῖνος μὲν οὖν ὑπὸ μεγαλοφροσύνης, ἃ παρεσκεύαστο ἀκηκοέναι τὸν σκώμματος. ἐπεὶ δὲ μετ' μικρὸν ὁ Εὐκράτης λελουμένος, καὶ ἰδὼν τὸν Θεσμόπολιν (τοῦτο γὰρ ὁ φιλόσοφος ἐκαλεῖτο) Διδάσκαλε, φησὶν, ὦ μὴ ἐποίησας αὐτὸς ἦκων παρ' ἡμᾶς· ἃ μεῖον οὐ τί σοι ἐγένετο, καὶ ἀπόντι γὰρ ἄπονα ἔξῆς ἐπέσαλτο σῶ. κἀμὲ λέγων, εἰσῆλθε χεῖρας ὀρέγων αὐτῷ, ἐπερειδομένῳ καὶ τοῖς οἰκέταις.

ἐγὼ μὲν οὖν ἀπιέναι παρεσκευαζόμην ὁ δὲ, A
ὑπορραφεὶς, καὶ ὑπὸ πολὺ διδοὺς, ἐπεί με
πάνυ σκυθρωπὸν εἶδε, Πάεδη, ἔφη, καὶ σύ,
ὦ Μίκυλλε, καὶ σκιαδείπνῳ μὲν ἡμῖν· τὸν γὰρ
ἐγὼ κελεύω ἐν τῇ γυναικωνίτιδι μετ'
τῆς μητρὸς ἑστιᾶσθαι, ὡς σοὶ χώραν ἔχῃς.
εἰσήειν οὖν μάτην λύκος χανὼν ὀφθεὶς μι-
κρὸν αἰσχυνόμενος, ἐπεὶ ἐδόκουν ἐξεληλακέ-
ναι τὸν συμποσίου ὁ παῖδα τὸν Εὐκράτους.
καὶ ἐπειδὴ κατακλίνεσθαι καιρὸς ἦν, τὸν μὲν
πρώτιστον, αἰδέσθην τὸν Θεσμόπολιν,
οὐκ ἀναγκαίως, νὴ Δία, πάντε, οἶμαι, νεα- B
νίσκοι δυμεγέθης, ὑπαυχένια περιβύσαντες
αὐτῷ πάνυ σφόδρα, ὡς δυσχερῶς ἐν τῷ σχήματι,
καὶ ὑπὸ πολὺ καρτερῶς διώκετο. εἶτα μηδενὸς
ἀντεχομένου πλησίον κατακεῖσθαι αὐτῷ, ἐμὲ
κατακλίνουσι φέροντες, ὡς ὁμοτράπεζοι εἴημεν.
τοιοῦτον ἐδειπνοῦμεν, ὦ Πυθαγόρα,
πολύοφόν τι, καὶ ποικίλον δεῖπνον, ὑπὸ χρυσοῦ
πολλοῦ, καὶ ἀργύρου· καὶ σκεύματα μὲν χρυ-
σᾶ, καὶ δρόμοι ὡραῖοι, καὶ μυροπῶλαι, καὶ γε-
λωτοποιοὶ, καὶ ὅλως, ἤδιστα τὶς μοι ἢ δρομικῶς,
πλοῦν ἄλλα ἔν με ἐλύπει, ὁ μετρίως ὁ Θε- C
σμόπολις σκοχλῶν, καὶ ἀρετήν τινα περὶ με
διεξιών, καὶ διδάσκων, ὡς αἱ δύο ἀποφάσεις,
μίαν κατάφασιν ἀποτελοῦσι, καὶ ὡς εἰ ἡμέρα
ἐστὶ, νὺξ οὐκ ἔστιν, ἐνίοτε δὲ, καὶ κέρατα ἔφα-
σκεν εἶναί μοι, καὶ πολλὰ τοιαῦτα· ἐγὼ δὲ ἀσυμέ-
νῳ τῷ φιλοσόφῳ συνειρῇ, καὶ κατετέμνε-
το τὸν ὑφεστῶτα, οὐκ ἐῶν ἀκούειν τῶν κι-
θαριζόντων, ἢ ᾀδόντων. τοῦτο μού σοι, ὦ ἀλε-
κτρυών, τὸ δεῖπνον. ΑΛΕ. οὐχ ἥδιστον, ὦ Μί-
κυλλε, καὶ μάλιστα ἐπεὶ συνεκληρώθης παῤ
λύρᾳ σκιερᾷ γέροντι. ΜΙΚ. ἄκουε δὴ καὶ τὸ
σύμπτιον. ἐμοὶ γὰρ τὸν Εὐκράτην αὐτὸν ἀ- D
παῖδα ὄντα, οὐκ οἶδ' ὅπως ἀποθνήσκειν, εἶτα
προσκαλέσασθαί με, καὶ διαθήκας γράψαι, ἐν
αἷς ὁ κληρονόμος μοῦ ἀπάντων ἐγὼ, μικρὸν
ὑπερόντα, ἀποφαίνει· ἐμαυτὸν δὲ προελθόντα
ἐς τοὐμφανὲς, τὸ μὲν χρυσίον, καὶ τὸ ἀργύριον,
ἐξαιτεῖν, σκάφαις τισὶ μεγάλαις, ἀένναόν τε
καὶ πολὺ ὑπερῥέον· τὰ δ' ἄλλα, τοὐμὸν ἐσθῆτα,
καὶ τραπέζας, καὶ σκεύματα, καὶ διακόνους, πάντα ἐμὰ, ὡς τὸ εἰκὸς, εἶναι. Εἶτα ὀχή-
ματος ὑπὲρ λευκοῦ ζεύγους, ἐξυπτιάζων, πε-
ριβλεπτὸς ἅπασι τοῖς ὁρῶσι καὶ ὑπέφθονος.

Ego igitur iam abire parabam: verùm ille conuersus, vbi diu secum hæsitasset, posteaquam me tristem admodum videret, Ades, inquit, tu quoque Micylle, ac nobiscum cœna. Nam filiũ in mulierum conclaui vnà cum matre conuiuium agere iubebo, quò tibi sit locus. Ingrediebar itaque, cùm parum abfuerit vt lupus frustra hians discederem: verùm ingrediebar pudefactus, quòd Eucratis filiolum è conuiuio viderer expulisse. Alt vbi iam tempus esset vt discumberemus, primum tollentes Thesmopolin composuerunt, haud sine negotio per Iouem, quinque (si Diis placet) proceri iuuenes, ceruicalia illi supponentes vndiquaque: quò nimirum in eodem habitu permanere, ac longum etiam tempus durare posset. Deinde vbi nemo iam tolerare posset vt iuxta illum accumberet, me adductum reclinant, vt eadem in mensa essemus. Deinceps cœnabamus, ô Pythagora, opiparam quandam & variam cœnam, multóque in auro, multo item argento. Pocula erãt aurea, ministri formosi: tum cantores, & concitandi risus artifices. In summa iucundissima quæpiam erat vita: nisi quòd vnum quiddam me vehementer malè habebat, Thesmopolis obstrepens atque obturbans, virtutem nescio quam mihi commemorans, docénsque quòd duæ negationes vnicam efficerent affirmationem: quódque si dies sit, nox non sit. Nonnunquam & cornua mihi dictitabat esse: atque id genus multa philosophabatur erga me, quibus eiusmodi nihil opus: planéque voluptatem interpellatione minuebat, quum non sineret exaudiri eos qui cithara vocéque canebant. Habes Galle de cœna. G A L. Non admodum suaui Micylle: maximè posteaquam cum illo deliro sene sortitus eras accubitum. M I C Y. Audi nunc insomnium. Visus enim mihi Eucrates ipse, quum orbus esset liberis, nescio quomodo è vita decedere. Dehinc vbi me accersisset, ac testamentum condidisset, quo me in solidum hæredem omnium scripserat, paulo tempore superstes emori. Porrò ipse videbar adire facultates: & tum aurum argentúmque ingẽtibus quibusdam scaphis exhaurire, perpetuò subscaturiens, & affatim affluens: tum autem vestes, mensas, pocula, ministros, omnia mea, vt par erat, esse. Postea candido vehiculo vectabar resupinus, cunctis qui intuebantur, conspiciendus & admirãdus.

Diuitum speciosa ac læta.

Accurrebant permulti, ac circumequitabant, complures ſequebantur. Ego interim illius indutus veſtitum, & annulos gerens circiter ſedecim, digitis inſertos, epulum quoddam ſplendidum iubebam adornari, quo amicos acciperem. Iámque illi, ita vt in ſomnio fieri conſentaneum eſt, aderant: iam epulæ erant comportatæ: iam potus ex animi ſententia miniſtratus. In his quum verſarer, & aureis phialis prębiberem omnibus qui aderant amicis: cùm iam inferrentur bellaria, intempeſtiuo tuo clamore perturbaſti nobis conuiuium, menſáſque ſubuertiſti, ac diuitias illas ita diſſipaſti, vt in auras euaneſcerent. Num tibi videor iniuria ſtomachatus in te? nam vel treis noctes perpetuas libenter adhuc ſomnium illud quod mihi accidit, videre cupiam. GAL. Adeóne es auri cupidus, & opum auidus Micylle? idque ex omnibus vnum admiraris, ac felicitatem vnicam eſſe iudicas, ſi plurimum poſſideas auri? MYCIL. Equidem haud ſolus ita cogito Pythagora: quin ipſe quoque, tum quum Euphorbus eſſes, auro atque argento comis intexto prodibas pugnaturus cum Achiuis, idque in bello, vbi ferrum quàm aurum geſtare ſatius fuerat. At tu etiam tum voluiſti calamiſtris auro internexis in periculum deſcendere. Atque ob eam (opinor) cauſſam, Homerus comas tuas Gratiis ſimiles dixit, quòd auro argentóque reuincirentur. Etenim longè nimirum meliores atque amabiliores videbantur quòd eſſent auro religatæ, vnáque cum eo relucerent. Neque iſthuc nouum eſt, auricome, ſi tu Pantho patre prognatus, aurum in precio habuiſti: quin & ipſe Deorum omnium hominúmque pater ille, Saturno Rheáque progenitus, quum Argolicam illam puellam adamaret, vbi nihil inueniret amabilius in quod ſeſe transformaret, neque quo Acriſij cuſtodias poſſet corrumpere, audiſti videlicet vt aurum ſit factus, atque ita per tegulas illapſus potitus eſt ea quam deperibat. Iam verò quid tibi commemorem quàm multos vſus prębeat aurum? & vt eos quibus adfuerit, formoſos & ſapientes & potentes reddat, decus & gloriam illis concilians? vtque nonnunquam ex obſcuris & infamibus claros ac celebres repentè efficiat? Nam noſti vicinum mihi & eiuſdem artificij Simonem,

A ἢ προσέθεον πολλοί, ἢ παρέπαττον, ἢ εἵπετο πλείους. ἐγὼ δὲ, τὴν ἑαθῆτα τὴν ἐκείνῳ ἔχων, ἢ δακτυλίοις βαρὺς, ἔσον ἑκκαίδεκα, ἐζημμένους τῶν δακτύλων, εἰς ἑλθὸν ἑτοίμασα τὰ λαμπρότατα βύρσαι παθῶν ἐς ὑποδοχὴν τῶν φίλων. οἱ δὲ, ὡς ἐν ὀνείρῳ εἰκὸς, ἤδη παρῆσαν, ἢ ὁ δεῖπνον ἄρτι συνεκομίζετο, ἢ ὁ πότος συνεκροτεῖτο· ἐν τούτῳ ὄντα με, ἢ φιλοτησίας προπίνοντα ἐν χρυσαῖς φιάλαις ἑκάστῳ τῶν παρόντων, ἤδη τῷ πλαγιῶντος ἐκκομιζομένου, ἀναβοήσας ἀκύρως, συνεπάραξας μοὶ ἡμῖν ὃ συμπόσιον, ἀνέρρηξας δὲ B τὰς τραπέζας, τὸν δὲ πλοῦτον ἐκεῖνον ἀφανισθέντας, ὑπνῶντα φέρεσθαι ποιήσας. ἆρά σοι ἀλόγως ἀγανακτῆσαι κ᾽ σοὶ δοκῶ, ὡς τελέως ἂν ἡδέως ἐπιδεῖν τὸν ὄνειρόν μοι γνόμενον; AΛ. οὕτω φιλόχρυσος, ἢ φιλόπλουτος, ὦ Μίκυλλε, ἢ μόνον τοῦτο ἐξ ἁπάντων θαυμάζῃς, ἢ νῦν εὐδαίμων εἶ πολὺ κεκτημένος χρυσίον; MI. οὐκ ἐγὼ μόνος, ὦ Πυθαγόρα, τοῦτο, ἀλλὰ ἢ σὺ αὐτὸς, ὁπότε Εὔφορβος ἦθα, χρυσὸν καὶ ἄργυρον ἐζημμένος τῶν Ἀσσυρίων, ὅτε ἐξῄεις πολεμήσων τοῖς Ἀχαιοῖς, ἢ ἐν τῷ πολέμῳ ἔνθα C σιδηροφορῆν μᾶλλον ἢ χρυσοφορῆν ἄμεινον ἦν. σὺ γὰρ τότε ἐξέρυς χρυσῷ δεδεδιμένους τοὺς πλοκάμους ἔχων, δεδιὼς μὴ δοκεῖ Ὅμηρος δεδάκρυ Χαρίτεσιν ὁμοίας εἰπεῖν σε ταῖς κόμας, ὅτι χρυσῷ τε, ἢ ἀργύρῳ ἐσφήκωντο· μακρῷ γὰρ ἀμείνους δηλαδὴ, ἢ ἐρασμιώτεραι ἐφαίνοντο, συναναπεπλεγμέναι τῷ χρυσίῳ, ἢ συναπολάμπουσαι μετ᾽ αὐτοῦ. καίτοι τί μοὶ σὺ, ὦ χρυσοκόμη, μέτεια, εἰ Πανθοῦς υἱὸς ὤν, ἐτίμας ὃ χρυσίον. ὁ δὲ πάντων θεῶν πατὴρ, ἢ ἀνδρῶν, ὁ Κρόνος ἢ Ῥέας, ὁπότε D ἠράσθη τῆς Ἀργολικῆς ἐκείνης μειράκιος, οὐκ ἔχων εἰς ὅ, τι ἐρασμιώτερον αὐτὴν μεταβάλοι, οὐδὲ ὅπως ἂν διαφθείρῃ τὸν Ἀκρισίου τοὺς φρουροὺς, ἀκριβῶς ἤδη που ὡς χρυσίον ἐγίνετο, ἢ ῥυεὶς διὰ τῶν τεγῶν, συνῆν τῇ ἀγαπωμένῃ. ὥστε τί ἂν σοι ὃ ἐπὶ πάντων ἔτι λέγοιμι; ὅσας μὲν χρείας παρέχεται ὁ χρυσὸς· ὡς δὲ οἷς ἂν πάρῃ, καλοῖς τε ἀνδράσι, ἢ σοφοῖς, ἢ ἰσχυροῖς ἀνδράσι), τιμιωτέρους ἢ δόξαν συνάπτων, ἢ ἐξ ἀφανῶν, ἢ ἀδόξων, ἐνίοτε περιβλέπτους ἢ ἀοιδίμους ἐν βραχεῖ ποιῆσαι; τὸν γοῦν Θεσσαλὸν μοι τὸν ἐμπύρχον εἶδες, τὸν Σίμωνα,

ὑ τοῦ πολλοῦ δέ πυήσθητα πρ' ἐμοὶ, ὅτε ὃ A ἔτιος ἤψαιω τῆς Κρονίοις, δύο τόμους τ' ἀλλάντος ἐμβαλών. ΛΑΕ. οἶδα, τὸν σιμὸν, τὸν βραχὺ, ὃς ὃ κεραμεοῦν τρύβλιον ὑφελόμενος, ἤγετο ὑπὸ μάλης ἔχων, μὴ ὃ δεῖπνον, ὃ μόνον ἡμῖν ὑπῆρχεν. εἶδον γὰρ αὐτὸς, ὦ Μίκυλλε. MIK. ὀκνοῦν ὀκνῶν κλέψας, εἶτα ἐπωμόσατο θεοῖς τοσούτοις. ἀλλὰ τί σὺ ἐμιμύνες, καὶ ἐδόας τότε, ὦ ἀλεκτρυών, λανθάνειν ἡμᾶς ὁρῶν; ΑΛΕ. ὀκνικύζον, ὃ μόνον μοι τότε δυνατὸν ἦν. τί δ' οἴει ὁ Σίμων; ἐώκεις γάρ τι περὶ αὐτοῦ ἐρεῖν. MIK. ἀκήκοας γὰρ περὶ αὐτοῦ, πλούσιος ἐς B ὑπερβολὴν, Δρυμύλος ὄνομα· οὗτος ζῶν μὲν, οὐδὲ ὀβολὸν ἔδωκε τῷ Σίμωνι. πῶς γὰρ, ὃς οὐδὲ αὐτὸς ἥπτετο τῶν χρημάτων; ἐπεὶ δὲ ἀπέθανε πρῴην, ἅπαντα ὀκεῖνα κατὰ τοὺς νόμους, Σίμων ὁ τὰ ῥάκια τὰ πυανεπὴ, ὁ τὸ τρύβλιον περιλείχων, ἅσμενος ὑπεδέξατο, ἀλουργῆ καὶ ὑσσωτοβαφῆ ἀμπεχόμενος, οἰκέτας, καὶ ζεύγη, καὶ χρυσᾶ σκεύματα, καὶ ἐλεφαντόποδας τραπέζας ἔχων, ὑφ' ἁπάντων προσκυνούμενος, οὐδὲ προσβλέπων ἐπ' ἡμᾶς. ἔναγχος γοῦν ἐγὼ C μὲν ἰδὼν προσιόντα, Χαῖρε, ἔφην, ὦ Σίμων. ὁ δὲ ἀγανακτήσας, Εἶπατε, ἔφη, τῷ θεράποντι, μὴ καταμικρύνῃ μου τὸ ὄνομα· ἐγὼ Σίμων, ἀλλὰ Σιμωνίδης ὀνομάζομαι. ὃ δὲ μέγιστον, ὅτι καὶ ἐρῶσιν αὐτοῦ καὶ αἱ γυναῖκες· ὁ δὲ δρύπτεται καὶ προσὸς ταύτας, καὶ ὑπορρεῖ, καὶ ταῖς μὲν, προσίεται, καὶ ἵλεώς ἐστιν, αἷς δὲ, ἀπειλοῦσιν αἱ ἐλεύθεραι αὐτὰς, ἀμελοῦμεναι. ὁρᾷς ὅσων ἀγαθῶν ὁ χρυσὸς αἴτιος, εἴ γε καὶ μεταποιεῖ τοὺς ἀμορφοτέρους, καὶ ἐρασμίους ἀπεργάζεται, ὥσπερ ὁ ποιητικὸς D ὀκεανὸς κεστός. ἀκούεις δὲ καὶ τῶν ποιητῶν λεγόντων·

Ω χρυσὲ δεξίωμα κάλλιστον κτεάνων. καὶ,

Χρυσὸς γάρ ἐστιν, ὃς βροτῶν ἔχει κράτη.

ἀλλὰ τί μεταξὺ ἐγέλασας, ὦ ἀλεκτρυών; ΛΑ. ὅτι σὺ μὲν ἀγνοίας, ὦ Μίκυλλε, καὶ σὺ τὰ ὅμοια τοῖς πολλοῖς δόξαν πάντων περὶ τὸν πλοῦτον. οἶδ', εὖ ἴσθι, πολὺ ἀθλιώτερον ὑμῶν τὸν βίον βιοῦσι. λέγω δέ σοι, ὃς πένης, καὶ πλούσιος πολλάκις γενόμενος, καὶ ἄπορος βίου πεπειραμένος· μὴ μικρὸν δὲ καὶ αὐτὸς εἴλη ἔκασα.

qui paucis antè diebus apud me cœnauit, quum legumen coquerem Saturnalibus, duásque extorum cæsuras immitterem. GAL. Noui, Simonem illum breuem: qui fictilem ollulam, quæ nobis erat vnica, suffuratus, peracta cœna abiit sub ala gestans. Nam ipse vidi Micylle. MIC. Atqui quum eam sustulerit, tam multos ille deos postea iurabat. Sed cur non prodebas, ac vociferabare tum ô Galle, quum nos furto spoliari conspiceres? GAL. Coccyzabam, quod mihi solùm licebat id temporis. Verùm quid Simon ille? Nam videbare de illo dicturus nescio quid. MIC. Ei consobrinus erat vir supra modum diues, nomine Drimylus: is quoad viuebat, ne obolum quidem donauerat Simoni: nam quî daret, cùm ne ipse quidem pecunias attingeret? At simul atque mortuus est nuper, vniuersis illis opibus, iuxta leges, Simon ille, qui coria putria, qui patellam circumlingebat, gaudens potitur, purpura ostróque circunteetus: famulósque & currus, & aurea pocula, & mensas eburnis innixas pedibus possidet: ab omnibus adoratur: iámque nos ne aspicit quidem. Etenim nuper quum illum procedentem conspexissem, Salue, inquam, Simon. At ille indignè ferens, Edicite, inquit, mendico isti, ne vocabulum meum diminuat: neque enim Simon, sed Simonides appellor. Porrò (quod est omnium maximum) mulieres etiam illius amore capiuntur. Atque is quidem eludit eas, ac fastidit, & alias quidem admittit comémque sese præbet: aliæ porrò quæ negliguntur, necem conscituras sibi minitantur. Vides quantas commoditates pariat aurum: quandoquidem eos qui sunt deformissimi, transfigurat, & amabiles reddit, non secus atque cestus ille poëticus. Audis insuper & à poëtis dictum,

O aurum auspicata res, & ostentum optimum.

Et rursum,

Aurum est quod opibus imperat mortalium.

Sed quid interim risisti Galle? GAL. Quoniam tu quoque per insciciam Micylle simili modo falleris opinione de diuitibus, quemadmodum vulgus: verùm (crede mihi) longè etiam ærumnosiorem vitam viuunt, quàm vos. Hæc autem loquor, qui ipse & pauper, & diues aliquando fuerim, atque omne vitæ genus sim expertus. Porro paulò pòst ipse quoque hæc omnia cognosces,

MIC. Per Iouem tempestiuum iam est vt & tu referas quemadmodum sis transfiguratus, & quid in vnoquoque vitæ genere perspexeris. GAL. Ausculta, hoc tantùm præmonitus, me neminem feliciorem in vita, quàm tu sis, vnquam vidisse. MIC. Quàm ego sim, ô Galle? Hanc felicitatem tibi ipsi imprecor. Nam videre me tibi ridendum proponere. Verùm age, narra, exordiens ab Euphorbo, quo pacto fueris in Pythagoram transformatus: deinceps ordine ad Gallum vsque. Consentaneum enim est te varias res tum vidisse, tum tulisse, nimirum tam diuersis vitæ formis. GAL. Quemadmodum initiò ab Apolline profecta anima in terram deuolarit, & corpus humanũ subierit, vt illic pœnã quandam dependeret, id longum dictu futurũ sit: præterea neque mihi referre fas est, neque tibi eiusmodi audire. Verùm vbi Euphorbus factus essem. MIC. Sed ego priusquam essem is qui nunc sum, ô præclare, quisnam eram? hoc mihi priùs dicito nunquid & ego versus fuerim itidẽ vt tu? GAL. Maximè. MIC. Quis igitur eram? si quo modo potes dicere: pervelim enim isthuc cognoscere. GAL. Tu formica fueras Indica, ex earũ genere quæ aurum effodiunt. MIC. Et postea neglexi infelix vel paucula frusta in vitam importare, quum illo essem alitus? Sed age, quid post hæc futurus sim dicito: quandoquidem consentaneum est scire te. Etenim nisi quid bonæ sit rei, iam nunc suspendero me ab ista pertica in qua nunc stas. GAL. Isthuc profectò nulla ratione possis cognoscere. Cæterùm quum Euphorbus essem (nam ad illa redeo) in Troia pugnabam: atque à Menelao necatus, aliquanto pòst tempore in Pythagoram perueni. Porrò eousque absque tecto perdurabam, donec Mnesarchus aliquando mihi domum ædificaret. MIC. Obsecro te, num absque cibo potúque? GAL. Maximè. Nihil enim istis rebus opus, nisi corpori dũtaxat. MIC. Illud igitur priùs dicito, ea quæ ad Troiam gesta sunt, num ita se habent, qualia fuisse dixit Homerus? GAL. Quînam ille scire potuisset, Micylle, qui quidem dum ista gerebantur, ipse camelus erat in Bactris? Cæterùm ego tibi tantùm effabor diuinitus, nihil id temporis eximium fuisse, neque Aiacẽ vsqueadeo magnum, neque Helenã adeò formosam, quemadmodum arbitrantur: siquidem vidi candida quãdam & procera ceruice,

ΜΙΚΥΛ. νὴ Δία, χαιρὸς γοῦν ἤδη καὶ σὲ εἰπεῖν ὅπως ἠλλάγης, καὶ ἃ συνοίσεταί σοι βίῳ ἑκάστῳ. ΑΛΕΚ. ἄκουε, ποσεδόν γε παρέξεις, μηδένα με σοῦ δαιμονιέστερον βιοῦντα ἑωρακέναι. ΜΙΚ. ἐμοῦ, ὦ Ἀλεκτρυών; οὕτω σοι φαίνοιτο. παραλόγως γάρ μοι λοιδορεῖσθαί σοι. ἀλλὰ εἰπὲ ἀπὸ Εὐφόρβου ἀρξάμενος, ὅπως ἐς Πυθαγόραν μετεβλήθης, εἶτα ἑξῆς ἄχρι τοῦ ἀλεκτρυόνος. εἰκὸς γάρ σε ποικίλα καὶ ἰδεῖν, καὶ παθεῖν, ἐν πολυφόροις τοῖς βίοις. ΑΛΕΚ. ὡς μὲν ἐξ Ἀπόλλωνος ὃ πρῶτον ἡ ψυχή μοι κατεπλάμην εἰς τὴν γῆν ἐνέδυ ἐς δυσθρόου σῶμα, ἵν' πινα τὴν κατάκλισιν ἐκτελοῦσα, μακρὸν δὴ εἰπεῖν λέγειν, ἄλλως τε, οὔτε ὅσιον οὔτε ἐμοὶ εἰπεῖν, οὔτε σοὶ ἀκούειν τὰ τοιαῦτα. ἐπεὶ δὲ Εὔφορβος ἐγενόμην. ΜΙΚ. ἐγὼ δὲ πρό γε τούτου, ὦ θαυμάσιε, τίς ἦν, τοῦτό μοι πρότερον εἰπέ, εἰ καί ποτε ἠλλάγην ὥσπερ σύ. ΑΛΕΚ. καὶ μάλα. ΜΙΚ. τίς οὖν ἦν, εἴ τι ἔχεις εἰπεῖν; ἐθέλω γὰρ τοῦτο εἰδέναι. ΑΛΕ. σὺ μύρμηξ Ἰνδικός, τὴν ὃ χρυσίον ἀπορυττόντων. ΜΙΚ. εἶτα ὠκύποδα κακοδαίμων ἐλίγον τὴν ὠφελίαν ἧκεν ἐς τὸν βίον, ἐξ ἐκείνου ὁπόσα πόνου; ἀλλὰ καὶ τί μοι τοῦτ' ἔσομεν, εἰπὲ· εἰκὸς γὰρ εἰδέναι σε. εἰ γάρ τι ἀγαθὸν εἴη, ἀπὸ ξύλου ἤδη αἰωρᾶς ἀπὸ τῆς πατάλου, ἐφ' οὗ σὺ ἔσηκας. ΑΛΕΚ. οὐκ ἂν μάθοις τοῦτο σαφέστερον μηχανῇ· πλὴν ἀλλὰ ἐπεί σοι Εὔφορβος ἐγενόμην (ἐπαμφοτερίζω γὰρ ἔτι· ἐκφέρω) ἐμαχόμην ἐν Ἰλίῳ, καὶ ἀποθανὼν ὑπὸ Μενελάου, χρόνῳ ὕστερον ἐς Πυθαγόραν ἦκον. πέως δὲ παρεμένων ἄοικος ἐγώ, ἄχρι οὗ ὁ Μνήσαρχος ἐξεργάσηταί μοι τὸν οἶκον. ΜΙΚ. ἄσιτος ὤν, ὦ πάτερ, καὶ ἄποτος; ΑΛΕ. καὶ μάλα. οὐδὲ γὰρ ἐδέησε τούτων, ἢ μόνῳ τῷ σώματι. ΜΙΚ. οἶκον μὲν οὖν τὰ ἐν Ἰλίῳ παρεστῶτά μοι εἰπὲ· τοιαῦτα ἐῶ οἷά φησιν Ὅμηρος γενέσθαι αὐτά; ΑΛΕΚ. πόθεν ἔκφρων ἦσθα, ὦ Μίκυλλε, ὃς ἐνόμιζον ἐκεῖνον, κἀμηλος ἐν Βάκτροις ἐῶ. ἐγὼ δὲ ποσεδόν σοι φράσω ἀφθόνως, μηδὲ φθονεῖσθαι πρὸς μήτε τὸν Αἴαντα οὕτω μέγαν, μήτε τὴν Ἑλένην αὖτε ὧδε καλήν, ὡς οἴονται. εἶδον γὰρ λευκήν μού τινα, ἐν βραχίοσι τὴν τράχηλον,

ὡς εἰκάζην κύκνου φυγατέρα εἶη). πάλαι δὲ, A πολὺ πρεσβύτην, ἡλικιώτην σχεδὸν τῆς Ἑκάβης· ἰῶ γε Θησεὺς πρῶτον ἁρπάσας, ἐν Ἀφίδναις εἶχε· καὶ τὸν Ἡρακλέα ἑωράκαμεν· ὁ δὲ Ἡρακλῆς, πρότερον εἷλε Τροίαν καὶ τοὺς πατέρας ἡμῶν, πρὸς τότε μάλιστα. διηγεῖτο γάρ μοι ὁ Πάνθους ταῦτα, κομιδῇ μειράκιον ὤν, ἑωρακέναι λέγων τὸν Ἡρακλέα. MIK. τί δὲ, ὁ Ἀχιλλεὺς τοιοῦτος ἰῶ ἄρειος τὰ πρόσω, ἢ μῦθος ἄλλος καὶ ταῦτα; ΑΛ. ἐκείνῳ μὲν οὐδὲ συνεγενόμην, ὦ Μίκυλλε, πῶς γὰρ ἂν ἔγωγέ σοι οὕτως ἀκριβῶς τὰ παρὰ τοῖς Ἀχαιοῖς λέγειν πόθεν γε, πολέμιος B ὤν; τὸν μέντοι ἑταῖρον αὐτοῦ τὸν Πάτροκλον, οὐ χαλεπῶς ἀπέκτεινα, διελάσας τῷ δόρατι. MIK. Εἶπέ σε ὁ Μενέλαος μακρῷ δυσχερέστερον· ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐγνωσ̣ται τὰ Πυθαγόρου δὲ, ἤδη λέγε. ΑΛΕ. Ὁ μὲν ὅλως, ὦ Μίκυλλε, σοφιστὴς ἀνὴρ οὐ φαῦλος ἰῶ, χρὴ γάρ, οἶμαι, παλινῳδῆν λέγειν. ἄλλως δὲ, οὐκ ἀπαίδευτος, οὐδ' ἀμελέτητος τῶν καλλίστων μαθημάτων. ἀπεδήμησα δὲ εἰς Αἴγυπτον, ὡς συγγενοίμην τοῖς σοφηταῖς ὅτι σοφία, καὶ εἰς τὰ ἄδυτα κατελθών, ἐξέ- C μαθον τὰς βίβλους τὰς Ὥρου καὶ Ἰσιδος, ὑφ' αὗτοῖς εἰς Ἰταλίαν ἐκπλεύσας, οὕτω διέθηκα τοὺς κατ' ἐκεῖα Ἕλληνας, ὥστε θεὸν ἤδη με. MIKYΛ. ἤκουσα ταῦτα, καὶ ὡς δόξας διαβεβιωκέναι ἀπέθανον, καὶ ὡς χρυσοῦν τὸν μηρὸν ὑπέδειξάμοί ποτε αὐτοῖς. ἐκεῖνο δέ μοι εἰπὲ, τί σοι ἐπῆλθε νόμον ποιήσασθαι μήτε κρεῶν, μήτε κυάμων ἐσθίειν; ΑΛΕΚ. μὴ ἀνάκρινε τὰ τοιαῦτα, ὦ Μίκυλλε. MIKYΛ. Σφῷν, ὦ ἀλεκτρυών; ΑΛΕ. ὅτι ἀρχόμεθα λέγειν πρὸς σὲ πλὴν D ἀλήθειαν ὑπὲρ αὐτῶν. MIK. καὶ μὲν οὐδὲν ἐκεῖνο ἐχρῆν λέγειν πρὸς ἄνδρα συνοικοῦντα, καὶ φίλον· διαστήσειν γὰρ οἶκ ἂν εἴποιμι ἔτι. ΑΛΕΚ. οὐδὲν ὑγιές, οὐδὲ σοφὸν ἰῶ, ἀλλ' ἐώρων ὅτι εἰ μὲν τὰ συνήθη, καὶ ταῦτα τοῖς πολλοῖς νομίζοιμι, ἧκιστα ὑπεπτόμην τοὺς ἀνθρώπους ἐς θαῦμα· ἔσῳ δὲ ἂν ξενίζοιμι, τοσούτῳ χρηστέρους ἅμιλλαν αὐτοῖς ἔσεσθαι. διὰ τοῦτο χρηστοποιῆν εἰλόμην, ἀπόρρητον ποιησάμενος ἅπασι τὸν αἰτίαν, ὡς εἰκάζοντες ἄλλοι ἄλλως, ἀπορούμενοι ἐκπλήσσωνται,

vt hinc cygno prognatam esse adsimularent: cæterùm vehementer anum, æqualem propemodum Hecubæ. Hanc Theseus primùm raptam in Aphidnis possedit. Is vixit Herculis fermè ætate. Porrò Hercules priùs Troiam ceperat, patrum nostrorum memoria, qui per id temporis maximè florebant. Nã hęc mihi Panthus narrauit, se, cùm esset admodũ adolescẽs, vidisse Herculem. MIC. Quid autem Achilles? Num talis erat, nẽpe quauis in re præstantissimus? An & isthęc fabulamẽta sunt? GAL. Cum illo quidem congressus non sum: neque queam adeò comperte de rebus Græcorum dicere. Etenim quî scire potui, cùm hostis essem? Certè Patroclum illius amicum, haud ita magno negotio peremi lancea dissectum. MIC. Deinde te Menelaus minore negotio. Verùm istis de rebus satis: nũc res Pythagoricas refer. GAL. Illud in summa Micylle, sophista quispiam eram (oportet enim videlicet fateri verum) alioqui non imperitus, neque inexercitatus in honestissimis disciplinis. Profectus sũ autem in Ægyptum, quò cum prophetis congrederer, de sapientia communicaturus. Hîc adyta subij, atque ibi Ori & Isidis libros perdidici. Pòstrursum in Italiam renauigabã, ac Græcos iuxta ea quæ in Ægypto didiceram, ita institui, vt me proinde ac deũ suspicerent. MIC. Equidem inaudieram isthæc: præterea quemadmodum creditus fueris defunctus in vitam rediisse, vtque aureum femur illis subinde ostenderis. Verùm illud mihi dicito, quid tibi venit in mentem, vt legem statueres, vti neque carnibus neque fabis vescerentur homines? GAL. Ne perconteris ista Micylle. MIC. Quamobrem, ô Galle? GAL. Nam pudet hisce de rebus vetũ fateri. MIC. Atqui nõ conuenit vti id facere graueris apud hominẽ contubernalem & amicum: nam herum posthac absit vt dixerim. GAL. Nihil sani, neque præclari quicquam erat: verùm animaduertebam, si consueta modò, ac eadem quæ vulgo traduntur à multis, præcepissem, nõ fore vt mortales in admirationem adducerem, sed quo peregriniora magísque aliena proposuissem, futurum vt hoc magis nouus, magísque videretur admirãdus. Proinde institueram in animo, nouæ quiddam rei designare, eiusmodi proposito decreto, cuius causa esset inexplicabilis, quò videlicet aliis aliud coniectantibus, omnes redderentur attoniti:

Pythagoræ laus: perstringit vt sophistam & prestigiatorem.

εἰ γοῦν ἤδεις τὰς φροντίδας αὐτῷ, ἃς ἔχου- A
σιν, ἐξέλασας ἂν ὅτι σαυτῷ τὸν θεῶν τὸν οἱῳδήν-
τι σοφὸν δαιμονίᾳ ἀεὶ τὸν πλούσιον. MI.
σκοπῶ, ὦ Πυθαγόρα, ἢ ὅ, τι μάλιστα χαί-
ρῃς καλούμενος, ἵνα μὴ ὀνοματοποιῶ τὸν λό-
γον, ἄλλοτε ἄλλον καλῶν. ΑΛΕ. ὀρθῶς
μοὶ δοκεῖν, εἴτε Εὔφορβον, εἴτε Πυθα-
γόραν, εἴτε Ἀσπασίαν καλῇς, εἴτε Κράτητα,
πάντα γὰρ ἐγὼ ταῦτά εἰμι· πλὴν ὃ νῦν ὁρῶ-
μενόν τοῦτο, ἀλεκτρυόνα ὀνομάζων, ἄμεινον
αὖ ποιοῖς, ἵνα μὴ ἀπιμάζοις θύτιλές τε δο-
κοῖμι ὃ ὄρνεον, καὶ ταῦτα, τοσαύτας ἐν αὐτῷ
ψυχὰς ἔχον. MI. σκοπῶ, ὦ ἀλεκτρυών, B
ὅτῳ ἀπάντων θεοδύνητον τὸν βίων ἐπιεικέ-
στης, καὶ πάντα οἶσθα; λέγοις αὖ ἤδη σαφῶς,
ἰδίᾳ μοὶ τὰ τῶν πλουσίων, ὅπως βιοῦσιν,
ἰδίᾳ δὲ, τὰ τοξωτικά; ἵνα μάθω εἰ ἀληθῆ
ταῦτα φῂς, δυσδαιμονέστερον ἀποφαίνων με
τῶν πλουσίων. ΑΛ. ἰδοὺ δὴ οὕτως ὑπόσκε-
ψαι ὦ Μίκυλλε, σοὶ μὲν οὔτε πολέμου πολὺς
λόγος, ἵνα λέγηται ὡς οἱ πολέμιοι ἐπελαύ-
νουσιν, οὐδὲ φροντίζεις μὴ τὰ ἀγρὰ τέμω-
σιν ἐμβαλόντες, ἢ τὰ χαράδρουσι ξυμπατή-
σωσιν, ἢ τὰς ἀμπέλους ὀρύξωσιν, ἀλλὰ τῆς
σάλπιγγος ἀκούσαι μόνον, εἰ ἄρα, σκέ-
ψαι δὲ καὶ σαυτόν, οἷ πρὸ μιᾶς χρὴ
σωθῆναι, καὶ τὸν κίνδυνον διαφυγεῖν. οἱ δ' ἀν-
θρωποῦνται μὲν καὶ ἀμφ' αὐτοῖς, αἴρονται δὲ,
ὁρῶντες ἀπὸ τῶν τειχῶν ἀγόμενα καὶ φερόμε-
να ὅσα εἶχον ἐν τοῖς ἀγροῖς. καὶ ἵν' τε εἰσφέρῃ
δέῃ, μόνοι καλοῦνται· ἵν' τε ἐπιξένῃ, σκο-
πιανθίοισι στρατηγοῦντες, ἢ ἱππάρχοῦ-
σιν· οὐ δὲ οἰσυΐνῃ ἀσπίδα ἔχων, θύτης λεώς, καὶ
κοῦφος, εἰς σωτηρίαν ἕτοιμος ἑστάναι τὰ
ὁπλίσια, ἐπειδὰν θύῃ ὁ στρατηγὸς μεμηχανώς· D
ἐν εἰρήνῃ τε αὖ, σὺ μὲν τοῦ δήμου ὤν, δυνα-
στὰς εἰς ἐκκλησίαν, τυραννεῖς τῶν πλουσίων,
οἱ δὲ, φείδονται, καὶ ὑποστέλλονται, καὶ δῶρα
νομῇς ἱλάσκονται σε. λουτρὰ μὲν γὰρ ὡς ἔχεις
καὶ ἀγῶνας καὶ θεάματα καὶ πάλλα ἅμαρκῆ,
ἅπαντα ἐκεῖνοι παρέσονται, σὺ δὲ ἐξετάσῃς καὶ
δοκιμασῇς πικρὸς ὡσανεὶ δεσπότης, οὐδὲ λό-
γου μεταδίδοις ἐνίοτε, κἂν σοι δοκῇ, κα-
τεχαλάσας αὐτῷ ἀφρύων τοὺς λίθους,
ἢ τὰς οὐσίας αὐτῶν ἐδήμευσας· οὔτε δὲ συ-
κοφάντου δέδιας αὐτὸς, οὔτε λῃστοῦ,

alioqui si curas noris quibus illi distrin-
gũtur, teipsum profectò riseris, qui antea
credideris, eum qui sit opulentus, statim
felicissimum esse omnium. MIC. Ergo
Pythagorã, aut quod maximè gaudeas
appellari, ne confundam orationem, si te
nunc hoc, nunc illo nomine compellem.
GAL. Nihil intererit, siue Euphorbum,
siue Pythagoram, siue vocaris Aspasiam,
siue Cratetem, quãdoquidem ista omnia
sum vnus: nisi quòd rectiùs feceris, si (id
quod impræsentiarum esse videor) gallũ
me voces, ne auem hanc parui ducere
contemneréque videare, præsertim cùm
tam multas contineat animas. MICY.
Ergo Galle, quandoquidem omnia penè
viuendi genera iam expertus es, atque o-
mnia cognita habes, age dilucidè mihi
narrato quæ sint peculiaria diuitũ ad vi-
tæ rationem, quę pauperum propria: quò
videlicet cognoscam, verè ne isthuc af-
firmes, me diuitibus esse feliciorem.
GAL. En hunc ad modum interim per-
pende Micylle. Te quidem non magno-
pere tangit cura belli, si quando rumor
sit aduentare hostes: neque solicitus es
ne in agros incursantes populentur, néve
hortum proculcent, proterántque, aut
vineas vastent: sed simul atque tubam an-
dieris, si tamen audieris, de te ipso vno
circunspectas, quò deflexus seruari queas
ac discrimen effugere. Contrà illi tum
de sese soliciti sunt, tum animo discru-
ciantur, quum de mœnibus quicquid o-
pum possidebant in agris, id omne tolli
deportarique conspiciunt. Ac siue infe-
rendum est aliquid in ærarium, soli ac-
cersuntur: siue in prælium exeundum, pe-
riclitantur, aut peditum turmis, aut equi-
tum alis præfecti. Tu interim vimineum
gerens clypeum, expeditus ac leuis es ad
saluti consulendum, paratus victoriale
conuiuium agere, si quando victor exer-
citus sacra fecerit. Rursum pacis tempo-
re, tu quidem quum de plebe sis, ingres-
sus in concionem, tyrannidem in diuites
obtines: illi verò trepidant pauitántque,
ac largitionibus choragiisque te placant;
siquidem quò tibi balnea, ludi, spectacu-
la, reliquáque id genus abundè suppedi-
tent, ea omnia curant illi. At tu, censor,
& acerbus expensor, perinde quasi domi-
nus, ne alloquio quidem interdum digna-
ris illos: quòd si tibi collubitum sit, ingen-
tibus saxis in illos degrandinas, vel facul-
tates eorum publicas facis: ipse neque ca-
lumniatorem metuis neque latronem,

ne tollat aurum, vel ædium conſcenſo faſtigio, vel pariete perfoſſo: neque neceſſe habes rationibus occupari, neque exactionibus: neque tibi cũ ſceleratis diſpenſatoribus conflictãdum eſt: neque tantas in ſolicitudines diſtraheris, verùm ſimul atque crepidã vnam perfeceris, mercedémq; retuleris ſeptem obolos, ſero ſurgis crepuſculo, & ſi libuerit, lauaris: tum empto ſaperda quopiam, aut mænide piſciculo, aut paucis ceparũ capitulis, temet ipſe oblectas, canens plerunque, optimáque cum paupertate philoſophans, adeò vt eas ob res ſalubri ſis valentique corpore, obduerieríſque aduerſus gelu: ſiquidẽ labores qui te exacuũt muniúntque, certatorem haudquaquam contemnendum reddunt aduerſum eas res, quę compluribus inexpugnabiles eſſe videntur. Atque hinc nullus ex morbis illis grauioribus impetit te. Quòd ſi quando leuis ceperit febricula, paulo negotio eam medicatus, protinus exilis, inedia temet inde excutiens. Illa porrò fugit illico: quippe metuens te, quem videat etiam frigore ali, ſaturúmque fieri, ac medicorum certis illis recurſibus longum plorare renuncian-
tem. At illi ex aduerſo propter intemperantiam vitæ, quid tandem mali non habent infelices; podagras, phtiſes, pulmonum exulcerationes, aquas intercutes? Nam hæc omnia à ſumptuoſis illis conuiuiis naſcuntur. Proinde quicunque ex his Icari in morem (vt ferè faciunt) ſeſe attollunt, propiúsque ſe Soli admouent, haud cogitantes quòd alas habeant cera agglutinatas, ingentem nonnunquã ſtrepitum mouent. Cæterùm qui Dædali exemplo non admodum ſublimia neque excelſa appetunt, verùm humilia, terræque vicina, adeò vt cera nonnunquam ſalis aſpergine madeſceret, ii tutò plerunque ac citra diſcrimen tranſuolarunt.

MICYL. Moderatos iſtos & cordatos narras. GAL. Verùm aliorum Micylle naufragia fœdiſſima conſpicias: nempe vbi Crœſus reuulſis alis riſum exhiberet Perſis, conſcenſo rogo: aut Dionyſius quum abdicatus tyrannide, Corinthiorũ in vrbe, ludi literarii magiſtrũ ageret, poſt geſtum tantum imperium, puellos compellens vt ſyllabas connecterent. MIC. Dic mihi Galle: tu quum rex eſſes (nam ais te regem quoque fuiſſe) cuiuſmodi tandem id vitæ genus experiebaris? Mirũ ni tum felix eras, quandoquidem id quod eſt bonorum omnium caput, poſſidebas.

A μὴ ὑφέλκηται ὁ χρυσίον, ἀναῤῥαὰς ὁ ἀριγνώτιον, ἢ ὀρύξας τὸν τοῖχον, ἅτε πράγματα ἔχειν λογιζόμενος, ἢ ἀπαγγεῖν, ἢ τοῖς καταφερέσι οἰκονόμοις ἀγωνιστεύων, ἢ τοῖς ἐπισυρτοῖς φερνίδας λογιζόμενος· ἀλλὰ κρηπῖδα σωτηρίαν, ἐπὰ ὀβολοῖς τὸν μισθὸν ἔχων, ἐπήμασας πρὸ δείλης ὀψίαν λουσάμενος ἦν δοκῇ, σαπρόδην τινά, ἢ μαρίδας, ἢ χρομμύων κεφαλίδας ὀλίγας πριάμενος, ὑφαίνῃς σαυτὸν, ᾄδων τὰ πολλὰ, καὶ τῇ βελτίστῃ πενίᾳ παρὰ φιλοσοφῶν· ὥστε ἀγὰ τοῦτο, ὑγιαίνῃς τε, ἐρρῶσθαι τὸ σῶμα, καὶ ἀφικνεῖσθαι πρὸς τὸ κρύος. οἱ πόνοι γὰρ σε πρὸ ἀσθενοῦντες, οὐκ ἀνίκατον ἀφαιροῦνται ἀγωνιστὴν ἀποφαίνουσι πρὸς τὰ δοκοῦντα τοῖς ἄλλοις ἄμαχα εἶναι. ὥστε οὐδὲν σοι τῶν χαλεπῶν τούτων νοσημάτων ἐπιβουλεύει. ἀλλ' ἰὼ ποτε κυβερνητὸς ἐπιλαβόμενος, πρὸς ὀλίγον ὑπηρετήσας αὐτῷ ἀεπνήσας ἀνύει, ἀποσφαλμὸς τῇ ἀσπίδι, ὁ δὲ, φεύγει ἀοτίκα φοβηθείς σε ψυχρόν τε ὁρῶν ἐμφορούμενον, καὶ μαχεῖν οἰμώζειν λέγοντα ταῖς ἰατρικαῖς παρεόδοις· οἱ δὲ ἐκ' ἀκρασίας ἄθλιοι, τί τῶν κακῶν οὐκ ἔχουσι, ποδάγρας, καὶ φθόας, καὶ παρεμπυημονίας, καὶ ὑδέρους; τοῦτο γὰρ τῶν πολυτελῶν ἐκείνων δείπνων ἀπόγονα. λειχηνοῦν οἱ μὲν αὐτῶν, ὥσπερ ὁ Ικαρος, ὅτι πολὺ ἄραντες αὐτοῖς, καὶ πλησιάσαντες τῷ ἡλίῳ, οὐκ εἰδότες ὅτι κηρῷ ἥρμοσο αἱ δῖς ἡ πέρωσις, μέγαν ἐποιοῦντο τὸν πάταγον ἐποίησαν, ὅτι κεφαλὴν ἐς πέλαγος ἐμπεσόντες· ὅσοι γε τὸν Δαίδαλον μὲν πάνυ μετίωρα μηδὲ ὑψηλὰ ἐφέρησαν, ἀλλὰ παρέγλα, ὡς νοτίζεσθαι ἐνίοτε τῇ ἅλμῃ τὸν κηρὸν, ὡς δὴ πολὺ ὕστερον ἀσφαλῶς διέπλησαν.

B

C

D

MI. ὑπίκεις τινας γὰ σωφρονεῖς λέγεις. ΑΛ. τῶ μὰ τοι τε ἄλλων, ὦ Μίκυλλε, ἂς ναυαγίας πρὸ αἰχρὰς ἴδοις ἄν, ὅταν ὁ Κροῖσος παρεστηλιθὼς καὶ παρεγγέλλοντα παρέχῃ Πέρσαις, ἀναβαίνων ὑπὲ πυρὸν, ἢ Διονύσιος καταδυθεὶς ἐς τυραννίδος, ἐν Κορίνθῳ γραμματοδιδάσκει, μετὰ τηλικαύτην ἀρχὴν, παιδία συλλαβίζειν ἀναγκάζων. MI. εἰπέ μοι, ὦ ἀλεκτρυών, σὺ δὲ ὁπότε βασιλεὺς ἦθα (φὴς γὰρ ἔ βασιλεῦσαι) ποίου τινὸς ἐπιεγέθης ἐκείνου τοῦ βίου; ἦπου πρὸ ὑδαίμων ἦθα, ὃ κεῖ ὅ, τι πρὸ ὅτι τῶν ἀγαθῶν ἀπάντων, ἔχον.

ΑΛΕΚ. μηδὲ ἀναμνήσῃς με, ὦ Μίκυλλε, οὕτω πεισάθλιος ἐγὼ τότε. ΜΙ. τίς μὴν ἔξω πᾶσιν, ὅσῳ ἔφην, πολυδαίμων εἶ δοκῶ, ἔνδον δὲ, μυρίαις ἀνίαις συνών. ΜΙ. τίσι ταύταις; καὶ γὰρ, καὶ οὐ πάνυ πιστὰ φῄς. ΑΛΕΚ. ἦρχον μὲν, οὐκ ὀλίγης χώρας, ὦ Μίκυλλε, παμφόρου τινός, καὶ πλήθει ἀνθρώπων, καὶ κάλλει τῶν πόλεων ἐν ταῖς μάλιστα θαυμάζεσθαι ἀξίας, ποταμοῖς τε ναυσιπόροις καταῤῥεομένης, καὶ θαλάττῃ εὐόρμῳ χρωμένης. καὶ στρατιὰ ἐγὼ πολλὴ, καὶ ἵππος συγκεκροτημένη, καὶ δορυφορικὸν οὐκ ὀλίγον, καὶ τριήρεις, καὶ χρημάτων πλῆθος ἀναρίθμητον, καὶ χρυσὸς ὁ κεῖνος πάμπολυς, καὶ ἡ ἄλλη τῆς ἀρχῆς παρασκευὴ πᾶσα, ἐς ὑπερβολὴν ὑπερηρμένη· ὥστε ὁπότε προίοιμι, οἱ μὲν πολλοὶ, προσεκύνουν, καὶ θεὸν τινα ὁρᾶν ᾤοντο, καὶ ἄλλοι ἐπ' ἄλλοις συνέθεον ὀφόμενοί με, οἱ δὲ, καὶ ὅτι τὰ τέγη ἀνιόντες, ἐν μεγάλῳ ἐτίθεντο ἀκριβῶς ἐφορᾶναι τὸ ζεῦγος, τὴν ἡνιοχίδα, τὸ διάδημα, τοὺς προπέμποντας, τοὺς ἑπομένους· ἐγὼ δὲ εἰδὼς ὁπόσα με λυπεῖ καὶ ἔτρεφεν, ἐκείνοις μὲν τοῦτο τῆς ἀγνοίας συνεγίγνωσκον, ἐμαυτὸν δὲ ἠλέουν, ὅμοιον ὄντα τοῖς μεγάλοις ἐκείνοις Κολοσσοῖς, οἵοις ἢ Φειδίας, ἢ Μύρων, ἢ Πραξιτέλης ἐποίησεν. ἐκείνων γὰρ ἕκαστος, τὰ ἔκτος, ὁ μὲν, Ποσειδῶν ἢ Ζεύς ὅτι μάγιστος, ἐκ χρυσοῦ καὶ ἐλέφαντος ξυνειργασμένος, κεραυνὸν, ἢ αἴγα-πῆν, ἢ τρίαιναν ἔχων τῇ δεξιᾷ· ἔνδοθι δὲ ὑποκύψας ἴδῃς τὰ ἔνδοθεν, ὀφθήσεταί σοι μοχλοί τινες καὶ γόμφοι, καὶ ἄλλα ξύμπαντα πεπερονημένα, καὶ κοσμοῦντα καὶ σφίγγοντα, καὶ πῆχυς, καὶ πῆλον, καὶ τοιαῦτά τινα πολλὰ ἀμορφίας ἔμπλεα· ἔνι λέγειν μείζων πλῆθος, ἢ μεγαλοδόξου ἐμπολιτευομένου αὐλαῖς ἁρμόττει. τοιοῦτόν τι καὶ βασιλεία ἐστίν. ΜΙΚΥΛ. οὐδέπω ἔφην ἐγὼ πλοῦν, καὶ τίς γόμφος, καὶ μοχλοί, οἵ τινες εἶεν τῆς ἀρχῆς, οὐδὲ τὸ ἀμορφίας ἐκείνου τὸ πολλὸν, ἥτις ἐστίν. ὡς τόγε ὀχεῖσθαι ἀποβλεπόμενον, καὶ πολλῶν ἄρχοντα, καὶ περισκοπούμενον δαιμονίως, ἔοικεν οὕτως Κολοσσιαίῳ παραδείγματι.

A GAL. Nec mihi in memoriam regeras ô Micylle: vſqueadeo ſupra modum infelix tum eram. Nam quo ad res externas, quemadmodum dixiſti, planè fortunatus eſſe videbar: at intĕtus innumerabilibus curis diſtringebar. MIC. Quibus tandem curis? Nam rem prorſus abſurdam neque credibilem narras. GAL. Equidem imperabam regioni neutiquam exiguæ, Micylle, omniugarum rerum feraci, tum incolarum frequentia, neque non vrbium pulchritudine cum primis admirandæ: præterea fluminibus nauigabilibus, ac mari portuoſo commodæ. Ad hęc exercitus ingĕs, equitatus ſpectatiſſimus B atque excellens, ſatellitium haud exiguum, triremes, pecuniarum vis maior quàm vt poſſet numerari, vaſorũ argenteorum plurima copia, reliquáque omnis illa principatus tragœdia, ſtrepitúſque & apparatus ſupra quàm credi queat, extructus atque accumulatus. Itaque quum prodirem, plerique adorabant, deum quempiam intueri ſeſe rati: aliíque trudentes alios concurrebant, quò me conſpicerent: nonnulli conſcenſis tectis, magni æſtimabant ſi plenè contemplari licuiſſet quadrigam, ſtragulam, diadema, C tum anteambulones, & eos qui à tergo comitabantur. Ego inter hæc mihi conſcius quantæ me res diſcruciarent, verſaréntque: illos quidem propter inſcitiam venia dignos iudicabam, at mei ipſius miſereſcebat, qui prægrandibus illis Coloſſis viderer perſimilis, quales vel Phidias, vel Myron, vel Praxiteles fabricatus eſt. Etenim illorum quiſque, quo ad ea quæ foris apparĕt, Neptunus ipſe eſt, aut Iupiter, mirificè decorus, auro eboréque compactus: & aut fulmen, aut fulgur, aut tridentem fuſcinam dextra ſuſtinet: cæterùm ſi immiſſo capite quæ ſunt intus D inſpicias, videbis vectes quoſdam, paxillos, & clauos introrſum prominentes, neque non vimina, cuneóſque, & picĕ ſublitam, & aliam item id genus deformitatem intrinſecus inhabitantem. Omitto recenſere muſcarũ mùſtelarúmque vim, quæ nonnunquam in eis manſitant. Huiuſmodi quædam res nimirum regnum quoque videtur. MIC. Nondum explicuiſti lutum & clauos, & vectes, quinam fuerint in imperio, neque fœditatĕ illam plurimam quænam ſit: nam iſtum ad modum vectari, tam multis imperare mortalibus, ac numinis inſtar adorari, hactenus quidem cum Coloſſi exemplo quadrat.

Siquidem hoc quoque diuinum quid- A
dam & admirandum: nunc autem quæ
ſunt intra Coloſſum, exponito. GAL.
Quid primo loco tibi referam Micylle?
vtrùm metus, curas mordaces, ſuſpicio-
nes, odium quo regem perſequuntur ij
qui cum illo viuunt, inſidias, atque eas
ob res ſomnum rarum, & hûc ipſum per-
tenuem, ac plena tumultus inſomnia, co-
gitationes perplexas, ſpes ſemper impro-
bas: an otij penuriâ, & occupationes, iu-
dicia, expeditiones, edicta, fœdera, con-
ſultationes? quibus rebus fit vt ne per ſo-
mnium quidẽ aliqua re ſuaui frui liceat,
verùm vt omnibus de rebus ſolus diſpi-
ciat neceſſe eſt, milléq; negotia ſuſtineat: B

Quippe nec Atriden Agamemnona dulcis habebat
Somnus, multigenas verſantem pectore curas.

ídque quum reliqui omnes Achiui ſter-
terent. Adde quòd Lydum illum diſcru-
ciat filius mutus: Perſam verò Clearchus
ad Cyrum deſciſcens: atque alium quem-
piam Dion cum Syracuſanis nonnullis
ad aurem communicans. Rurſum alium
quendam vrit Parmenion collaudatus.
Item Perdiccã Ptolemæus, Ptolemæum
Seleucus. Quin illa quoque moleſtiã af-
ferunt, amaſius per vim non ſpontè con-
uiuens, concubina alio gaudens, tum ſi
qui defectionem parare dicãtur, aut duo
quatuórve ſatellites inter ſeſe conſuſur-
rantes. Porrò (quod eſt omnium grauiſſi-
mum) amiciſſimi quique vel maximè
ſunt formidãdi, ſempérque metuendum
ne quid magni mali ab illis exoriatur.
Nam alius à filio veneno necatus eſt: a-
lius item ab amaſio. Alium ſimile quod-
dam fortaſſis mortis genus eripuit. MI-
CYL. Apageſis, atrocia mirâque ſunt
iſta quæ narras ô Galle. Mihi igitur mul-
to ſit tutius operæ cerdonicæ pronum
incumbere, quàm ex aurea bibere phiala D
comiter delatum hauſtum, cæterùm ci-
cuta aconitóque temperatum. Nam mi-
hi quidem hoc vnum eſt periculi, vt ſi
paulum aberret ſmilion, deflectátque à
recta inciſione, ſummum ſecantis digi-
tum exiguo ſanguine tingat: at iſti,
quemadmodum narras, lethifera agunt
conuiuia, atque id innumerabilibus in
malis conſtituti. Deinde vbi conciderint, perſimiles eſſe videntur tragœdia-
rum hiſtrionibus. Nam multi, ſicut vide-
re licet, quo ad Cecropes ſũt ſcilicet, aut
Siſyphi, aut Telephi, diademata geſtant,

ϑαυμάσιον γάρ τι καὶ τοῦτο. οὐ δὲ καὶ τὰ ἔνδον
ἤδη τῦ Κολοσσοῦ λέγε. ΑΛΕΚ. τί πρῶτον
εἴπω σοι, ὦ Μίκυλλε, τοὺς φόβους, καὶ
τὰ δήγματα, καὶ ὑποψίας, καὶ μῖσος ὃ
πρὸς τοὺς συνόντων, καὶ ἐπιβουλάς, ἃ δὴ
ταῦτα, ὕπνον τε ὀλίγον, ὑπὲρ πόλαιον κάκεῖ-
νον, καὶ ταραχῆς μεστὰ ἐνύπνια, καὶ φαντασίας
πολυπλόκους, καὶ ἐλπίδας ἀεὶ πονηράς, ἢ
τοὐναντίον ἀσχολίας, καὶ χρηματισμούς, ἐς δίκας,
καὶ ἐκστρατείας, ἐς προστάγματα, καὶ συν-
θήματα, καὶ λογισμούς; ὑφ' ὧν οὐδὲ ὄναρ ἀπολαῦσαί τινος ἡδέος ἐξήνεται, ἀλλὰ ἀνάγκη
γὰρ ἀπόντων μόνον διαπονεῖν, ἐς μυρία
ἔχειν πράγματα·

Οὐδὲ γὰρ Ἀτρείδην Ἀγαμέμνονα,
Ὕπνος ἔχε γλυκερός, πολλὰ φρεσὶν ὁρ-
μαίνοντα.

καὶ ταῦτα, ῥεγκόντων Ἀχαιῶν ἀπόντων λυ-
πεῖ δὲ τὸν μὲν Λυδὸν, υἱὸς κωφὸς ὤν· τὸν Πέρ-
σην δὲ, Κλέαρχος, Κύρῳ ξενολογῶν· ἄλλον
δὲ Δίων, πρὸς οὓς ποτὲ τῶν Συρακοσίων κοι-
νολογούμενος· καὶ ἄλλον Παρμενίων ἐπαι-
νούμενος, ἐς Περδίκκαν Πτολεμαῖος, καὶ Πτο-
λεμαῖον Σέλευκος· ἀλλὰ κἀκεῖνα λυπεῖ, ὁ
ἐρώμενος, πρὸς αὐλητρίδα ξυνών, καὶ παλλακὶς
ἄλλῳ χαίρουσα, ἐς ἀποστῆναί τινες λεγό-
μενοι, καὶ δύ' ἢ τέτταρες τῶν δορυφόρων πρὸς
ἀλλήλους διαψιθυρίζοντες. ὃ δὲ μέγιστον, ὑ-
φορᾶσθαι δεῖ τοὺς φιλτάτους μάλιστα, κἄξ
ἐκείνων ἀεί τι δεινὸν ἥξειν ἐλπίζειν. ὁ μὲν γοῦν
ὑπὸ τῆς παιδὸς ἀπέθανεν ἐκ φαρμάκων,
ὁ δὲ ἐξ αὐτὸς ὑπὸ τῆς ἐρωμένης, τὸν δὲ ἄλλον,
ἴσως ὁμοιότροπος θάνατος κατέλαβεν. MI.
ἄπαγε. διὰ ταῦτα φῂς, ὦ ἀλεκτρυών.
ἐμοὶ γοῦν πολὺ ἀσφαλέστερον σκυτοτομεῖν
ὀπικεκυφότα, ἢ πίνειν ἀπὸ χρυσῆς φιάλης,
κωνείου καὶ ἀκονίτου συμμεμαχημένου φιλο-
τησίαν· ὁ δὲ κίνδυνος, ἐμοὶ μὲν, εἰ παραλα-
θοῖ τὸ σμιλίον, καὶ ἀμύξαι τῆς τομῆς τῆς
ἐπὶ βάθος, ὀλίγον τι αἱμάξαι τῆς δακτύλου
ἐντεμόντα· οἱ δὲ, ὡς φῂς, θανάσιμα βύω-
χοῦσι, καὶ ταῦτα, μυρίοις κακοῖς σεσόν-
τες. εἶτ' ἐπειδὴ πέσωσιν, ἐμοὶ μάλιστα φαί-
νονται τοῖς τραγικοῖς ὑποκριταῖς, ὧν πολλοὺς
ἰδεῖν ἔστι, τέως μὲν, Κέκροπας δῆθεν ὄντας, ἢ
Σισύφους, ἢ Τηλέφους, διαδήματ' ἔχοντας,
ἐς ξίφη

ξ ξίφη ἐλεφαντόκωπα, καὶ ὑπιόψιον κόμην, καὶ χλαμύδα χρυσόπαστον. ἐμοὶ δέ, οἷα πολλὰ γίγνεται, παροξύσας τις αὐτῶν, ἐν μέσῃ τῇ σκηνῇ καθαπέσῃ, γέλωτα δηλαδὴ παρέχῃ τοῖς θεαταῖς, ἢ τὸ μὲν πρόσωπον μοῦ συντριβέντος αὐτοῦ διαδήματι, ἠμαγμένης δὲ τῆς ἀληθοῦς κεφαλῆς τοῦ ὑποκριτοῦ, καὶ τῶν σκελῶν ὑπὸ πολλοῦ γυμνωθέντων, ὡς τῆς τε ἐσθῆτος τὰ ἔνδοθεν φαίνεσθαι ῥάκια, δύσμορα ὄντα, καὶ τῶν ἐμβάδων τοῦ ὑποδέσιν ἀμορφοτάτου, καὶ οὐδὲ κατὰ λόγον τοῦ ποδός. ὁρᾷς ὅπως με καὶ εἰκάζειν ἐδίδαξας ἤδη, ὦ βέλτιστε ἀλεκτρυών; ἀλλὰ τυραννὶς μοί, τοιοῦτόν τι ὤφθη οὖσα, ἵππος ἢ, ἢ κύων, ἢ ἰχθύς, ἢ βάτραχος ὁπότε ἦμεν, πῶς ἔφερες ἐκείνου τοῦ διαιτήματος; ΑΛ. μακρὸν τοῦτον αἰτιᾷ τὸν λόγον, καὶ οὐ τοῦ παρόντος καιροῦ, πλὴν τόγε κεφάλαιον, σοὶ μὲν ὅστις οὐκ ἀπαχθέστερος τοῦ βίου ἔδοξέ μοι τὸ ἀνθρώπειον, μόναις ταῖς φυσικαῖς ἐπιθυμίαις καὶ χρείαις ἐμμεμετρημένος· τελώνου ἢ ἵππου, ἢ συκοφάντου βάτραχον, ἢ σοφιστὴν κολοιόν, ἢ ὀψοποιὸν κώνωπα, ἢ κίναιδον ἀλεκτρυόνα, καὶ τἄλλα, ὅσα ὑμεῖς ἐπιτηδεύετε, οὐκ ἂν ἴδοις ἐν ἐκείνοις. ΜΙ. ἀλλὰ ταῦτα ἴσως, ὦ ἀλεκτρυών. ἐγὼ δὲ ὅμως πέπονθα, οὐκ αἰσχυνόμενος σοὶ λέγειν. οὐδέπω δυνάμενος ἀπομαθεῖν τοῦ ἐπιθυμίαν, ὧν οὐκ παίδων εἶχον πλήσιος ἡμέας· ἀλλά μοι καὶ τουμύπνιον ἔτι περὶ τῷ ὀφθαλμῷ ἔστηκεν, ἐπιδεικνύμενον ὃ χρυσίον· καὶ μάλιστα ὑπὸ τοῦ καθαρσίου Σίμωνι ἀποπνίγομαι, πυρρῶντι ἐν ἀγαθοῖς πονηροῖς. ΑΛ. ἐγώ σε ἰάσομαι, ὦ Μίκυλλε, καὶ ἐπιόντος ἔτι νύξ ἐστιν, ἐξαναστὰς ἕπου μοι, ἀπάξω γάρ σε πρὸς αὐτὸν ἐκεῖνον τὸν Σίμωνα, καὶ εἰς τὰς τῶν ἄλλων πλουσίων οἰκίας, ὡς ἴδοις οἷα τὰ παρ' αὐτοῖς ἐστι. ΜΙ. πῶς τοῦτο; κεκλεισμένων τῶν θυρῶν, καὶ μοι τοιχωρυχεῖν με συναναγκάσῃς; ΑΛ. οὐδαμῶς, ἀλλ' ὁ Ἑρμῆς, οὗ σοι ἱερός εἰμι, ἐξαίρετον ἔδωκέ μοι τοῦτο, ὦ τις ὃ μέγιστον πτερὸν ὃ μήκιστον, ὃ δὲ ἁπαλότητα ὑπερβάλλει. ΜΙ. δύο δ' ἔστι σοι τοιαῦτα. ΑΛ. τὸ δεξιὸν τοίνυν, ὅτῳ ἂν ἐγὼ ἀποσπάσας τοῦτο ἔχειν, ἐς ὅσον ἂν βούλωμαι, αἰσίγλη τε ὁ πτοῦς πᾶσιν θύραν διανοίγειν, καὶ ὁρᾶν τὰ πρόσω, οὐχ ὁρώμενος αὐτός.

A argenteísque capulis gladios, comámque ventilantem, & auro intertextam chlamydem. Quòd si quis (qualia nimirum permulta solent accidere) impulsos illos media in scena præcipites det, risum profectò moueant spectatoribus, videlicet persona vnà cum ipso diademate contrita, vero autem actoris capite luxato, cruribúsque maxima ex parte renudatis: vt iam interioris amictus quàm miseri sint panni, fiat perspicuum: ac cothurnorum quos pedibus induxerunt, appareat deformitas, haudquaquam ad pedis modum respondentium. Vide vt me iam similitudines conferre docue-
B ris, optime Galle. Cæterùm tyrannis talis quædam res tibi visa est esse: verùm vbi equus esses, aut canis, aut piscis, aut rana, quomodo eam vitæ rationem ferebas? G A L. Istum quem nunc susci-tas sermonem, & longior sit, neque huius temporis. Illud autem vnum in genere dixerim, nullam ex omnibus vitam mihi non visam tranquilliorem vita humana, naturalibus duntaxat cupiditatibus & vsibus circunscriptam. Siquidem publicanum equum, aut sycophantam ranam, aut sophistam graculum, aut popinato-
C rem culicem, aut cinædum gallum, atque id genus alia, quæ vos studio comminiscimini, haudquaquam inter illos videbis. M I C. Quæ dicis, ô Galle, fortassis vera sunt: verùm non me pudebit apud te fateri quod mihi accidit. Haud vnquam quiui dediscere cupiditatem illam à puero mihi insitam, videlicet vt diues euadam. Quin nunc quoque somnium illud ob oculos versatur, aurum ostentans: potissimùm autem sceleatus ille Simon excruciat, qui quidem tantas inter opes delicietur. G A L. At ego te isto
D leuabo morbo Micylle, tametsi nox etiamdum est. Surge modò, ac sequere me. Siquidem ad ipsum te Simonem adducam, atque in aliorum diuitum ædes, quò nimirum videas quomodo res habeant apud illos. M I C. Isthuc quo pacto, clausis foribus? Num me parietes transfodere compelles? G A L. Nequaquam, verùm Mercurius, cui sum sacer, hoc optati mihi largitus est, vt si quis longissimam caudæ plumam, quæ ob mollitiem inflectitur. M I C. Atqui duas habes eiusmodi. G A L. At dextram ex his auulsam cuicunque ego gestandam dedero, is quoad voluero, fores omneis poterit aperire, cunctáque videre, ipse inuisibilis.

Nulla vita molestior humana.

MIC. Equidem ignorabam, ô Galle, te præſtigiarum quoque peritum eſſe. Porrò ſi mihi iſthuc ſemel præſtiteris, videbis illico Simonis vniuerſas opes huc deportatas: nam eas huc rediens transferam: at ille rurſum circunrodet ebibétque putria coria, quibus conſueuit ſoleas compingere. GAL. Atqui nefas ſit iſthuc facere: ſiquidem Mercurius illud mihi mandauit, vt ſi quis pennam tenens, iſtiuſmodi quippiam patrarit, vociferans furem proderem. MIC. Rem neutiquam veriſimilem narras, nempe, Mercurium, quum ipſe ſit fur, non ſinere alios vt idem faciant: ſed tamen abeamus. Nam aurum auferam, ſi modò poſſim. GAL. Pennam priùs reuellito. Quid hoc rei? ambas reuulſiſti. MIC. Tutius hoc quidem ô Galle, tum tibi minùs fœdum ſit futurum, ne altera caudæ parte mutilatus claudices. GAL. Age ſanè: ſed vtrùm Simonem priùs adimus, an alium quempiam diuitum? MIC. Haud aliò, imò ad Simonem, qui videlicet pro diſyllabo tetraſyllabus eſſe affectet poſteaquam dies euaſit. Sed iam ad fores acceſſimus. Quid igitur deinceps facio? GAL. Pennam ſeræ admoue. MIC. Ecce autem, dij boni, oſtium perinde atque claui reſiliit. GAL. Perge porrò præcedens. Vides illum vigilantem ac ſupputantem? MIC. Video per Iouem, & quidem ad obſcurã ſiticuloſámque lucernam. Præterea pallet, haud ſcio vnde, Galle, totúſque exaruit, atque extenuatus eſt, mirum ni curis: neque enim auditum eſt illum alioqui malè habere. GAL. Auſculta quid dicat: ſiquidem intelliges quibus de cauſſis ad eum modum ſit affectus. SIMON. Nimirum ſeptuaginta illa talenta tutò admodum ſub lectica defoſſa ſunt, neque quiſquam alius omnino vidit. At verò ſedecim illa Soſylus equiſo vidit me ſub præſepe occultantem. Itaque de curando ſtabulo nõ eſt admodum ſolicitus, quanquam nec aliàs admodum laboris appetens. Veriſimile eſt autem illum multo etiam his plura ſuſtuliſſe. Nam vnde alioqui Tibius heri tam ingens ſalſamentum illi obſonio propoſuiſſet? Tum autẽ aiunt illum monile emiſſe vxori drachmis quinque. Heu miſero mihi. Hi omnia mea diſſipabunt bona. Quid quòd ne pocula quidem ſat in tuto mihi recondita ſunt, quum ſint multa? Vereor enim ne quis ea ſuffoſſo pariete tollat.

ΜΙ. ἐλελήθης με, ὦ ἀλεκτρυών, ᾗ σὺ γόης ὤν. ἐμοὶ δ' οὖν ἰὼ τῦτο ἅπαξ ποιήσῃς, ὄψῃ τὰ Σίμωνος πόρτα ἐν θεᾷ δεῦρο μετενηνεγμένα· μετοίσω γὰρ αὖθις πάλιν ἐλθών. ὁ δὲ, αὖθις περιρρώξεται, ἀποπίνων τὰ καττύματα. ΑΛ. ὑθμὸς ἡμέα θαι τῦτο. παρήγγειλε γὰρ ὁ Ερμῆς ἰὼ τινός τι ἐργάσηται ὁ ἔχων τὸ πτερὸν, αἰαβοήσαντά με, καταφωνεῖσαι αὐτόν. ΜΙ. ἀπίθανον λέγεις· κλέπτην τὸν Ερμείαν αὐτὸν ὄντα, τοῖς ἄλλοις φθονεῖν τὸ τοιοῦτον. ἀπιωμὲν δ' ἔμπης· ἀφέξομαι γὰρ τοῦ χρυσίου, ἰὼ δυνώμενος. ΑΛ. ἀπόπλου, ὦ Μίκυλε, πρότερον τὸ πτίλον· τί ταῦτα; ἄμφω ἀπέπλας; ΜΙ. ἀσφαλέστερον οὕτως, ὦ ἀλεκτρυών, ᾗ σοὶ ἦπιον ἄμορφον τὸ πρᾶγμα αὖ εἴη, ὡς μὴ χωλεύοις δι' ἀμφοτέρων τῶν ἐρρῶν μέρος. ΑΛ. εἶεν· ὅτι τὸν Σίμωνα πρῶτον ἀπιμὲν, ἢ πρὸς ἄλλον τινὰ τῶν πλουσίων; ΜΙ. οὐθμοῖον, ἀλλὰ δεῦρο τὸν Σίμωνα, ὃς αὐτὶ δισυλλάβου, τετρασύλλαβος ἤδη πλουτήσας εἶη ἄξιος. ᾗ δὴ πρόσεσμεν ὅτι τάχιστα θύρας. τί οὖν ποιῶ τὸ μετὰ τῦτο; ΑΛ. ὑπόδες τὸ πτερὸν ὅτι τὸ κλῆθρον. ΜΙ. ἰδὺ δή, ὦ Ηράκλες, διαπεπέτακται ὥσπερ κλεῖθρ' ἡ θύρα. ΑΛ. ἦρά γε ἐς τὸ πρόσθεν, ὁρᾷς αὐτὸν ἀγρυπνοῦντα, καὶ λογιζόμενον; ΜΙ. ὁρῶ, νὴ Δία, πρὸς ἀμυδρόν γε καὶ διῳῶδες λύχνιον θρυαλλίδα, καὶ ὠχρός γ' ἔστιν. ὅτε εἴληφ' ὁπόθεν, ὦ ἀλεκτρυών, καὶ κατέσπακεν ὅλος, ἐκτετηκὼς ὑπὸ φροντίδων δηλαδή, οὐ γὰρ νοσεῖν ἄλλως ἐλέγετο. ΑΛ. ἄκουσον ἃ φησιν, εἴσῃ γὰρ ὅθεν οὕτως ἔχει. ΣΙ. ὑπὸ μὲν γῆν πάλαι τὰ μὲν ἐδομήκοντα ἐκφέρεται, πάνυ ἀσφαλῶς ὑπὸ τῇ κλίνῃ κατορώρυκται, ᾗ σὺν τοῖς ὅλως εἶδε· τὰ δὲ ἑκκαίδεκα, εἶδε Σωσύλος ὁ ἱπποκόμος ὑπὸ τῇ φάτνῃ κρυπτόμενά με. ὅλως γοῦν περὶ τὸν ἵππον ἀτὰρ ὁ πάνυ ὀθνείως, ἄλλως τ' οὐδὲ φιλόπονος ὤν· εἰκὸς δὲ διαπράσθαι πολλῷ πλείω τούτων. ἢ πόθεν γὰρ ὁ Τίβιος χθὲς ἦν αὖ οὕτω μέγας ὀψώνιον ἐλθὼν; ἐλέγετο δὲ τῇ γυναικὶ ἑλλόβιον ἐωνῆσθαι πέντε δραχμῶν. ὅλως πάμπολ' οὔτοι ἀπολοῦσι τῶν κακοδαιμόνων. ἀλλ' οὐδὲ τὰ ἐκπώματα ἐν ἀσφαλεῖ μοι ἀπόκειται, τοσαῦτα ὄντα. δέδοικα γοῦν μή τις ὑπορύξας τὸν τοῖχον, ὑφέληται ταῦτα.

πολλοὶ φθονοῦσι, καὶ ἐπιβουλεύουσί μοι, καὶ μάλιστα ὁ γείτων Μίκυλλος. ΜΙ. νὴ Δία, σοὶ γὰρ ὅμοιος ἐγώ, καὶ τὰ χρύσια ὑπὸ μάλης ἄπτιμα ἔχων. ΑΛ. σιώπησον, ὦ Μίκυλλε, μὴ καταφωράσῃ παρόντας ἡμᾶς. ΣΙ. ἄριστον οὖν ἐμοὶ ἄγρυπνον αὐτὸν φυλάττειν· ἅπασαν περιέρχομαι οἰκίαν κύκλῳ τινὰ οἰκοῦντα· τίς οὗτος; ὁρῶ τί τι, ὦ τοῖχωρύχε, μὰ Δία ἐπὶ κίονι γε ὢν τυγχάνεις, δοῦ ἔχω. ἀριθμήσω αὖθις ἀνορύξας τὸ χρυσίον, μή τί με καὶ φύρῃ λάθρᾳ. ἰδοὺ πάλιν ἐφρύκησέ τις ἐπ' ἐμοί, δηλαδὴ πολιορκούμενος, καὶ ἐπιβουλεύομαι παρὰ πάντων. ποῦ μοι τὸ ξιφίδιον, εἴ λάβοιμί τινα; θάνατον αὖθις τὸν χρυσίον. ΑΛ. τοιαῦτα μοί σοι, ὦ Μίκυλλε, τὰ Σίμωνος. ἀπιῶμεν δὲ καὶ ἐπ' ἄλλον τινά, ἕως ἔτι ὀλίγον τῆς νυκτὸς λοιπόν ἐστιν. ΜΙ. ὦ κακοδαίμων, οἷ βίοι τὸν βίον· ἐχθροῖς ὅτῳ πλουτεῖν γένοιτο· ἐγὼ γοῦν πατάξας αὐτόν, ἀπελθεῖν βούλομαι. ΣΙ. τίς ἐπάταξέ με; ληστεύομαι ὁ δύστυχής. ΜΙ. οἴμωξε, καὶ δάκρυσον, καὶ ὅμοιος γίγνου τῷ χρωμένῳ τῷ χρυσῷ, ὡς ἐστιγμένος αὐτῷ. ἡμᾶς δέ, εἰ δοκεῖ, Γνίφωνα τὸν δανειστὴν ἴδωμεν, οὐ μακρὰν γὰρ οὗτος οἰκεῖ. αἰσθάνεται αὐτὸν ἡμῶν ἡ θύρα. ΑΛ. ὁρᾷς ἐπαγρυπνοῦντα τὸν ὑπὸ Φρυγίδων, ἀναλογιζόμενον τοὺς τόκους, καὶ τοὺς δακτύλους κατασκληκότα, ὃν δεινὸς μεθ' ὀλίγον πάντα τοῦτα λιπόντα, σίλφιον, ἢ ἐμπίδα, ἢ κυνόμυιαν γενέσθαι; ΜΙ. ὁρῶ κακοδαίμονα, καὶ αἴσχιστον ἀνθρώπων, τοῦδε νῦν πολὺ χεῖρω σίλφης, ἢ ἐμπίδος ἄμφω βιοῦντα· ὡς ἔτι ζῆν ἐπιτέτηκεν ὕλος ὑπὸ τῶν λογισμῶν. ἐπ' ἄλλον ἀπιῶμεν. ΑΛ. τοῦδε τὸν σὸν Εὐκράτην, εἰ δοκεῖ· καὶ ἰδοὺ γὰρ αἴσθεται καὶ αὐτὴ ἡ θύρα, ὥστε εἰσίωμεν. ΜΙ. ἅπαντα τοῦτα μικρὸν ἔμπροσθεν ἐμά ἦν. ΑΛ. ἐπὶ γὰρ σὺ διαφθείρεις τὸν πλοῦτον; ὁρᾷς γοῦν τὸν Εὐκράτην αὐτὸν μὲν ὑπὸ τοῦ οἰκέτου προσεύχεσθαι αὖθις. ΜΙ. ὁρῶ, νὴ Δία, καταπυγοσύνην τινά, καὶ παχυπάσμιν, καὶ ἀσελγαίνειν δὴ αὖθις πίνοντα τὸν γυναῖκα δὲ ἑτέρωθι ὑπὸ τοῦ μαγείρου μοιχευομένην καὶ αὐτήν. ΑΛ. τί οὖν ἐθέλοις ἂν καὶ τούτων κληρονομεῖν, ὦ Μίκυλλε, καὶ πότερα ἔχειν τὰ Εὐκράτους; ΜΙ. μηδαμῶς, ὦ ἀλεκτρυών· λιμῷ γὰρ ἔστιν ἀπολοίμην ἢ τοιοῦτόν τι πείσομαι.

Complures mihi inuident, atque insidias parant: præter cæteros autem Micyllus iste vicinus. MIC. Ita per Iouem. Nam tibi sum similis, ac patellas sub ala gesto. GAL. Tace Micylle, ne protinus ipso in furto nos prodas. SIMON. Optimum igitur fuerit, vt ipse insomnis seruem. Omnem obibo domum, in orbem obambulans. Quis iste? Video te per Iouem ô parietum perfossor: posteaquam es columna, bene res se habet. Pernumerabo denuo refossum argentum, ne quid fortè dudum me fugerit. En rursum obstrepuit mihi nescio quis. Nimirum obsideor, atque insidiis appetor ab omnibus. Vbi mihi gladius, si quenquam deprehendero? Rursum aurum defodiamus. GAL. Sic tibi habent, ô Micylle, res Simonis. Sed abeamus ad alium quempiam, donec noctis adhuc aliquantulum supereſt. MICYL. O miser, cuiusmodi viuit vitam! hostibus eueniat ad hūc modum diuites esse. Itaque pugno illi in maxillam illiso, volo discedere. SIMON. Quis me pulsauit? Latrocinio despolior miser. MICYL. Plora ac vigila, atrique similis corpore reddaris, quandoquidem illi affixus ac deditus es. Nos autem, si videtur, Gniphonem fœneratorem visamus. Nam nec is procul hinc habitat. Ipsæ nobis suapte sponte fores patuerunt. GAL. Vides hunc quoque curis inuigilantem, & vsuratum rationes iterantem digitis contortis? cui propemodum relictis his omnibus sit in silpham aut culicem aut muscam abeundum. MICYLL. Equidem video miserum ac vecordem hominem, ne nunc quidem multo meliorem viuere vitam, quàm silphæ aut culicis: adeo totus & hic à curis & rationibus est extenuatus. Nunc ad alium eamus. GAL. Ad tuum, si videtur, Eucratem. En tibi fores per se patuêre. Quin introimus? MIC. Paulò antè hæc omnia mea erant. GAL. At etiam nunc tu diuitias somnias? Vides igitur Eucratem ipsum quidem à famulo, virum natu grandem? MIC. Video profectò quiddam haudquaquam virile. Porrò altera ex parte ipsam item vxorem à coquo constuprari. GAL. Quid ergo? Num optaris & horum hæres existere Micylle, cunctáque possidere quæ sunt Eucratis? MIC. Haudquaquā Galle: imò fame citiùs interierim, quàm id genus quippiā patrarē,

Valeat aurum & conuiuia. Duo oboli mihi potiores diuitiæ ſunt, quàm ſi à domeſticis mihi domus perfodiatur. GAL. Sed iam nunc, quandoquidem dies fermè diluxit, domum ad nos redeamus. Reliqua turſus aliàs videbis Micylle.

Χαιρέτω ὁ χρυσίον, καὶ τὰ δεῖπνα, δύο ὀβολοὶ ἔμοιγε πλουτὸς ὄντι μᾶλλον, ἢ τειχορυχηθῆναι ὑπὸ τῶν οἰκετῶν. ΑΛ. Ἀλλὰ νῦν, ἡμέρα γὰρ ἤδη ἀμφὶ ὄρθρον λυκαυγὲς αὐτό, ἀπίωμεν οἴκαδε πρὸς ἡμᾶς. τὰ λοιπὰ δὲ, εἰσαῦθις ὄψῃ, ὦ Μίκυλλε.

ΙΚΑΡΟΜΕΝΙΠΠΟΣ, ἢ ΥΠΕΡΝΕΦΕΛΟΣ.

ICAROMENIPPVS, ſiue HYPERNEPHELVS,

D. Eraſmo Roterodamo interprete.

ARGVMENTVM.

Quod ſuprà in ſpecie, idem hîc in genere tractat. Reprehendit enim in vniuerſum omnium hominum tum priuatorum, tum etiam regum ac principum, omnia facta ac ſtudia, ſiue ea priuata ſint, ſiue etiam ad cultum ac religionem deorum pertineant. Præcipuè autem philoſophos, vt ſemper aliàs, inſectatur, quos indicat non modò circa res humanas incerta ac ſtulta docere, verùm etiam de rebus ſublimibus, de mundo, de deo, de prouidentia diuina, & id genus aliis, abſurda atque impia quædam tradere, quæ neque viderint ipſi, neque aliunde cognouerint. Atque hæc omnia ſub Menippi nomine, quem aliàs quoque vt philoſophis infeſtum atque inimicum exhibet. Hunc enim fingit, cùm videret hominum res incertas & ridiculas eſſe, cupereţque veritatem naturæ ac virtutem cognoſcere, ad philoſophos ſeſe contuliſſe. Qui cùm multa quidem ac ſpecioſa habitu ac verbis pollicerentur, doctrina autem inter ſe diuerſa atque aliena quædam traderent, neque ipſi ſibi conſentirent, pro veritate nugas quaſdam docendo: poſtremò conſilij inopem, de cœlo conſcendendo, ac ipſarum illarum rerum experimento capiendo cogitaſſe. Aſſumptis igitur & aſſectis alis, Dædali exemplo in cœlum ſubuolaſſe: vbi primùm circa Lunam facto ceu diuerticulo quodam, contemplatum eſſe omnia quæcunque in terris ſiue publicè, ſiue priuatim & in occulto quoque geruntur, non modò à regibus & principibus, verumetiam à ciuitatibus, populis, diuitibus & plebeiis. Deinde autem in cœlo ea vidiſſe, quæ ſtultè ac ridiculè Iupiter circa hominum vota, ſacrificia, iuramenta, & cætera officia diſpenſanda exercet; quæque item alij Dij, in conuiuiis, in concionibus, & cæteris, non quidem ipſi agere ſolent, ſed à ſtultis & imperitis hominibus agere creduntur. Vtrobique autem grauem de philoſophis querelam audiuiſſe: Nam Lunam quidem de contumeliis quibus ab illis afficeretur, conqueſtam eſſe: propterea quòd ab aliis lumen furtiuum habere, ab aliis ceu ſpeculum ſupra Oceanum ſuſpenſa eſſe diceretur. Iouem autem omnem illorum vitam, mores, ſectas, habitum, doctrinam, facinora domeſtica, & linguæ petulantiam, accuſaſſe: præcipuè autem contra Epicureos, vt qui Deos omnino vllos negarent eſſe, incenſum fuiſſe. Porrò tituli ratio hæc eſt, quòd vt Icarus alatus in altum ſubuolaſſe dicitur, ita hîc Menippus quoque cœlum alatus conſcendit, vnde & alter titulus ὑπερνεφέλου additur, quaſi dicas, eius qui ſupra nubes aſcendit. In primis memorabilis & propria deſcriptio illa Philoſophorum eſt, qua Iupiter in concilio deorum illos depingit. Fuit autem, vt hoc quoque addamus, Menippus quidem reuera Cynicus philoſophus, natione Phœnix ac ſeruus natus, de quo Laërtium vide.

MENIPPVS. AMICVS.

MENIPPVS. TERRE mille igitur erant ferè ſtadia à terra vſq; ad lunã, vbi prima nobis fuit manſio. Porrò hinc ſurſum ad Solem paraſangę ferinè quingẽtæ. Rursũ ab hoc vſquę ad ipſum deniq; cœlũ, arcẽquę Iouis in edito ſitam, tantũ ferè ſpatij fuerit, quantũ aquilà probè, ſuccinctè, atque expeditè queat vno die peragere.

ΟΥχὶν τειχίλιοι μὲν ἦσαν ἀπὸ γῆς στάδιοι μέχρι τοῦ σελήνου, ὁ πρῶτος ἡμῖν σταθμός. ἐντεῦθεν δ', ἀπὸ τοῦ ἡλίου ἄνω ὡς διακόσιοι πεντακόσιοι. ὅθεν δὲ ἀπὸ τούτου, ἐς αὐτὸν ἤδη τὸν ὀφθαλμὸν, καὶ τὴν ἀκρόπολιν, τοῦ Διὸς αὐτοῦ, καὶ ταῦτα ἡμῖν ἐδόκει ὀξέως ἂν πως μιᾶς ἡμέρας.

ΕΤ. τί ταῦτα πρὸς Χαείτων, ὦ Μένιππε, ἀστρονομεῖς, καὶ ψυχῇ πως αἰαμυγῆς; πάλαι γὰρ ἐπαχροώμενός σου τοῦ γελωτος, ἡλίους καὶ σελήνας, ἔτι δὲ τὰ φορτικὰ ταῦτα σταθμούς τινας, καὶ παρασάγγας διοξενίζοντος. ΜΕ. μὴ θαυμάσῃς, ὦ ἑταῖρε, εἰ μετέωρα καὶ ὑψηφερῆ δόξω σοι λέγειν· τὸ κεφάλαιον γὰρ δή πού μοι δοκῶ τὴν ἐναγῆ ἀποδημίαν. ΕΤ. εἶτα, ὦ γαθέ, καθάπερ οἱ Φοίνικες, ἄστροις ἐπεκμήκεσθον τὴν ὁδόν; ΜΕ. οὐ, μὰ Δία, ἀλλ' ἐν αὐτοῖς ἄστροις ἐποιούμην τὴν ἀποδημίαν. ΕΤ. Ἡράκλες, μακρόν τινα τὸν ὄνειρον λέγεις, εἴγε σαυτὸν ἔλαθες καταχοιμηθεὶς παρασάγγας ὅλους. ΜΕ. ὄνειρον γάρ, ὦ πάτερ, δοκῶ σοι λέγειν, ὃς ἀρτίως ἀφῖγμαι παρὰ τοῦ Διός; ΕΤ. πῶς ἔφησθα; Μένιππος ἡμῖν Διοπετὴς πάρεστιν ἐξ οὐρανοῦ; ΜΕ. καὶ μάλα ἔγωγε σοι πρὸ αὐτοῦ ἐκείνου τοῦ πρώτου Διὸς ἥκω τήμερον, θαυμάσια καὶ ἀκούσας καὶ ἰδών· εἰ δὲ ἀπιστεῖς, καὶ αὐτὸ τοῦτο ὑπερφυές μοι, ὅτι παρὰ πίστιν εὐτυχεῖν. ΕΤ. καὶ πῶς ἔγωγε, ὦ θεοείκελε καὶ Ὀλύμπιε Μένιππε, θνητὸς αὐτός, καὶ ὀπίγλος ὤν, ἀπιστῶν δυναίμην ὑπερφέλῳ ἀνδρί; καὶ ἵνα καὶ Ὁμηρικῶν εἴπω, τῶν ὑπερμενίων ἑνί; ἀλλ' ἐκφανές μοι φράσον, εἰ δοκεῖ, τίνα ἔπλευσας ἥρῳος ἄνω, καὶ ὁπόθεν ἐποιήσω κλίμακα τηλικαύτην τὸ μέγεθος; τὰ μὲν γὰρ ἀμφὶ τὴν ὄψιν, ἃ πρώην ἔοικας ἐκείνῳ τῷ Φρυγί, ὥστε καὶ ἡμᾶς εἰκάζειν καὶ σὲ οἰήσεσθαί που, ἁρπάσαν γενέσθαι παρὰ τοῦ ἀετοῦ. ΜΕ. σὺ μὲν πάλαι σκώπτων δῆλος εἶ, καὶ θαυμαστὸν οὐδέν, εἴ σοι τὸ παράδοξον τοῦ λόγου, μύθῳ δοκεῖ παρεμφερές· ἀτὰρ οὐδὲν ἐοίκασί μοι πρὸς τὴν ἀπόδρασιν, οὔτε τῆς κλίμακος, οὔτε παιδικὰ ἡμέλησα τοῦ ἀετοῦ. οἰκεῖα γὰρ ἐμοὶ τὰ πτερά. ΕΤΑΙ. τοῦτο μὲν ἤδη καὶ ὑπὲρ αὐτὸν Δαίδαλον ἔφασθα, εἶτα πρὸς τοῖς ἄλλοις, ἐλελήθεις ἡμᾶς ἱερόξυλα, ἢ κηλωτοὺς ἐξ ἀνθρώπου γεγονότας. ΜΕ. ὀρθῶς, ὦ ἑταῖρε, καὶ σὺ οὐκ ἄπο σκοποῦ εἴκασας. τὸ Δαιδάλου γὰρ ἐκεῖνο σόφισμα τὴν πτερῶσιν καὶ αὐτὸς ἐμηχανησάμην. ΕΤΑΙ. εἶτα, ὦ τολμηρότατε πάντων, οὐκ ἐδεδοίκεις μὴ σὺ που τῆς θαλάσσης καταπεσών, Μενίππειόν τι πέλαγος ἡμῖν ὥσπερ ὁ Ἰκάριον ἀποδείξῃς ὑπὸ τῷ σαυτοῦ ὀνόματι;

A AMIC. Die mihi per Gratias, Menippe, quæ ſunt iſta quæ de aſtris loqueris, ac tacitus tecum ſupputas? Etenim iamdudum te aſſectans, audio ſoles & lunas, præterea autem & magnifica iſta, manſiones ac paraſangas, peregrina quædam commemorantem. MEN. Ne mireris amice, ſi ſublimia aëriáque tibi videor loqui: nam ſummã apud me reputo nuper actæ peregrinationis. AMIC. Nimirum Phœnicum exemplo viam ſtellis notaras. MEN. Haudquaquam per Iouem: quin magis ipſis in ſtellis ſum peregrinatus. AM. Papæ! longum profecto ſomnium mihi narras: ſiquidem totas edormiſti paraſangas inſciens. MEN. Quid ais? ſomnium tibi referre videor, qui modò ab ipſo Ioue ipſe reuerſus adſum? AMIC. Quid audio? Itáne Menippus nobis à Ioue delapſus ades è cœlo? MEN. Ita ſanè: ego tibi ab ipſo illo ſummo Ioue hodie venio, rebus interim dictu miris & auditis & conſpectis. Quod ſi non credis, equidem hoc ipſo nomine ſupra modũ gaudeo, cùm ſupra fidem eſſe videam meam felicitatem. AMIC. Et quo pacto diuine atque Olympie Menippe, mortalis cùm ſim ac terreſtris, queam nõ credere viro qui nubes ſuperarit, quíque, vt Homericis dicam verbis, iam ſis cœlitũ è numero vnus? Verùm illud mihi dicito, ſi moleſtum non eſt, quibus modis in altum ſubuectus es, aut vnde nactus ſcalas tanta magnitudine? Nam quantum ad faciem ac formam attinet, non es admodum ſimilis illi Phrygio: vt coniectare poſſimus te quoque ab aquila raptũ fuiſſe, quò pocillatoris alicubi munere fungereris. MEN. Non me clam eſt te iamdudum irridere. Neque verò id omnino mirum, ſi narrationis nouitas tibi fabulæ videtur aſſimilis. Cęterùm ad conſcenſum nihil mihi erat opus neque ſcalis, neque vti pueri illius in morem ab aquila raperer: propterea quòd alæ mihi eſſẽt propriæ. AMIC. Iam verò iſtud quod narras, vel ipſum Dædali factum ſuperat. Siquidem præter alia, nobis inſcientibus miluius quiſpiã aut graculus ex homine factus es. MEN. Rectè amice, neq; procul à ſcopo conieciſti. Etenim illud Dædali de alis inuentum ipſe quoque ſum machinatus. AMIC. At interim omnium audaciſſime, non veritus es ne tu quoque alicubi in mare delapſus, Menippeum aliquod pelagus tibi cognomine redderes, quemadmodũ ille Icarium?

MEN. Nequaquam. Siquidem Icarus cùm alas haberet cera agglutinatas, eáque quamprimum ad Solem esset liquefacta: defluxis alis non mirum si decidit. At nobis citra vllam ceram erant pennæ. AMIC. Istud quî fieri potuit? Iam enim haud scio quo pacto paulatim me adducis vt vera videantur quæ narras. MEN. Ad hunc fermè modum: Aquilam egregiè magnam, tum autem & vulturem validum arripui. His cùm alas vnà cum ipsis brachiis præsecuissem: Quin potiùs, si vacat, totius commenti rationem ordine tibi percensebo. AMI. Mihi quidem vel maximè vacat: adeò sublimis à sermone tuo pendeo: iámque ad narrationis finem inhio. Ne verò me negligas, per Iouem amicitiæ præsidem, auribus in aëre suspensum ob tuam narrationem. MEN. Auscultа igitur. Neque enim ciuile fuerit, si spectem amicum ore hiante relictum, eúmque, quemadmodum tu ais, ab auribus suspensum. Ego igitur cùm expendens ea quæ sunt in vita mortalium, protinus omnes res humanas reperissem ridiculas, humiles, instabiles, nempe opes, imperia, magistratus: contemptis his, atque horum studio, adiectóque animo ad ea quæ verè sunt bona: conatus sum ab his tenebris emicare, & ad vniuersi naturam suspicere. Atque hîc mihi multam attulit hæsitationem, primùm hic ipse qui à sapientibus appellatur mundus. Neque enim inuenire poteram, neque quo pacto factus fuisset, neque quo opifice, neque quod esset illius vel initium, vel finis. Deinde cùm particulatim contemplarer, multo etiam magis ambigere sum coactus, quippe qui viderem stellas temere per cœlum disiectas. Tum Solem ipsum, qui tandem esset, scire gestiebam. Super omnia verò, quæ Lunæ accidebant, mihi videbantur absurda, ac planè mira: putabámque eáussam aliquam arcanam & inexplicabilem esse, cur illa subinde speciem formámque variaret. Quinetiam fulgur emicans, tonitru erumpens, tum pluuia, nix, grando, è sublimi demissa, videbantur hæc quoque omnia coniectu difficilia, quæque nullis notis deprehendi possent. Itaque cùm ad eum modum essem affectus, optimum factu ratus sum, vt horum vnumquodque à philosophis istis perdiscerem. Siquidem existimabam illos veritatem omnem docere posse.

ΜΕ. οὐδαμῶς. ὁ μὲν γὰρ Ικαρος, ἅτε κηρῷ τὼ πτέρωσιν ἡρμοσμένος, ὅπῃ παχέα πρὸς τὸν ἥλιον ἐκ φύσεως ἐτάκη, πτεροῤῥυήσας, εἰκότως κατέπεσεν· ἡμῖν δὲ ἀκήρατα ἦν τὰ ὠκύπτερα. ΕΤ. πῶς λέγεις; ἤδη γὰρ οὐκ οἶδ' ὅπως ῥέμα με προσαγεις πρὸς τὼ ἀληθέσι τῆς διηγήσεως. ΜΕ. ὧδέ πως· ἀετὸν μεμεγέθη συλλαβών, ἔτι δὲ γῦπα τ' κρατερὸν, ἀποτεμὼν αὐτοῖς ὠλέναις τὰ πτερά, μᾶλλον δὲ ἐκ πάσης ἐξαρχῆς τὼ ὤμοιν, εἴ σοι σχολή, δίειμι. ΕΤ. πάνυ μὲν οὖν, ὡς ἐγώ σοι μετέωρός εἰμι τοῦ τὸν λόγον, καὶ πρὸς τὸ τέλος ἤδη κέχηνα τῆς ἀκροάσεως, μηδὲ πρὸς Φιλίου με παρίδῃς, αἴω που τῆς διηγήσεως ἐκ τῶν ὤτων ἀπηρτημένον. ΜΕ. ἄκουε τοίνυν. οὐ γὰρ ἀστεῖόν γε τὸ πρᾶγμα, κεχηνότα φίλον, ἐγκαταλιπεῖν, καὶ ταῦτα, ὡς σὺ φῄς, ἐκ τῶν ὤτων ἀπηρτημένον. ἐγὼ γὰρ ὅπῃ τάχιστα ἐξεπάζων τὰ κατὰ τὸν βίον, γελοῖα, καὶ ταπεινὰ, καὶ ἀβέβαια τὰ ἀνθρώπινα πάντα εὕρισκον, πλούτους λέγω, καὶ ἀρχὰς, καὶ δυναστείας, καταφρονήσας αὐτῶν, καὶ τοῦ περὶ ταῦτα σπουδάζειν, ἀσχολίαν τῶν ἀληθῶς σπουδαίων ἐπολαβών, ἀναχωρεῖν τε, καὶ πρὸς τὸ πᾶν ἀποβλέπειν ἐπειρώμην. καί μοι συνέβαινε, πολλοῦ τινα παρεῖναι τοῦ ἀπορεῖσθαι, πρῶτον μὲν αὐτὸς οὗτος ὁ ὑπὸ τῶν σοφῶν καλούμενος κόσμος. οὔτε γὰρ εἶχον εὑρεῖν οὔθ' ὅπως ἐγένετο, οὔτε τὸν δημιουργὸν, ὅστις ἀρχὼ, οὔθ' ὅ, τι τὸ τέλος ἔσται αὐτοῦ. ἔπειτα δὲ καθ' μέρος ἐπισκοπῶν, πολὺ μᾶλλον ἀπορεῖν ἠναγκαζόμην· τοὺς τε γὰρ ἀστέρας ἑώρων ὡς ἔτυχε τοῦ οὐρανοῦ διερριμμένους, καὶ τὸν ἥλιον αὐτόν τί ποτε ἦν ἔργον ἐπόθουν εἰδέναι, μάλιστα δὲ τὰ κατὰ τὼ σελήνῃ ἄπορά μοι, καὶ πανταχῶς παράδοξα κατεφαίνετο, καὶ ὁ πολυφόρος αὐτῆς τῶν σχημάτων ἀπόῤῥητόν τινα τοῦ αἰτίου ἔχειν ἐδόκιμαζον. οὐ μόνον δὲ καὶ ἀστραπὴ διφθέγξασα, καὶ βροντὴ καταῤῥαγεῖσα, καὶ ὑετὸς, ἢ χιὼν, ἢ χάλαζα κατενεχθεῖσα, καὶ ταῦτα δυσείκαστα πάντα καὶ ἀτέκμαρτα ἦν. ὅλως ἐπιδιάφορ οὕτω διεκείμην, ἄρτιον τῆ ἐπολάμβανον παρὰ τῶν φιλοσόφων τούτων ταῦτα ἕκαστα ἐκμαθεῖν. ὤμην γὰρ ἐκείνους πάντ' γε ἔχειν εἰπεῖν τοῦ ἀληθοῦς.

ὕτω δὴ τοὺς ἀρίστους ὑπολεξάμενος αὐτῶν, ὡς A
ἐνῆν τεκμήρασθαι, τοῦ σοφοῦ πως τε σκυθρωπότητι, καὶ χροὰς ὠχρότητι, καὶ γλυκείᾳ καθυτητι (μάλα γὰρ ὑψηγόρας τινὰς, καὶ θεοπρεπεῖς οἱ ἄνδρες αὐτίκα μοι κατεφαίνοντο) πυθμὴν ἐγχρείσας ἐμαυτὸν, καὶ συγκρούσας ἀγκύριον, ὃ μή, αὐτόθεν ἤδη καθελκομένῳ, ὃ δὲ, εἰσαῦθις ἀποδώσειν ὅτι κεφαλαίῳ τῆς σοφίας ὁμολογησάμενος, ἠξίουν μετεωρολέσχης τε διδάσκεσθαι, καὶ πλὴν τῶν ὅλων διαχύσεσιν καταμαθεῖν. οἱ δ', ἴσθι μοι ἔφη, ἑδήσεσθαί με τῆς παλαιᾶς ἐκείνης ἀγνοίας ἀπαλλάξαι, ὥστε καὶ εἰς μείζους ἀπορίας φέροντες ἐνέβαλον, ἀρχάς τινας, καὶ τέλη, καὶ ἀτόμους, καὶ κενὰ, καὶ ὕλας, καὶ ἰδέας, καὶ τὰ τοιαῦτα ὁσημέραι μοι καταχέοντες. ὁ δὲ πρώτων ἐμοιγε τῶν ἐδόκει χαλεπώτατον, ὅτι μηδὲν ἄτερος θατέρῳ λέγοντες ἀκόλουθον, ἀλλὰ μαχόμενα πρὸς, καὶ διαφωνοῦντα, ὅμως πίθεσθαί τέ με ἠξίουν, καὶ πρὸς τὸν αὑτοῦ λόγον ἕκαστος ὑπάγειν ἐπειρῶντο. ΕΤ. ἄτοπον λέγεις, εἰ σοφοὶ ὄντες οἱ ἄνδρες, ἐζητοῦντο πρὸς ἀλλήλους περὶ τῶν ὄντων, καὶ ἃ μὲν αὐτοῖς περὶ τῶν αὐτῶν ἐδόκαζον. ΜΕ. καὶ μήν, ὦ ἑταῖρε, γελοίως ἀκούσας πολύ C
τε ἀλαζονείαν αὐτῶν, καὶ πολὺ ἐν τοῖς λόγοις τερατουργίαν· οἵτε πρῶτα μὲν περὶ γῆς διεσκόπτοντες, καὶ μηδὲν τῶν χαμαὶ ἑρπόντων ἡμῶν ὑπερφέροντες, ἀλλ' οὐδὲ ὀξύτερον τοῦ πλησίον διεδορκότες, ἔνιοι δὲ καὶ γήρως, ἢ ἀρχῆς ἀμβλυώττοντες, ὅμως οὐρανοῦ τε πέρατα διεμέτρουν ἔφασκον, καὶ τὸν ἥλιον πρὸς ἐμέτρουν, καὶ τοῖς ὑπὲρ τὴν σελήνην ἐπεβάτευον, καὶ ὡσπερ ἐκ τῶν ἀστέρων καταπεσόντες, μετέθεσάν τε αὐτῶν, καὶ σχήματα διεξήεσαν· καὶ πολλάκις, εἰ τύχοι, μηδὲ ὁπόσοι σταδίοι Μεγαρόθεν Ἀθῆναί εἰσιν ἀκριβῶς ἐπιστάμενοι, τὸ μεταξὺ τῆς σελήνης, καὶ τοῦ ἡλίου χωρίον ὁπόσων εἴη πηχῶν τὸ μέγεθος, ἐτόλμων λέγειν, ἀέρος τε ὕψη, καὶ θαλάττης βάθη, καὶ γῆς περιόδους διαμετρούντες, ἔπι δὲ κύκλους καταγράφοντες, καὶ τρίγωνα, ὑπὸ τετραγώνοις διαγραμμίζοντες, καὶ σφαίρας τινὰς ποικίλας, τὸν οὐρανὸν δῆθεν αὐτὸν ὑπομετρούντες. ἔπειτα δὲ κἀκεῖνο πῶς οὐκ ἄγαμαι αὐτῶν, καὶ πολυτελῶς τετυφωμένον, ὃ περὶ τῶν οὕτως ἀδήλων λέγοντας, μηδὲν ὡς εἰκάζοντας ἀποφαίνεσθαι;

Quare cùm ex illis præstantissimos delegissem, quãtum mihi coniectare licebat, ex vultus austeritate, éque colorꝭ pallore, ac barbæ profunditate (mirum enim vt mihi ex ipso protinus aspectu sublimiloquos quosdam, & cœlestium rerum peritos viros præ se ferebant) his vbi memet docendum tradidissem magna pecunia (quam partim euestigio præsentem numeraui, partim tum me persoluturum sum pollicitus, vbi ad philosophiæ summam peruentum esset) non grauabar erectus ad nugas doceri, & vniuersi dispositionem discere. At illi tantum aberant vt me pristina liberarent inscitia, vt B in maiores etiam dubitationes coniecerint: principia nescio quæ, ac fines, tum insecabilia, inania, syluas, ideas, atque id genus alia mihi quotidie offundẽtes. Verùm illud interim mihi videbatur omniũ esse grauissimum, quòd cùm nihil inter illos conueniret, verùm pugnantia diuersáque inter se omnia loquerentur: tamen postulabant vt sibi fidem haberem: ac ad suam quisque rationem me conabatur adducere. AMIC. Rem absurdam narras, si viri cùm essent sapientes, inter sese de rebus factiosè dissidebant, neque de iisdem eadem probabant. MEN. Atqui rideres amice, si audieris illorum arrogãtiam, & in differendo prodigiosam confidentiam: qui quidem cùm humi ingrederentur, nihilóque præstantiores essent nobis qui super terram ambulamus, ne cernentes quidem acutiùs quàm quiuis alius adstans, nonnulli cęcutientes etiam senio atque inertia: tamen & cœli terminos perspicere sese profitebantur: solem quoque ipsum dimetientes: & ea quæ supra lunam sunt, aggredientes. Ac perinde quasi ex ipsis delapsi stellis, ita & magnitudinem illarum & figuram explicabant. Ac sæpenumero cùm fortè ne illud quidem certò scirent, quot stadiis à Megara abessent Athenę: tamen spatiũ quod interest inter Solem & Lunam, quot essent cubitorum, audebant pronuntiare: tum aëris altitudinem, maris profunditatem, terræ ambitum dimetientes. Ad hęc circulos depingebant, ac triangulorum figuras super quadrangulos inducentes: neque non sphæras quasdam picturatas, cœlum scilicet ipsum metientes. Iam verò illud an non insulsum, & insignis arrogantiæ, quòd cùm de rebus vsqueadeo incertis loquantur, nihil tamen ita proponunt, quasi coniecturis ducantur?

De vsu & rebus sublimibus.

verùm ſupra modum contendunt, neque A vllum vincendi locum aliis relinquunt: tantùm non iureiurando confirmantes, Solem maſſam eſſe candefactam: incoli Lunam: ſtellas aquam potare, idque Sole veluti ſitula quadam per funem demiſſa, vaporem è mari attrahente, atque illis omnibus ordine potum diſtribuente. Nam quanta ſit in dictis pugnantia, id haud difficile fuerit cognoſcere. Iam mihi ſpecta per Iouem, num illorum decreta inter ſe conſentiant, ac non magis longiſſimis diſſita interuallis: quãdoquidem primùm de ipſo mundo varia eſt ſententia: cùm aliis & ingenitus, & nunquam interiturus eſſe videatur: rurſum alii & opificem illius, & fabricandi modum eloqui ſint auſi. Quos equidem cum primis admirabar; propterea quòd cùm Deum quendam rerum omnium opificem præpoſuiſſent, non illud etiam adderent, vel vnde is eſſet profectus, aut vbi loci conſiſteret, cùm omnia fabricaretur. Nam ante vniuerſi exortum non poſſis vel tempus vel locum imaginari. AMI. Prorſus audaces quoſdam Menippe homines, ac prodigiorum auctores mihi narras. MENIP. Quid autem ſi iam audias, vir optime, quæ differant & de C ideis, & de incorporeis: tum quæ de finito & infinito nugantur? Nam & his de rebus acriter inter ſe digladiantur, dum alij fine circumſcribunt vniuerſum: alij contrà finem illud neſcire exiſtimant. Quin inſuper quidam ex iſtis complures eſſe mundos demonſtrabant, damnantes eos qui de hoc velut vno quopiam illorum diſputarent. Rurſum alius, neſcio quis vir, haudquaquam amicus paci, bellum rerum omnium parentem eſſe cenſebat. Nam de diis quid iam attinet loqui? cùm his Deus eſſet numerus, illi rurſus per canes & anſeres ac platanos deierarent: deinde alij reliquis omnibus diis expulſis, vni ſoli rerum omnium imperium tribuebant: ita vt mecum etiã animo diſcruciaret, cùm tantam audirem deorum inopiam. E diuerſo alij liberaliores, multos deos faciebant: ac diſſectis illis, hunc aliquem primum deum appellabant: his ſecundas aut tertias diuinitatis partes tribuebant. Ad hæc alij incorporeum quiddam & informe putabant eſſe numen, alij corpus eſſe imaginabãtur. Deinde non omnes erant in hac opinione, vt putarent diis eſſe curæ res mortalium:

De mundo.

De Deo.

ἀλλ' ἐπορθολαπίσεσθαί τε, & μηδεμίαν τοῖς ἄλλοις ἐπιβολὴν ἀπολιμπάνῃν, μονονὸ χὶ δρεμυμώνους, μύδρον μὲν εἶ) τὸν ἥλιον, κατοικεῖσθαι δὲ τὴν σελήνην, ὑδατοποτεῖν δὲ ταὐτὰ ἀστέρας, χὶ τῷ ἡλίῳ καθάπερ ἰμαντίᾳ τινὶ τὸν ἐκμαδα ἐκ τῆς θαλάσσης ἀναπωμένους, χὶ ἅπασιν αὐτοῖς ὃ ποτὸν ἑξῆς διανέμοντας. τὴν μὲν γὰρ ἐναντιότητα, ὁπόση τὴν λόγων, ῥᾴδιον καταμαθεῖν· χὶ σκόπει πρὸς Διὸς εἰ ἐπιτόνων ὄντι τὰ δόγματα, χὶ μὴ πόρρω πολὺ διεστηκότα. πρῶτα μὲν γὰρ αὐτοῖς ἡ περὶ τοῦ κόσμου γνώμη διάφορος, εἴγε τοῖς μὲν, ἀγήνητός τε, χὶ ἀϊδιώλεθρος εἶ) δοκεῖ· οἱ δὲ, χὶ τὸν δημιουργὸν αὐτὸν, χὶ τῆς κατασκευῆς τὸν τρόπον, εἰπεῖν ἐπιλιμπάνουσι· οἷς χὶ μάλιστα ἐθαύμαζον, πρὶν μὲν τινα τηχεῖτον τῶν ὅλων ἐφιστάντας, ἅ πρὸς πλείστας δὲ οὔτε ὅθεν ἦκον, οὔτε ὅπου ἐστὼς, ἔκλισε ἐπικαίνετο. χὶπτοι πρό γε τῆς τοῦ πρώτου ἡμέρας, ἀδιάληπτον χὶ χρόνον χὶ τόπον ὑπονοῆν. ΕΤΑΙ. μάλα πρᾶς, ὦ Μένιππε, πλημμελῆς, χὶ θαυματοποιοὺς ἄνδρας λέγῃς. ΜΕ. τί δ' εἰ ἀκούσας, ὦ θαυμάσιε, περί τε ἰδεῶν, χὶ ἀσωμάτων, ἃ διεξέρχονται, ἢ τοὺς περὶ τοῦ πέρατός τε χὶ ἀπείρου λόγους; χὶ γὰρ αὖ χὶ αὕτη νεανικὴ αὐτοῖς ἡ μάχη· οἷς μὲν, τέλος ὃ πᾶν περιγράφουσι, τοῖς δὲ, ἀτελὲς τοῦτο εἶ) νομίζουσιν. ἃ μὲν ἄλλα & παμπόλλους τινὰς εἶ) τοὺς κόσμους ἀπεφαίνοντο, & τὴν ὡς περὶ ἑνὸς αὐτῶν ἀφαλισμένων κατηγόρουσιν. ἕτερος δέ τις, οὐκ εἰρηνικὸς ἀνὴρ, πόλεμον τῶν ὅλων πατέρα εἶ) ἐδόξαζε. περὶ μὲν γὰρ τῶν θεῶν, τί χρὴ χὶ λέγειν; ὅπου τοῖς μὲν, ἀριθμὸς τις ὁ θεὸς ἦν· οἱ δὲ, χυνῶν, & χηνῶν, χὶ πλατάνων ἐπόμνυντο. χὶ οἱ μὲν, τοὺς ἄλλους ἅπαντας θεοὺς ἀπελαύνοντες, ἑνὶ μόνῳ τῷ τῶν ὅλων ἀρχὴν ἀπένεμον. ὥστε ἠρέμα & ἀληθεύειν μοι, δοκοῦσιν ἀπορίαν θεῶν ἀκούοντα. οἵοι ἔμπαλιν ὑπεναντιούμενοι, πολλοὺς τε αὖτοῖς ἀπέφαινον, χὶ διελόμενοι, τὸν μὲν τινα, πρῶτον θεὸν ἐπεκάλουν, τοῖς δὲ, τὰ δεύτερα χὶ τρίτα ἔνεμον τῆς θεότητος. ἔτι δὲ, οἱ μὲν, ἀσώματόν τι χὶ ἄμορφον ἠρίθμουν εἶ) θεῖον· οἱ δὲ, ὡς περὶ σώματος αὐτὸ διενοοῦντο. εἶτα χὶ πρόνοιαν τὴν χαθ' ἡμᾶς πρᾶγμ' & πᾶσιν ἐδόκουν οἱ θεοί·

ἀλλ' ἦσάν τινες, οἱ τῆς συμπάσης ἐπιμελείας αὐτοὺς ἀφιέντες, ὥσπερ ἡμεῖς εἰώθαμεν ἀπολύειν τὴν λειτουργίαν τοὺς πρεσβύτας ὄντας· ἐδόκουν γὰρ ὅτι μὴ τοῖς κωμικοῖς ἀπορρήμασιν ἐοικότας αὐτοὺς εἰσάγουσιν. ἔνιοι δέ, ταῦτα πάντα ὑπερβαίνοντες, οὐδὲ τὸν ἀρχὸν ἐᾶν θεὸν τινὰ ἐπίστευον, ἀλλ' ἀδέσποτον καὶ ἀκυβέρνητον φέρεσθαι τὸν κόσμον ἀπολείποντες. τοιγάρτοι ταῦτα ἀκούων, ἀπιστεῖν μὲν οὐκ ἐτόλμων ὑλιβρεμέτας τε, καὶ πυθμενίοις αὐδράσιν. ἐβουλόμην εἴ γε ὅπη τὴν λόγων τραπόμενος, ἀνεπίληπτόν τι αὐτὴν θεραπεύσω, καὶ ὑπὸ θατέρου μηδαμῆ ἐλεγχόμενον. ὥστε δὴ τὸ Ὁμηρικὸν ἐκεῖνο ἀτεχνῶς ἔπασχον· πολλάκις μὲν γὰρ ἀνώρμησα πιστεύειν τινὶ αὐτῶν, ἕτερος δέ με θυμὸς ἔρυκεν. ἐφ' οἷς ἅπασιν ἀμηχανῶν, ὑπὲρ γῆς μὲν, ἀκούσεσθαί τι καλὸν τούτων ἀληθές, ἀπεγίγνωσκον. μίαν δὲ τῆς συμπάσης ἀπορίας ἀπαλλαγὴν ᾤμην ἔσεσθαι, εἰ αὐτός τις περιωπῆς που, ἐλθοιμι εἰς τὸν οὐρανόν. τούτου δέ μοι παρεῖχε τὴν ἐλπίδα, μᾶλλον μὲν καὶ ἡ ὁρμή, ἔπειτα καὶ ὁ λεγόμενος Αἴσωπος, ἀετοῖς καὶ καρίδεσι ἐνίοτε, καὶ καμήλοις βάσιμον ἀποφαίνων τὸν οὐρανόν. αὐτὸν μὲν οὖν περιφῦσαί ποτε ῥᾳδίᾳ μηχανῇ δυνατὸν εἶναί μοι κατεφαίνετο. εἰ δὲ γυπὸς ἢ ἀετοῦ περιθείμην πτερὰ (ταῦτα γὰρ μόνα ῥᾳδιουργὸν πρὸς μέγεθος ἀνθρωπίνου σώματος) τάχα ἄν μοι τὴν πεῖραν περιχωρῆσαι. καὶ δὴ συλλαβὼν τὰ ὄρνεα, θατέρου μὲν τὸν δεξιὸν πτέρυγα, τοῦ γυπὸς δὲ, τὸν ἑτέρου ἀπέτεμον δι' μάλα· εἶτα δεδεκάσας, καὶ κατὰ τοὺς ὤμους πλαμῶσι καρτεροῖς ἁρμοσάμενος, καὶ πρὸς ἄκροις τοῖς ὠκυπτέροις λαβάς τινας ταῖς χερσὶ περιδησάμενος, ἐπειρώμην ἐμαυτοῦ ὃ πρῶτον, αἰαπτῶν, καὶ ταῖς χερσὶν ὑπηρετῶν, καὶ ὥσπερ οἱ χηνες ἐπὶ χαμηπετοῦς ἐπαιρόμενος, καὶ ἀκροβατῶν ἅμα μετὰ τῆς πτήσεως. ἐπεὶ δὲ ὑπήκουέ μοι τὸ πρᾶγμα, θαλλοπτέρυγι ἤδη τῇ πτέρυγι ἀπιόμην καὶ ἀειρθεὶς ὅτι τὴν ἀκρόπολιν, ἀφῆκα ἐμαυτὸν μετὰ τοῦ κρηπιδος, φέρων ἐς αὐτὸ δὴ τὸ θέατρον. ὡς δὲ ἀκινδύνως κατεπτόμην, ὑψηλά ἤδη καὶ μετέωρα ἐφρόνουν, καὶ ἄρας ἀπὸ Πάρνηθος, ἢ ἀπὸ Υμηττοῦ, μέχρι Γερανείας ἐπετόμην, εἶτ' ἐκεῖθεν, ὅτι τὸν Ακροκόρινθον αὖθις

A verùm erant nonnulli qui eos omni cura liberantes, haud aliter atque nos consueuimus ætate defectos à ministeriis dimittere: nihilo aliusmodi eos inducunt, quàm cuiusmodi in comœdiis induci solent satellitia. Iam alii superantes hæc omnia, ne esse quidem vllos omnino deos credebant: sed mundum nullo domino, nullóque duce temere ferri sinebant. atqui cùm hæc audiebam, verebar non habere fidem viris altifremis, ac probè barbatis: nèque tamen inueniebam ad cuius dicta me verterem, vt aliquam illorum sententiam nanciscerer irreprehensam, ac nequaquam ab alio subuersam. *De diuina prouidentia.*

B Itaque planè tandem Homericum illud mihi vsu veniebat. Nam sæpenumero animus incitabat, vt huic alicui illorum crederem, sed me mens diuersa vetabat. In quibus omnibus cùm perplexus hæsitarem, desperabam futurum vt super his verum aliquid in terris audirem: cæterùm vnica tantùm via, vniuersa dubitatione liberari posse, si ipse alis aliqua ratione additis, in cœlum ascenderem. Eius rei conficiendæ spem mihi præbuit primùm ipsa cupiditas: deinde fabularum scriptor Æsopus: qui aquilis

C ac scarabeis, interdum & camelis cœlum adiri potuisse demonstrat. Verùm vt mihi ipsi alæ prouenirent aliquando, id nulla ratione fieri posse videbatur: cæterùm si vulturis aut aquilæ alas induissem (nam has solas sufficere ad humani corporis modum) futurum forsitan vt mihi succederet experientia. Itaque correptis auibus, alteri dextram alam, porrò vulturi sinistram amputaui: idque admodum scitè. Deinde quum obligassem, humerísque loris validis accommodassem, tum summis pennis ansas quasdam manibus inserèdis addidissem: mei ipsius periculum faciebam, primùm

D subsiliens, ac manibus interim subseruiens, & anserum exemplo paulum adhùc à terra volatu me sustollens, inter volandum summis interim pedibus ingrediens. Postea quum res ex animi sententia succederet, iam audaciùs etiam experimentum aggrediebar: conscensáque arce demisi me ipsum per præceps, atque inde in ipsum ferebar theatrum. Mox vbi nullo periculo deuolassem, sublimia iam & ardua cogitare cœpi: ac tollens me à Parnetho, siue Hymetto, ad Geraniã vsque volabam. Rursum inde ad Acrocorinthum subuolaui:

deinde ſupra Pholoën & Erymanthum ad Taygetum vſque. Ergo quum tandem audax tacinus ſatis eſſem mediratus, iámque perfectus & altiuolus euaſiſſem, non ampliùs de pullis imitandis cogitabam: verùm conſcenſo Olympo, cibo quamleuiſſimo paſtus, inde rectà in cœlum tendere cœpi: initiò quidem oborta oculorum vertigine ob profunditatem: & poſtea ferebam & hoc quoque facilè. Verùm vbi iam ipſi lunæ vicinus eſſem, plurimúmque nubium eſſem emenſus: ſentiebam me defatigatum, maximè in ala ſiniſtra, nempe vulturina. Huc igitur diuerti, ac ſuper eam inſidens requieſcebam: in terram interim è ſublimi reſpiciens, neque ſecus quàm Homericus ille Iupiter, nunc bellacium Thracum regionem deſpiciens, nunc Myſorum, mox (ſi libuiſſet) Græciam, Perſidem, Indiámque: ex quibus omnibus varia quadam voluptate perfundebar. AMI. Ergo iſta quoque narrabis Menippe, ne vlla prorſus peregrinationis parte fraudemur: quin potiùs ſi quid obiter in itinere conſpexiſti, fac vt hoc quoque ſciamus. Nam ego ſanè haud mediocria dicturum te expecto, de terræ forma, déque omnibus quæ in terra ſunt, cuiuſmodi tibi viſa ſunt ex alto contemplanti. MENIP. At tu quidem rectè coniectas amice. Quamobrem quatenus licet, conſcenſa luna inter narrandum peregrinanti comes eſto, ſimúlque mecum contemplare totam terræ ſpeciem, habitúmque. Atque initiò quidem admodum puſillam quandam terram mihi videre videbar, multo, inquam, luna minorem: ita vt ego repentè intentis oculis diu dubitarem vbinam eſſent tanti illi montes, ac tantum mare. Quòd ni Rhodiorum coloſſum conſpexiſſem, tum Phariam turrim, haud dubiè prorſus vbinam eſſet terra, me prorſus latuiſſet: verùm iſta quòd ſint ſublimia, præque cęteris eminętia, præterea Oceanus paulatim ad Solem reſplendeſcens, indicabant terram eſſe id quod videbam. Mox vbi fixiùs intenderem oculos, iam mihi omnis mortalium vita cœpit eſſe conſpicua, non ſolùm ſingulæ nationes atque vrbes: ſed planè videbam nauigantes, bellantes, agricolantes, litigantes, mulieres, feras, &, vt ſummatim dicam, quicquid tellus educat alma. AMIC. Iſta quæ nunc dicis, haudquaquã ſunt veriſimilia; ac ſecum pugnantia,

εἶπα ὑπὲρ Φολόης τε Ερυμανθε, μέχρι πρὸς τὸν Ταύγετον. ἤδη δ' ἐν μοι τὸ τολμήματος μεμεγεθυμένω, τέλος τε καὶ ὑψιπέτης γιγνόμενος, οὐκ ἐπὶ τὰ νεοττιὰ ἐφερόμουν· ἀλλ' ὅτι τὸν Ολυμπον ἀναβαὶς, καὶ ὡς ἐπὶ μάλιστα κούφως ὑποσιτισάμενος, ὃ λοιπὸν ἔτεινον θᾶττον τὸ ἀέρος, ὃ μὲν πρῶτον, ἰλιγγιῶν ὑπὸ τὸ βάθους, μὴ ἐφερόμην τε τῶτο θαμὰ καὶ εὐπετῶς. ἐπεὶ δὲ κατ' αὐτὴν ἤδη τὴν σελήνην ἐγεγόνειν, πάμπολυ τὸ νεφῶν ἀποκαμὼν, καθόμην κἀμαυτοῦ ἐμαυτῷ, καὶ μάλιστα κατὰ τὸν ἀριστερὸν τὸν πτέρυγα τὴν γυπίνην. προσελάσας δὲ, καὶ καθεζόμενος ἐπ' αὐτῆς, διαναπαυόμην, ἐς τὴν γῆν αὖθις ἀποβλέπων. καὶ ὥσπερ ὁ τὸ Ομήρε Ζεὺς ἐκεῖνος, ἄρτι μὲν, τὴν τῶν ἱππομόλων Θρηκῶν καθορώμενος, ἄρτι δ', τὴν Μυσῶν. μετ' ὀλίγον δὲ, εἰ δόξειέ μοι, τὴν Ελλάδα, τὴν Περσίδα, καὶ τὴν Ινδικήν. ἐξ ὧν ἁπάντων ποικίλης τινὸς ἡδονῆς αἰσθόμην. ET. ἀκούω τε ταῦτα λέγοις ἄν, ὦ Μένιππε, ἵνα μηδὲ καθ' ἓν ἀποφθονῶμεθα τὸ ἀποδημίας, ἀλλ' εἴ τι σοι καὶ ἐδοξε περιεργον ἱστόρηται, καὶ τῶτο εἰδῶμεθα. ὡς ἔγωγε οὐκ ὀλίγα προσδοκῶ ἀκούσεσθαι, σχήματος γῆς τε, καὶ τῶν ἐπ' αὐτῆς ἀπάντων, οἷά σοι αὖθις ὅτε τοῦτο ποιοῖντο κατεφαίνετο. ME. καὶ ὀρθῶς γε δ', ὦ ἑταῖρε, εἰκάζεις. δοκεῖ γάρ ὡς οἷόν τε ἀναβαὶς ὅτι τὴν σελήνην, τῷ λόγῳ συναποδημεῖ τε, καὶ συνεπισκοπεῖ τὴν ὅλην τὸ ὅτι γῆς διάθεσιν. καὶ πρῶτόν τί μοι πάνυ μικρὰν δοκεῖ τινὰ τὴν γῆν ὁρᾶν, πολὺ λέγω τῆς σελήνης βραχυτέραν· ὥστε ἐγὼ ἄφνω καταχύθας, ὅτι πολὺ ἀπόρεων, ποῦ εἶη τὰ τηλικαῦτα ὄρη, καὶ ἡ τοσαύτη θάλασσα. καὶ εἰ μὴ τὸν Ροδίων κολοσσὸν ἐκατασκόπουν, καὶ τὸν ὅτι τὴν Φαρίαν πύργον, δῆλον ἦν, πάντως ἄν με ἡ γῆ διέλαθεν. νῦν δ', ταῦτα ὑψηλὰ ὄντα, καὶ ὑπαφαιρεσικότα, καὶ ὁ Ωκεανὸς ἀρέμα προσεκλάμπων τὸν ἥλιον ὑποσήλων, διεσήμαινέ μοι γῆν εἶναι ὃ ὁρώμενον. ἐπεὶ δὲ ἅπαξ τοῦ ὄψιν εἰς ὃ ἀτενὲς ἀπηρεισάμην, ἅπας ὁ τὰ ἀνθρώπων βίος ἤδη μοι κατεφαίνετο. καὶ καθ' ἕθνη μόνον, καὶ πόλεις, ἀλλὰ καὶ αὖθις ἀφῶς οἱ πλέοντες, οἱ πολεμοῦντες, οἱ γεωργοῦντες, οἱ δικαζόμενοι, τὰ γαμήλια, τὰ γενέθλια, καὶ πάνυ ἁπλῶς, ὁπόσα περὶ ζῴδιά ἐσμεν ἄρουρα. ET. πάντα λῶς ἀπίθανα φῄς ταῦτα, καὶ αὐτὸς ἐναντία.

δς γὰρ ἄρτιος, ὦ Μένιππε, τὴν γῆν ἐζήτεις
ἀπὸ τῆς μεταξὺ διαστήματος εἰς βραχὺ συνε-
σταλμένην, καὶ εἰ μὴ ὁ κολοσσὸς ἐμήνυ-
σέ σοι, τάχα ἂν ἄλλό τι φήσης ὁρᾶν, πῶς νῦν
καθάπερ Λυγκεύς τις ἄφνω γεγονὼς, ἅπαν-
τα διαγινώσκεις τὰ ὑπὸ γῆς, τοὺς ἀνθρώπους,
τὰ θηρία, μικροῦ δεῖν, καὶ τὴν ἐμπίδων νεοτ-
τιάν; ΜΕΝ. εὖ με ἀπέμιμνας. ὃ γὰρ
μάλιστα ἐχρῆν εἰπεῖν, τοῦτο οὐκ οἶδ' ὅπως
παρέλιπον. ἐπεὶ γὰρ αὐτίκα μὲν ἐγνώρισα τὴν
γῆν ἰδών, τὰ δ' ἄλλα οὐχ οἷός τε ἦν καθορᾶν
ἀπὸ τοῦ βάθους, ἅτε τῆς ὄψεως μηκέτι ἐφι-
κνουμένης, πάνυ μοι ἀπορία ἦν τὸ χρῆμα, καὶ πολ-
λὴν παρεῖχε τὴν ἀπορίαν. κατηφὴς δ' ὅλως
μοι, καὶ ὀλίγου δεῖν διακρυσόμενος, ἐφίσταταί
κατόπιν ὁ σοφὸς Ἐμπεδοκλῆς, αἰθρίας τῆς
ἰδεῖν, καὶ ἀστόλου πλέως, καὶ κατακεκονιμένος.
κἀγὼ μέν, ὡς εἶδον (εἰρήσεται γάρ) ἀπεπα-
ρεφλόμην, καί τινα σκιλληβόλον δαίμονα φήθην
ὁρᾶν. ὁ δὲ, Θάρρει, φησὶν, ὦ Μένιππε,

Οὔτις τοι θεός εἰμι· τί μ' ἀθανάτοισιν ἐΐσκεις;

ὁ Φυσικὸς ἐγώ εἰμι Ἐμπεδοκλῆς. ἐπεὶ γὰρ
εἰς τοὺς κρατῆρας ἐμαυτὸν φέρων ἐξεβαλόμην,
ὁ καπνός με ἀπὸ τῆς Αἴτνης ἁρπάσας,
δεῦρο ἀπήγαγε, καὶ νῦν ἐν τῇ σελήνῃ κατοι-
κῶ ἀεροβατῶν τὰ πολλὰ, καὶ σιτοῦμαι δρόσον. ἥκω δέ σοι
ἀπολύσων τῆς παρούσης ἀπορίας. ἀπορίᾳ γάρ σε, οἶμαι, καὶ τρέφει, ὃ
μὴ σαφῶς τὰ ὑπὸ γῆς ὁρᾷν. ἄγε ἐποίησας,
ἦ δ' ἐγὼ, βέλτιστε Ἐμπεδόκλεις. καὶ πάνυ
ἀθρόως πάχιστα κατεσκώφθην πάλιν εἰς τὴν Ἑλ-
λάδα, μεμνήσομαί σοι θύσειν τέ σοι ὑπὲρ τῆς
καταδοχῆς· καὶ ἂν ταῖς νουμηνίαις πρὸς
τὴν σελήνην τεῖς ἐγχανὼν προσδέχε-
σθαι. ἀλλά, μὰ τὸν Ἐνδυμίωνα, ἦ δ' ὅς,
οὐχὶ τοῦ μισθοῦ χάριν ἀφῖγμαι· πέπονθα
δέ τι τὴν ψυχήν, ἰδών σε λελυπημένον.
ἀπορεῖ οἶσθα ὅ, τι δράσας, ὀξυδερκὴς γενήσῃ;
μὰ Δί', ἦ δ' ἐγὼ, ἦ μὴ σύ μοι τὴν ἀ-
χλὺν πως ἀφέλῃς ἀπὸ τῶν ὀμμάτων. νῦν
γὰρ δὴ λημᾶν ἂν μετρίως δοκῶ. ἔστι μὲν οὖν
τι, ἦ δ' ὅς, ἐμοῦ δεήσῃ. τὸ γὰρ ὀξυδερκὲς, αὐτὸς
ἤδη γῆθεν ἥκεις ἔχων. τί οὖν τοῦτό ἐστιν; οὐ γὰρ
οἶδ', ἔφην· οὐκ οἶσθα, ἦ δ' ὅς, ἀετοῦ τὸ πτέρυγα
τὴν δεξιὰν ἐνειλημένος; ἴσμεν μάλα, ἦν δ' ἐγώ.

A Etenim quum paulo antè Menippe terram requireres, propter ingens in medio interuallum in arctum contractam, adeò vt nisi colossus tibi fecisset indicium, forsitan aliud quiddam videre te credidisses: quî repentè factus Lynceus, cuncta quæ sunt in terra, dignoscis, homines, feras, ac propemodum etiam culicum nidos? MENIP. Rectè tu quidem admones: nam quod maximè dictum oportuit, id nescio quomodo prætetij. Siquidem quum ipsam quidem terram conspectam agnoscerem, cæterùm reliqua non possem perspicere propter altitudinem, nimirum iam non pertingente
B oculorum acie, grauiter ea res me discruciabat, ac vehementer perplexum habebat. Ego quum ad hunc modum essem solicitus, ac propemodum etiam lacrymarer: adest à tergo sapiens ille Empedocles, ea specie, vt carbonarium quempiam esse diceres, cinere oppletus, atque exustus. Hunc ego quum vidissem (dicendum est enim) nonnihil perturbabar, ratus dæmonem aliquem lunarem videre me. At ille, Bono, inquit, es animo Menippe,

Nullum ego sum numen: quid me immortalibus æquas?

C Sum Empedocles ille physicus: etenim vbi me præcipitem in crateras iniecissem, fumus ab Ætna raptum huc subuexit. Itaque nunc lunam incolo, aëriuagus plerunque: ac rore victito. Adsum autem hæsitantiam istam tibi adempturus: nam illud (ni fallor) malè te habet, torquétque, quòd non liceat tibi perspicuè terram cernere. Bene abs te factum est, inquam, optime Empedocles: vbi primùm deuolaro rursus in Græciam, tui memor sacrificabo tibi in fumario: atque in Nouiluniis ter ad lunam inhians vota faciã.
D Imò per Endymionem, inquit ille, haud huc accessi præmij gratia, sed affectio quædam mouit animum meum, quum te viderem affectum molestia: verùm scis quid facies, quò perspicax fias? Non per Iouem, inquam, nisi tu mihi forsitan caliginem amoueas ab oculis: nam in præsentia videor nõ mediocriter lippire. Atqui me, inquit ille, nihil erit opus. Etenim vt acutè videas, id ipse tecum è terra allatum habes penes te. Quid igitur est istud? inquam, neque enim noui. An ignoras, inquit, te dextram aquilæ alam indutum esse? Scio, inquam, maximè,

ſed quid alæ cum oculo? Quoniam, A inquit, aquila inter animantia cætera acutiſſimi viſus eſt: vnde ſola Solem aduerſum obtuetur: atque ita demum eſt rex & ingenua aquila, ſi non conniuentibus oculis aduerſos radios aſpiciat. Ita quidem aiunt, inquam: quare iam me pœnitet, qui non meis exemptis oculis aquilinos inſeruerim, cùm huc aſcenderem. Nam nunc ſanè dimidiatus aduenio, neque omni ex parte ſatis regaliter adornatus, quin magis adſimilis videor nothis iſtis & abdicatis. Attamen in te eſt, inquit, vt protinus alterum oculum regalem habeas. Etenim ſi aſſurges, veliſque cohibita vulturis B ala, alteram ſolam mouere, iuxta proportionem alæ dextro oculo cernes acutè: quominus altero cæcutias, nulla ratione ſuccurri poteſt, propterea quòd ad partem pertineat deteriorem. Mihi, inquam, ſatis eſt ſi vel dextra ex parte aquilino more cernam. Nihilo enim fuerit deterius, cùm mihi non rarò vidiſſe videar fabros altero oculo meliùs etiam ad regulam exæquantes ligna. Hæc locutus, ſimul ea faciebam quæ præceperat Empedocles. Ille interim paulatim ſubducens ſeſe, ſenſim C in fumum euanuit. At ſimul atque mouiſſem alam, ingens lumen mihi circumfulſit, adeò vt cuncta fierent in conſpicuo, quæ hactenus latuerant. Deflexis igitur in terram oculis, clarè videbam & vrbes, & homines, & quæ fiebant: neque ſolùm ea quæ ſub dio, verumetiam quæ domi faciebant, rati ſeſe à nemine videri. Ptolemæum vidi cum ſorore rem habentem, Lyſimacho ſtruentem inſidias filium, Antiochum Seleuci filium, nouercæ Stratonicæ clanculum innuentem, Theſſalum Alexandrum ab vxore tolli è medio, Antigonum filij vxorem adulterio ſtuprantem, Attalo venenum porrigentem filium. Rurſum ex altera parte Arſacem interficientem mulierculam, & Arbacem eunuchum gladium educentem in Arſacem. Porrò Spartinus Medus è conuiuio foras protrahebatur à ſatellitibus, calice aureo in frontem impacto. Atque his fermè conſimilia tum in Libya, tum apud Scythas ac Thraces in regiis geri licebat cernere, nempe adulterantes, D

τί οὖν τῷ πτέρυγι καὶ ὀφθαλμῷ καινόν ἐστιν; ὅτι, ἦ δ' ὅς, τῶν ἄλλων ζώων ἀετὸς ὀξυωπέστατός ἐστιν ὥστε μόνος αἰτίον δέδορκε τὸν ἥλιον· καὶ τοῦτό ἐστιν ὁ βασιλεύς, καὶ γνήσιος ἀετός, ἢν ἀσπαραγμὸν πρὸς τὰς ἀκτῖνας βλέπῃ. φασὶ ταῦτα, ἦν δ' ἐγώ· καί μοι ἤδη μεταμέλει, ὅτι δεύτερος αἰών, ἀντὶ τῶν ὀφθαλμῶν τῶν ἀετῶν ἐνεθέμην, τοῖς ἐμοῖς ἐξελών, ὡς νῦν γε ἡμιτελὴς ἀφῖγμαι, καὶ οὐ πάντα βασιλικῶς ἐσκευασμένος· ἀλλ' ἔοικα τοῖς νόθοις ἐκείνοις, καὶ ἀποκηρύκτοις. καὶ μήν σοι, ἢν δ' ὅς, αὐτίκα μάλα τὸν ἕτερον ὀφθαλμὸν ἔχε βασιλικόν. ἦν γὰρ ἐθελήσῃς, μικρὸν αἴασας, ὑπισχνῶν τῷ γυπὸς πλευρῷ τὸ πτέρυγα, θατέρᾳ μὲν πτερύξασθαι, κατὰ λόγον τῆς πτέρυγος, τὸν δεξιὸν ὀφθαλμὸν ὀξυδερκῆ ἔσῃ· τὸν γὰρ ἕτερον, σχεδὸν μία μηχανὴ μὴ οὐκ ἀμβλύτερον διεδορκέναι, τῆς μελίδος ὕπτα τῆς χείρονος. ἅλις, ἦν δ' ἐγώ, εἰ καὶ ὁ δεξιὸς μόνος ἀετῶδες βλέποι. σχεδὸν γὰρ αὖ ἔλαττον ἡμῖν· ἐπεὶ καὶ τοὺς τέκτονας πολλάκις ἐωρακέναι μοι δοκῶ, θατέρῳ τῷ ὀφθαλμῷ, ἄμεινον πρὸς τοὺς κανόνας ἀποβλύνοντας τὰ ξύλα. Ταῦτα εἰπών, ἐπίοιεν ἅμα τὰ ὑπὸ τοῦ Ἐμπεδοκλέους πραγματευόμενα· ὁ δὲ, κατ' ὀλίγον ὑπανιών, ἐς καπνοῦ ῥέμα διελύετο· κἀγὼ πτερύξας τάχιστα ἐπήρυξάμην, αὐτίκα μοι φῶς πάμμεγα περιέλαμψε, καὶ τὰ πέριξ λανθάνοντα πάντα διεφαίνετο. κατακύψας γοῦν ἐς τὴν γῆν, ἑώρων σαφῶς τὰς πόλεις, τοὺς ἀνθρώπους, τὰ γιγνόμενα, καὶ ὅτι τὰ ἐν ὑπαίθρῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ ὅσα οἴκοι ἔπραττον, οἰόμενοι λανθάνειν. Πτολεμαῖον μὲν οὖν αἰσχύνοντα τὴν ἀδελφήν, Λυσιμάχῳ ὄντ', ἐπιβουλεύοντα, τὸν Σελεύκου δ' Ἀντίοχον Στρατονίκῃ δηλεύοντα λάθρᾳ τὴν μητρυιάν, τὸν δὲ Θετταλὸν Ἀλέξανδρον, ὑπὸ τῆς γυναικὸς αἰρεθούμενον, καὶ Ἀντίγονον, μοιχεύοντα τὴν γυναῖκα, καὶ Ἄτταλον τὸν υἱὸν εἰσιόντα φάρμακον. ἑτέρωθι δ' αὖ, Ἀρσάκην φονεύοντα θυμαίῳ, καὶ τὸν εὐνοῦχον Ἀρβάκην, ἕλκοντα ξίφος ἐπὶ τὸν Ἀρσάκην. Σπαρτῖνος δὲ ὁ Μῆδος, ἐκ τοῦ συμποσίου ἔξω τῶν ποδῶν, σκύφῳ χρυσῷ πρὸ ὀφρῶν κατπλησσόμενος. ὅμοια δὲ ταῦτα ἐν τῇ Λιβύῃ, καὶ παρὰ Σκύθαις, καὶ Θραξὶ γιγνόμενα ἐν τοῖς βασιλείοις ἦν ἰδεῖν, μοιχεύοντας, φονεύοντας,

φονεύοντας, ὑποβουλεύοντας, ἁρπάζοντας, ὑπορκοῦντας, δεδοικότας, ὑπὸ τῶν οἰκειοτάτων προδιδομένους. καὶ τὰ μὲν τῶν βασιλέων τοιαῦτα παρέχε μοι τὸν Δημοκρίτου· τὰ δὲ τῶν ἰδιωτῶν, πολὺ γελοιότερα. ἐγὼ γὰρ αὖ καὶ ἐκείνους ἑώρων, Ἑρμόδωρον μὲν τὸν Ἐπικούρειον, χιλίων ἕνεκα δραχμῶν, ὑπορκοῦντα, τὸν Στωϊκὸν δὲ Ἀγαθοκλέα, τοὺς μισθῶν παρ' μαθητῶν δικαζόμενον, Κλεινίδην δὲ τὸν ῥήτορα, ἐκ τοῦ Ἀσκληπείου, φιάλην ὑφαιρούμενον, τὸν δὲ Κυνικὸν Ἡρόφιλον, ἐν τῷ καμαρωτῷ καθεύδοντα. τί γὰρ αὖ τοὺς ἄλλους λέγοιμι, τοὺς τοιχωρυχοῦντας, τοὺς δικαζομένους, τοὺς δανείζοντας, τοὺς ἀπαιτοῦντας; ὅλως γὰρ, ποικίλη καὶ πάνυ ποδαπὴ τις ἦν ἡ θέα. ΕΤΑΙ. καὶ μὴν καὶ ταῦτα, ὦ Μένιππε, καλῶς εἶχε λέγειν. ἔοικε γὰρ οὐ πάνυ τυχοῦσάν σε παρεχέσθαι. ΜΕ. πάντα μὲν ἑξῆς διελθεῖν, ὦ φίλτατε, ἀδύνατον, ὅπου γε καὶ ὁρᾶν αὐτὰ ἔργον δυσχερὲς ἦν. τὰ μέντοι κεφάλαια τῶν πραγμάτων, τοιαῦτα ἐφαίνετο, οἷα φησὶν Ὅμηρος τὰ ἐπὶ τῆς ἀσπίδος· οὗ μὲν γὰρ ἦσαν εἰλαπίναι, καὶ γάμοι, ἐτέρωθι δέ, δικαστήρια, καὶ ἐκκλησίαι, καθ' ἕτερον δὲ μέρος, ἔξω τις· ἐν γειτόνων δέ, πυθῶν ἄλλος ἐφαίνετο, καὶ ὅτε μὲν ἐς τὴν Γετικὴν ἀποβλέψαιμι, πολεμοῦντας ἂν ἑώρων τοὺς Γέτας· ὅτε δὲ μεταβαίνω ἐπὶ τοὺς Σκύθας, πλαισιουμένους ἐπὶ τῶν ἁμαξῶν ἂν ἰδεῖν. μικρὸν δὲ ἐπικλίνας τὸν ὀφθαλμὸν ἐπὶ θάτερα, τοὺς Αἰγυπτίους γεωργοῦντας ἐπέβλεπον. καὶ ὁ Φοῖνιξ δὲ ἐπορθύετο, καὶ ὁ Κίλιξ ἐλῄστευε, καὶ ὁ Λάκων ἐμαστιγοῦτο, καὶ ὁ Ἀθηναῖος ἐδικάζετο. ἀπὸ πάντων τούτων ὑπὸ τὸν αὐτὸν γινομένων χρόνον, ὥρα σοι ἤδη ἐπινοῆσαι ὁποῖός τις ὁ χυκεὼν οὗτος ἐφαίνετο. ὡς ὅταν αὖ εἴ τις ὠδοιπορηκὼς πολλοὺς χορεύοντας, μᾶλλον δὲ πολλοὺς χορούς, ἔπειτα παράξειε τὸν ἀοιδὸν ἑκάστῳ τῶν θεάτρων ἅμα τὴν ὠδὴν ἀφέντα, ἴδιον ἄδειν μέλος. φιλοτιμουμένου δὲ ἑκάστου, καὶ ὃ ἴδιον πορεύοντος, καὶ τὸν πλησίον ὑπερβαλέσθαι τῇ μεγαλοφωνίᾳ προθυμουμένου, ἅμα σὺν μηχανῇ παρὰ Διὸς οἷα χρῆναι αὖ ἡ ᾠδή. ΕΤΑΙ. πάνυ πάσαν, ὦ Μένιππε, παγγέλοιος, καὶ πεπραγμένη. ΜΕΝ. καὶ μὴν, ὦ ἑταῖρε, τοιοῦτοί πάντες εἰσὶν οἱ ὅσοι γῆς χορεύουσι,

A occidentes, insidiantes, rapientes, peierantes, trepidantes, nonnullos ab intimis amicis prodi. Ac regum quidem negotia huiusmodi mihi spectaculum exhibebant. Cæterùm quæ factitabant plebei, longè magis erant ridicula. Siquidem inter hos videbam Hermodorum Epicureum ob mille nummûm peierantem, Agathoclem Stoicum de mercede discipulum in ius vocantem, Cliniam rhetorem ex Æsculapij fano phialam auream suffurantem, Herophilum Cynicum in fornice dormientem. Quid enim alios commemorem, qui parietes perfoderent, qui lites agitabant, qui fœnerabant, qui re- B poscerent? Nam varium quoddam & vndique mixtum erat spectaculum. AMI. Atqui rectè facies Menippe, si ista quoque retuleris. Consentaneum est enim te ex his non vulgarem cepisse voluptatem. MENIP. Ne fieri quidem potest, amice, vt cuncta ordine recenseam, quum spectare modò ista fuerit difficillimum: verùm rerum fastigia eiusmodi fermè videbantur, qualia refert Homerus in clypeo, vbi erant conuiuia, nuptiæque, altera ex parte iudicia, & conciones: rursum alia ex parte sacrificabat C quispiam, in proximo verò conspiciebatur aliquis luctum agens. Porrò quum ad Geticam respicerem, videbam belligerantes Getas. Rursum vbi ad Scythas deflecterem, cernere erat errantes in plaustris. Mox vbi paululum in diuersam partem deflexissem oculum, spectabam agricolantes Ægyptios: Phœnix scortabatur, Cilix latrocinabatur, Lacon loris cædebatur, Atheniensis causas agebat. Hæc omnia quum eodem tempore gererentur, cogita nunc cuiusmodi visa fuerit rerum confusio. Non aliter quàm si quis producat multos saltatores, vel potiùs multas choreas: deinde præcipiat vt omisso concentu propriam quisque cantionem canat. Deinde si certatim canat vnusquisque, & peculiarem suum cãtum absoluere studeat, vocisque magnitudine vicinum superare contendat; cogita tecum per Iouem, cuiusmodi futurus sit eiusmodi cantus. AMIC. Modis omnibus Menippe ridiculus ac confusaneus. MEN. Atqui, Amice, hoc genus sunt omnes qui in terris choreas agunt,

Plebeiorũ res ac studia.

Gentium vitia & proprietates.

D

omniſque mortalium vita ex huiuſmodi conſtat diſcrepantia: quippe qui non modò ſonēt abſona, verùm & ornatu ſint diſſimili, diuerſáque moueant, neque quicquam idem cogitent, donec choragus omnes è ſcena exigat, negans diutiùs choreas ducere oportere. Id vbi factum eſt, iam omnes ſunt inter ſe ſimiles, taciti, nec ampliùs confuſam illam & incompoſitam canentes cantionem. Verùm in vario ipſo ac multiformi theatro videlicet ridicula erant quę gerebantur omnia: præcipuè verò mihi riſum mouebant ij qui de agrorum finibus contendebant, quíque ſibi placerent hoc nomine, quòd Sicyonium agrum colerent: aut quòd Marathonis eam partem haberent, quæ eſt iuxta Oenoën, aut quòd in Acarnania iugerûm mille poſſiderent: cùm vniuerſa Græcia, quemadmodum id temporis mihi è ſublimi deſpicienti videbatur, quatuor digitorum ſpatium habere videretur. Attica, niſi fallor, pro portione minima pars erat. Itaque perſpexi quid eſſet reliquum quod diuitibus iſtis animos tolleret. Etenim is qui inter hos quamplurimum agri poſſidebat, vix vnam ex Epicureis atomis colere mihi videbatur. Cæterùm vbi ad Peloponneſum flexiſſem oculos, deinde terram Cynoſuræ ſubiectam aſpexiſſem, veniebat in mentem, pro quantula regione, quæ nihilo eſſet latior lente Ægyptia, tam ingens Argiuorum ac Lacedæmoniorum multitudo cecidiſſet vno die. Porrò ſi quem conſpexiſſem auro ſuperbientem, quòd annulos haberet octo, phialas quatuor, magnopere ridebam & hunc. Nam Pangæum vniuerſum vnà cum ipſis metallis, vix erat magnitudine micæ. AMIC. O te felicem Menippe, qui tam nouum ſpectaris ſpectaculum. Sed age dic mihi per Iouem, ciuitates, atque homines ipſi, quanti videbantur ex alto contemplanti? MENIP. Equidem arbitror te ſæpenumero formicarum concionem vidiſſe, aliquas in orbem obambulantes, nonnullas exeuntes, rurſum has in ciuitatem redeuntes. Atque hæc quidem fimum exportat, hæc alicunde raptam fabæ tunicam, aut dimidiatum frumenti granum currens apportat. Conſentaneum eſt autem pro ratione vitæ formicarum, eſſe apud illas & ædium fabros, & concionatores, & magiſtratus, & muſicos, & philoſophos.

A κἀκ τοιαύτης ἀναρμοςίας, ὁ τῶν ἀνθρώπων βίος συντέτακται, οὐ μόνον ἀπῳδὰ φθεγγομένων, ἀλλὰ καὶ ἀσυμφώνα τὰ σχήματα, καὶ πανταχῆ κινουμένων, καὶ ταυτὸν οὐδὲν ὑποτοιούντων, ἄχρις ἂν αὐτοῖς ἅπασιν ὁ χορηγὸς ἀπελάσῃ τῆς σκηνῆς, οὐκ ἐπὶ δεῖσθαι λέγων. τοιοῦτον δὲ ὅμιλοι πάντες ἤδη σιωπῶντες, οὐκ ἐπὶ τῷ συμμιγῆ ἐκείνην, καὶ ἄτακτον ᾠδὴν ἀπᾴδοντες, ἀλλ' ἐν αὐτῷ γε ποικίλῳ καὶ πολυειδεῖ τῷ θεάτρῳ, πάντα μὲν γελοῖα διῆπτον ἐμοὶ τὰ γινόμενα. μάλιστα δὲ ἐπ' ἐκείνοις ἐπήει μοι B γελᾶν, τοῖς περὶ γῆς ὅρων ἐριζουσι, καὶ τῆς μέρα φρονοῦσιν ὁπότερα τῶν Σικυώνιον πεδίον γεωργεῖν, ἢ Μαραθῶνος ἔχειν τὰ περὶ τὴν Οἰνόην, ἢ Ἀκαρνᾶσι πλέθρα κεκτῆσθαι χίλια. τῆς γοῦν Ἑλλάδος ὅλης, ὡς τότε μοι ἐφαίνετο, δακτύλων οὔσης ὃ μέγιστος τεσσάρων, κατὰ λόγον, οἶμαι, ἡ Ἀττικὴ πολλοστημόριον ἦν. ὥστε ἐσκόπουν ἐφ' ὁπόσῳ τοῖς πλουσίοις τούτοις μέγα φρονεῖν κατελείπετο. σχεδὸν γὰρ ὁ πολυπλεθέστατος αὐτῶν, μίαν τῶν Ἐπικουρείων ἀτόμων ἐδόκει μοι γεωργεῖν. ἀποβλέψας δὲ καὶ ἐς τὴν Πελοπόννησον, εἶτα τὴν Κυνοσουρίαν γῆν ἰδών, ἀνεμνήσθην περὶ ὅσου χωρίου, κατ' ὀλίγον φακοῦ Αἰγυπτίου πλατύτερον, πολλοὶ ἔπεσον Ἀργείων τε Λακεδαιμονίων μιᾶς ἡμέρας. καὶ μήν εἴ τινα ἴδοιμι ὑπὲρ χρυσῷ μέγα φρονοῦντα, ὅτι δακτυλίους τε εἶχεν ὀκτὼ, καὶ φιάλας τέτταρας, πάνυ καὶ ὑπὲρ πάντων αὖ ἐγέλων. ὃ γὰρ Πάγγαιον ὅλον, αὐτοῖς μετάλλοις καταγέλαστον ἦν ὃ μέγεθος. ΕΤΑΙ. ὦ μακάριε Μένιππε, τῆς παραδόξου θέας. αἱ δὲ δὴ πόλεις, πρὸς Διός, καὶ οἱ ἄνδρες αὐτοὶ, πηλίκοι διεφαίνοντο ἄνω; ΜΕ. οἶμαί σε πολλάκις ἤδη μυρμήκων ἀγορὰν ἑωρακέναι, τοὺς μὲν, εἰλουμένους, τοὺς δ' ἐξιόντας, ἑτέρους δὲ, ἐπανιόντας αὖθις εἰς τὴν πόλιν· καὶ ὁ μὲν τις, τὸ κόπρειον ἐκφέρει, ὁ δὲ, ἁρπάσας ποθὲν ἢ κυάμου λέπος, ἢ πυροῦ ἡμίπυρον, δεῦρο φέρων. εἰκὸς δὲ εἶναι παρ' αὐτοῖς κατὰ λόγον τὸν μυρμήκων βίου, καὶ οἰκοδόμους τινὰς, καὶ δημηγορικοὺς, καὶ τορυτάρεις, καὶ μουσικοὺς, καὶ φιλοσόφους.

πλλὼ αἴγε πόλεις αὐτοῖς αὐδράσι τοῖς μυρ- A
μηκίαις μάλιστα ἐφικέσθαι. εἰ δέ σοι δοκεῖ μικρὸν τὸ παράδειγμα, ὅτι αὐθρώπους εἰκάσαι τῇ μυρμήκων πολιτείᾳ, τοῖς παλαιοῖς μύθοις ὑπίσχεσθαι τὴν Θετταλῶν. εὑρήσεις γὰρ τοὺς Μυρμιδόνας, τὸ μαχιμώτατον φῦλον, ἐκ μυρμήκων ἄνδρας γεγονότας. ὅπερ δ' οὖν πάντα ἱκανῶς ἐωρακὼς ἤδη, καὶ κατεγέλασά μου, διαπτύσας ἐμαυτὸν, ἀνεπτόμην

Δώματ' ἐς αἰγιόχοιο Διὸς μετὰ δαίμονας ἄλλους.

ὅπως τάχιστα ἀπεληλύθειν, ἡ μὲν Σελήνη, γυναικείαν φωνὴν προϊεμένη, Μένιππε, φησὶν, οὕτως ὄναιο, διακόνησαί μοί τι πρὸς τὸν Δία. λέγοις ἄν, ἦν δ' ἐγὼ, ἅπαν γὰρ ἑτοῖμον, ἢν μή τι φέρειν δέῃ. Πρεσβεῖαν, ἔφη, πικρὰν μὲν, καὶ πολλὴν, καὶ δεινὰ ἀπειλήσειν πρὸς ἐμοῦ τοῦ Διός. ἀπείρηκα γὰρ, ὦ Μένιππε, πολλὰ καὶ δεινὰ πρὸς τῶν φιλοσόφων ἀκούουσα, οἷς οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν ἔργον, ἢ πάμπολυπραγμονεῖν, τίς εἰμι, καὶ πηλίκη, ἢ καὶ δι' ἣν τινα αἰτίαν δίχηνος ἀμφίκυρτος γίγνομαι. καὶ οἱ μὲν, κατοικεῖάζειν με φασὶν οἱ δὲ, κατόπτρου δίκην ὑπικρέμασθαι τῇ θαλάττῃ οἱ δὲ, ὅ, τι ἂν ἕκαστος ὑπονοήσῃ, τοῦτό μοι προσάπτουσι. τὰ πελυτταῖα δὲ, καὶ ὃ φῶς αὐτὸ, κλοπιμαῖόν τε, καὶ νόθον εἶναί φασί μοι, αἰωρεῖσθαι δὲ πρὸ τοῦ ἡλίου, καὶ ὑπ' αὐτοῦ ἐλαύνεσθαι, καὶ πρὸς τοῦτον μεταδέλφον ὄντα μου, συνιέναι, καὶ στασιάζειν προαιρούμενον. ὑπὲρ γὰρ ἐμοῦ αὐτοῖς, ἃ πρὸς αὐτὸν εἰρήκασι τοῦ ἡλίου, λίθον αὐτὸν εἶναι, καὶ μύδρον διάπυρον. καίτοι πόσα ἐγὼ συνεπίσταμαι αὐτοῖς, ἃ πρόπαλαι τὴν νυκτὸς, αἰσχρὰ, καὶ κατάπτυστα, οἱ μὲν ἡμέρας σκυθρωποὶ, καὶ αὐθρώδεις τὸ βλέμμα, καὶ τὸ σχῆμα σεμνοὶ, καὶ ὑπὸ τῶν ἰδιωτῶν ἀποβλεπόμενοι; B
κἀγὼ μὲν ταῦτα ὁρῶσα, ὅμως σιωπῶ. οὐ γὰρ ἠξίουν πρέπειν ἀποκαλύπτειν, καὶ διαφωτίσαι τὰς νυκτερινὰς ἐκείνας διατριβὰς, καὶ τὸν ὅπως τῆς σκηνῆς ἑκάστου βίον. ἐμὲ δὲ κἄν τινα ἴδω αὐτῶν μοιχεύοντα, ἢ κλέπτοντα, ἢ ἄλλό τι τολμῶντα νυκτερινώτατον, θᾶττον ὑπιασαμένη τὸ νέφος, ἐπεκαλυψάμην, ἵνα μὴ δείξω τοῖς πολλοῖς γεγραμμένους ἄνδρας, βαθεῖ πώγωνι καὶ ἀρετῇ σεσημειωμένους. οἱ δὲ, τοῦτό μοι αἰτιῶνται, διαπαιόντες με τῷ λόγῳ, καὶ πάντα τρόπον ὑβρίζοντες· ὥστε, νὴ τὸν Νύκτα, C

Sed vrbes sanè cum ipsis viris, formicarum nidis maximè videbantur assimiles. Quòd si tibi videtur humilius exemplum, viros cum formicarum republica conferre, vetustas Thessalorum fabulas spectat. Reperies enim Myrmidonas, gentem bellicosissimam, è formicis viros natos esse. Iam posteaquam satis spectassem omnia, satisque risissem, excussi meipsum, subuolaui

Ad reliquos dinos, Iouis altitonantis in ædes.

Nondum stadium attigeram, cùm Luna, fœminea sonans voce, Menippe, inquit, ita tibi contingant quę optas: inserui mihi in re quapiam apud Iouem. Dic, inquam: neque enim erit molestum, nisi siquid oneris sit portandum. Nuntium, inquit, quendam haud grauem, ac petitionem meo nomine Ioui perferes. Enecor, Menippe, & multa & intoleranda ab istis philosophis audiens, quibus præterea nihil est negotii, nisi vt curiosi res meas exquirant, quæ sim, quanta sim, & quam ob caussam dissecer, dimidiatáque fiam, cúrque vtrinque gibbosa videar. Tum hi me dicunt inhabitari: illi speculi ritu supra mare suspensam esse. Alii rursus quod quisque secum excogitarint, hoc mihi tribuunt. Postremò ipsum quoque lumen aiunt mihi & furtiuum esse, & adulterinum, quódque supernè à Sole proficiscatur: neque finem faciunt, etiam cum hoc qui mihi frater est, committere me, & factionem inter nos serere conantes: neque satis erat illis quæ de ipso dixerunt Sole, saxum esse illum, & massam candentem. Et tamen quàm multarum rerum illis sum conscia, quas noctu patrant turpissimas & execrandas, cùm interdiu tetrici sint, & aspectu virili, habitúque graues, & imperitorum oculos in se conlectos habentes! Atque ego cùm ista videam, sileo tamen. Neque enim decorum arbitror, retegere atque in lucem efferre nocturnas illas diatribas, & quam quisque in operto viuat vitam. Quinetiam si quem conspicerem adulterantem, aut furantem, aut aliud facinus quammaximè nocturnum audentem: continuò contracta nube tegebam, ne vulgo ostenderem viros senes ea gerentes, quæ neque barbæ prolixæ, neque virtutis professioni essent decora. At istis pro nihilo est oratione me discerpere, modisque omnibus contumelia afficere, adeò vt (testis est mihi Nox ipsa)

fæpius in animo habuerim, quàm poſſem hinc longiſſimè demigrare quopiam, vbi liceret curioſam iſtorum linguam effugere. Hæc igitur memineris vt Ioui renuncies: ſimúlque illud addas, ne fieri quidem poſſe vt hoc in loco durem, niſi phyſicos illos comminuat: dialecticis os occludat: Stoam demoliatur: Academiam exurat: quæ in Peripato habentur diatribis finem imponat. Siquidem ad hunc deniq; modũ fiet, vt mihi paretur quies, deſinántque me quotidie commetiri. Fient, inquam, quæ mandas: ſimúlque rectà ad ipſum cœlum tendebam,

Nulli vbi cõparẽt hominúmve boúmue labores.

Etenim paulo pòſt ipſa etiam Luna mihi perpuſilla videbatur è ſublimi. Tandem & terrã obtexerat. Porrò relicto ad dextram ſole, per ipſas volans ſtellas, tertio die ad cœlum perueni. Ac primùm quidem mihi viſum eſt, protinus ita vt eram introire: ratus facilè fieri poſſe vt fallerẽ, quippe dimidia mei parte aquila: porrò aquilam ſciebam iam olim eſſe Ioui familiarem. Pòſt apud me perpendebam, illos quamprimum deprehenſuros eſſe me, qui alteram alam vulturinam indutus eſſem. Quapropter optimum factu ratus, non temere venire in periculum, adiens pulſaui fores. At Mercurius audito pulſu, ac nomen percontatus meum, feſtinatò abiit, Ioui renunciaturus. Nec multo pòſt intrò ſum accerſitus, magnopere pauitans ac tremens. Offendóque Deos omneis pariter cõſidentes, nec hos abſque ſolicitudine. Nonnihil enim animos illorum turbabat nouus & inopinatus aduentus meus. Et quantum antea nunquam, expectabant futurum vt mortales omnes mox aduenirent ad eundem modum alati. Porrò Iupiter admodum terribili vultu toruóque & Titanico me obtuens, inquit:

Quiſnam es, & vnde venis? vbínã vrbs tibi, quive parentes? Hoc vbi audiſſem, propemodum metu ſum exanimatus. Attamen conſtiti ſtupidus, præque vocis magnitudine attonitus. Aliquanto pòſt ad me reuerſus, omnia dilucidè expoſui, ab ipſo exorſus capite, quemadmodum concupiſſem ſublimia illa cognoſcere: quemadmodum acceſſiſſem ad philoſophos: quemadmodum pugnantia loquentes audiſſem: quemadmodum deſperaſſem diſtractus illorum dictis: deinde meum inuentum, tum alas, reliquáque omnia, vſque ad ipſum cœlum.

πολλάκις ἐβουλευσάμην μετοικῆσαι ὅτι πορρωτάτω, ἵν' αὐτῷ τῷ θείῳ καὶ γλωττοτόρῳ διέφυγον. μέμνησο οὖν ταῦτά γε ἀπαγγεῖλαι τῷ Διί, καὶ προσθεῖναι ὡς ὅτι μὴ δυνατόν ἐστί μοι ἔτι χώραν μόνην, ἵν' μὴ τοὺς φυσικοὺς ἐκείνους ὑπατρίψῃ, καὶ τοὺς διαλεκτικοὺς ἀποφράξῃ, καὶ τὴν στοὰν καθαιρήσῃ, καὶ τὴν Ἀκαδημίαν καθαρλέξῃ, καὶ παύσῃ τὰς ἐν τῷ περιπάτῳ διατριβάς. οὕτω γὰρ ἂν εἰρηνίως ἄγοιμι, ὅσημέραι πρὸς αὐτῷ γιγνομένους. ἔφαν ταῦτα, ἵν' ἐγώ, καὶ ἅμα πρὸς τὸ αἴασσες ἔτεινον τὴν μὴν τὸ θεῖον,

Ἔνθα μ' ὅτε δοῶν, ὅτ' αἰθρῶν φαίνετο ἔργα.

μετ' ὀλίγον γὰρ ἡ σελήνη βραχεῖά μοι καθηγεμὼν ἦν, καὶ τὴν γῆν ἤδη ἀπεκρύπτε. λαβὼν δὲ τὸν ἥλιον ἐν δεξιᾷ, διὰ τῶν ἀστέρων πετόμενος, τελέως ἐπλησίασα τῷ θεσπεσίῳ· καὶ τὸ μὲν πρῶτον, ἐδόκει μοι, ὡς εἶχον αὐτὸς εἴσω παρεῖναι, ῥᾳδίως γὰρ ὤμην διαλαθεῖν, ἅτε ἐξ ἡμισείας ὢν ἀετός· τὸν δὲ ἀετὸν ἠπιστάμην ἐκ παλαιοῦ συνήθη τῷ Διί. ὕστερον δὲ ἐλογισάμην ὡς τάχιστα καταφορέσουσί με, γυπὸς τὴν ἑτέραν πτέρυγα προσεικάσαντα. ἄριστον γὰρ ἦν κρίνας ὃ μὴ προκινδυνεύειν, ἔκαιρον προσελθὼν τὴν θύραν. ὡς ἀκούσας δ' ὁ Ἑρμῆς, καὶ τὸν ὦμα σκιρτῶντος, ἀπῆει κἀπὶ ταυτὶ φράσων τῷ Διί, ἐγὼ μετ' ὀλίγον εἰσεκλήθην, πάνυ δεδιὼς, καὶ τρέμων, καταλαμβάνω τε πάντας ἅμα συνηθροισμένους, καὶ δὴ αὐτοὺς ἀφρόντιδας· ὡς ἐπαρθεὶς γὰρ ἡσυχῇ ὑπὸ τῶν προσδοκίαν μὲν τῆς ἐπιδημίας. καὶ ὅσον οὐδέπω πάντας αὐθρώπους ἀφίξεσθαι προσεδόκων, τὸν αὐτὸν τρόπον ἐπτερωμένους. ὁ δὲ Ζεὺς, μάλα φοβερῶς ὀρυμύ τε καὶ πτοιωτῶδες εἰς ἐμὲ ἀπιδών, φησὶ, Τίς, πόθεν εἶς ἀνδρῶν, πόθι τοι πόλις, ἠδὲ τοκῆες; ἐγὼ δὲ, ὡς τοῦτ' ἤκουσα, μικροῦ μὲν ὀξέθανον ὑπὸ τοῦ δείους, εἰρήκειν ὅμως ἀχανής, καὶ ὑπὸ τῆς μεγαλοφωνίας ἐμβεβροντημένος· χρόνῳ δ' ἐμαυτὸν ἀναλαβών, ἅπαντα διηγούμην σαφῶς, ἀρξάμενος, ὡς ὑπεθυμήσαμι τὰ μετέωρα εἰδέναι, ὡς ἔλθοιμι παρὰ τοὺς φιλοσόφους, ὡς παναπόρως λεγόντων ἀκούσαιμι, ὡς ἀπορρυείην διαπωμένους ὑπὸ τῶν λόγων, εἶτα ἐξῆς τὴν ὑπόνοιαν, καὶ τὰ πτερά, καὶ πᾶλλα πάντα, μέχρι πρὸς τὸν θεσπέσιον.

βτὶ πᾶσι δὲ τοῦτοις ἐπῆκα, τὰ ἐκτὸς τῆς σελήνης ἐπισταλίδια. μειδιάσας δ' οὖν ὁ Ζεὺς, ἢ μικρὸν ἐπῳρεὶς τὸ ὀφρύων, Τί αὖ λέγεις, φησὶν, Ὠτυ πέρι, ἢ Ἐφιάλτου, ὅπου ἢ Μένιππος ἐτόλμησεν ἐς τὸν οὐρανὸν ἀνελθεῖν; ἀλλὰ νεῦ μὲν βτὶ ξενίᾳ σε καλοδμεν, αὔριον δὲ, ἔφη, σὺν οἷς ἥκεις χρηματίσαντες, ἀποπέμψομεν, ἢ ἅμα ἐξαιρησάς, ἐβάδιζεν ἐς ὃ ἐπηκοώτατον τοῦ οὐρανοῦ. καιρὸς γὰρ ἦν βτὶ τὸ δίκας καθίζεσθαι· μεταξύ τε τοῦτον, ἀνέκρινέ με τοῦτο τὸν ἐν τῇ γῇ τοιουτῳ, τὰ τοιαῦτα μὲν ἤδη, πόσος νεῦ ὁ σῖτος ἐστὶν ὠνίος βτὶ τῆς Ἑλλάδος, καὶ εἰ σφόδρα ὑμᾶς ὁ χεῖμων καθίκετο, ἢ εἰ τὰ λάχανα δεῖται πλείονος ἐπομβρείας. μετὰ δὲ, ἦρώτα, εἴ τις ἐπιλείπεται τῶν ἀπὸ Φειδίου, καὶ δι' ἣν αἰτίαν ἐλλείπουσιν Ἀθηναῖοι τὰ Διάσια τοσούτων ἐτῶν, εἰ καὶ ὁ Ὀλύμπιον αὐτῶν βτιπλέσαι δέουσιν, καὶ εἰ συνειλήφασιν οἱ τὸν ἐν Δωδώνῃ νεὼν συλήσαντες. ἐπεὶ δὲ τοῦτων ἀπεχρησάμην, εἶπέ μοι Μένιππε, ἔφη, τοῦτο δὲ ἐμοῦ οἱ ἄνθρωποι τίνα γνώμην ἔχουσι; τίνα, ἔφην, διαφορὰν, ἢ πλὴν βιοτεχνίτην, βασιλέα σε καὶ τοῦτων θεῶν; παίζεις ἔχων, ἔφη. ὃ δὲ φιλοτέχνων αὐτῶν, ἀκριβῶς οἶδα, κἂν μὴ λέγῃς. ἐγὼ γάρ ποτε χρόνος, ὅτε ἐμαντὸν ἐδόκουν αὐτοῖς, καὶ ἰατρὸς, καὶ ποιητὴς ὅλως ἐγὼ, μεσταὶ δὲ Διὸς πᾶσαι μοι ἀγυιαὶ, πᾶσαι δ' ἀνθρώπων ἀγοραί. καὶ ἡ Δωδώνη τε, καὶ ἡ Πίσα λαμπρὰ ἦν, καὶ θεατοὶ πᾶσιν ἦσαν, ἐκτὸς δὲ τῆς καπνοῦ τῶν θυσιῶν, οὐδὲ ἀναβλέπειν μοι δυνατὸν· ἐξ οὗ δὲ ὁ Δελφοῖς μοι Ἀπόλλων ὁ μαντεῖον κατεστήσατο, ὁ Περγάμῳ δὲ ὁ ἰατρὸς ὁ Ἀσκληπιὸς, καὶ ὁ Βενδίδιον ἐγένετο ὁ Θρᾴκῃ, καὶ ὁ Ἀνουβείδων ὁ Αἰγύπτῳ, καὶ ὁ Ἀρτεμίσιον ὁ Ἐφέσῳ, ὅτι ταῦτα μοι ἄπαντες θεοῖσι, καὶ πανηγύρεις ἄγουσι, καὶ ἑκατόμβας πρίασθαι, ἐμὲ δὲ, ὥσπερ πρόβατον, ἰκανῶς τετιμηκέναι νομίζουσιν, οὐ δεῖ πέντε ὅλων ἐτῶν θύσαντι ὁ Ὀλυμπίᾳ. τοιγαροῦν ψυχροτέρους αὐ μου τοὺς βωμοὺς ἴδοις τῶν Πλάτωνος νόμων, ἢ τῶν Χρυσίππου συλλογισμῶν. τοιαῦτ' ἄττα διεξιόντες, ἀφικνούμεθα ἐς ὃ χωρίον, ἔνθα ἔδει αὐτὸν καθεζόμενον, ἀκροᾶσθαι τῶν εὐχῶν.

Post omnia addidi quæ Lunæ mandarat. Itaque ridens Iupiter, exporrectis aliquantum supercilijs, Quid dicas, inquit, de Oto & Ephialto, cùm ausus sit & Menippus in cœlum ascendere? At in præsentia quidem te ad hospitij consuetudinem inuitamus. Cras, inquit, super his quorum gratia huc aduenisti, dato responso dimittemus: simúlque cum dicto surgens, ibat ad eam cœli partem, vnde maximè omnia poterant exaudiri. iam enim tempus erat vt votis audiendis consideret. Atque interim inter eundum percontabatur me super his negotiis quæ essent in terra: ac primùm quidem illa: Quanti nunc vænit triticum in Græcia: Et, num superior hyems grauiter vos tetigit: Et, num holera egent imbre copiosiore. Sub hæc rogabat, numquis adhuc supereſſet è Phidiæ genere: Et quam ob causſam Athenienses tot annos Iouialia intermisissent: Et num in animo haberent Olympium suum absoluere: Et num essent comprehensi qui templum Dodonæum sacrilegio spoliassent. Ad ea cùm respondissem: Dic mihi (inquit) Menippe, de me verò quam habent homines opinionem? Quam, inquam, ô here, nisi maximè piam? nimirum omnium Deorum regem esse te. Ludis tu quidem, inquit. Cæterùm ego contemptionem illorum probè noui, etiamsi nihil fateare. Siquidem fuit olim tempus, cùm illis & vates esse viderer, & medicus. In summa, vnus eram omnia. Tum Iouis plenæ erant & viæ omnes, simul & mortalium conciones. Pisa ac Dodona splendidæ erant, ac conspiciendæ omnibus. Porrò præ fumo sacrorum nec attollere oculos mihi licebat. Verùm posteaquam Apollo apud Delphos constituit oraculum, Æsculapius medicinæ officinam Pergami, simul atque Bendidium natum est in Thracia, Anubis templum in Ægypto, Dianæ apud Ephesios: ad ista quidem concurrunt omnes, solennes conuentus celebrant, Hecatombas offerunt: mihi verò tanquam ætate defecto, abundè magnum honorem habuisse se putant, si solido quinquennio sacrificarint in Olympia. Proindo videas aras meas frigidiores, quàm sint vel Platonis leges, vel Chrysippi syllogismi. Huiusmodi quæpiam confabulati, in eum peruenimus locum, vbi confessurus erat ad exaudienda vota.

Erant autem ordine ſitæ feneſtræ, cuiuſmodi ſunt ora puteorum, habentes opercula: iuxta vnamquanque ſella poſita erat aurea. Itaque Iupiter cùm ad primam aſſediſſet, detracto operculo, præbuit ſeſe petentibus. Optabant autem ex omni vndique terra, diuerſa variáque. Nam ipſe quoque admotis pariter auribus ſimùl audiebam vota. Erant autem huiuſmodi: O Iupiter, contingat mihi regnum: O Iupiter, contingat cepas & allia mihi prouenire: O Iupiter, vtinam pater mihi breui moriatur. Rurſum alius aliquis dicit: Vtinam exiſtam hæres vxoris. Vtinam nemo reſciſcat me ſtruxiſſe inſidias fratri. Contingat mihi vincere litem, coronari Olympia. Porrò ex his qui nauigabant, hic optabat vt ſpiraret Boreas, ille, vt Notus. Agricola optabat pluuiam, contrà fullo Solem. At Iupiter audiens, & ſingula vota diligēter expendens, non omnibus pollicebatur,

Vota mortalium.

Verùm hoc conceſſit Saturnius, abnuit illud. Nam iuſta vota per os feneſtræ ſurſum admittebat, admiſſa ad dextram ſtatuens: rurſus iniqua remittebat irrita, flatu deorſum redigens, ne poſſint ad cœlum accedere. Super vno quodam voto videbam illum etiam ambigentem. Etenim cùm eſſent duo qui diuerſa peterent, æquales victimas pollicitantes, non inueniebat vtri potiùs annueret. Itaque iam Academicum illud illi accidebat, vt nihil ſtatuere poſſet: verùm exemplo Pyrrhonis ſuſpenſus hærebat etiam ac conſiderabat. Porrò quum iam ſatis vota proponentibus dediſſet operam, ad proximam digreſſus ſellam, & ad ſecundam feneſtram, prono capite fœdera ferientibus ac iurantibus dabat operam. Vbi his quoque reſponſum eſſet, ac Hermodorum Epicureum fulmine comminuiſſet, ad proximam deinde ſellam ſeſe tranſtulit, de diuinationibus omnibus & auguriis auditurus. Hinc ad ſacrificiorum feneſtram tranſiit, per quam fumus aſcendens, denunciabat Ioui nomen vniuſcuiuſque qui rem diuinam faceret. Rurſum omiſſis his, ventis & horis mandabat quæ facere deberent. Hodie apud Scythas pluito, apud Libyes fulgurato, apud Græcos ningito: At tu Borea, ſpira in Lydia: Tu Note quieſce: Zephyrus Adriani vndas concitet: Tum in Cappadociam grandinis mille modij diſpergantur.

A ϑυείδες ἦ ἦσαν ἐξῆς, τοῖς σομίοις τ φρεάτων ἐοικυῖαι, πώματα ἔχουσαι, καὶ πρὸ ἑκάστη θρόνος ἔκειτο χρυσοῦς. καθίσας οὖν ἑαυτὸν ὅπῃ τῆς σοφῆς ὁ Ζεύς, καὶ ἀφελὼν τὸ πῶμα, παρεῖχε τοῖς εὐχομένοις ἑαυτόν. ἠύχοντο δὲ πανταχόθεν τ γῆς διάφορα, καὶ ποικίλα. συμπαρῆκουε γὰρ καὶ αὐτὸς, ἐπήκουον ἅμα τῶν εὐχῶν ἕκαστα δὲ τοιάδε, Ὦ Ζεῦ, βασιλεῦσαί μοι γένοιτο· ὦ Ζεῦ, τὰ κρόμμυά μοι φῦναι, καὶ τὰ σκόροδα· ὦ Ζεῦ, τὸν πατέρα μοι ταχέως ἀποθανεῖν. ὁ δέ τις αὖ φαίη, εἴθε κληρονομήσαιμι γυναικὸς, εἴθε λάθοιμι ὑποβαλοῦσα τῷ ἀδελφῷ, B γένοιτό μοι νικῆσαι τὴν δίκην, στεφανῶσαι τὰ Ὀλύμπια. τῶν πλεόντων δέ, ὁ μὲν, Βορέαν ηὔχετο ὑπαντεῖσαι, ὁ δ', Νότον, ὁ δὲ γεωργὸς ὕειν ἔτος· ὁ δὲ κναφεὺς, ἥλιον. ἐπακούων δὲ ὁ Ζεὺς, καὶ τὴν εὐχὴν ἑκάστην ἀκριβῶς ἐξετάζων, τὰ μὲν ἐπῄνει. Ἀλλ' ἕτερον μὲν ἔδωκε πατὴρ, ἕτερον δ' ἀπένυσε. Τὰς μὲν γὰρ δικαίας τῶν εὐχῶν, παρεῖτο αὖθις ἀφεὶς τὸ σομίον, καὶ ὑπὲρ τὰ δεξιὰ κατετίθη φέρων, τὰς δὲ αἰσχίους, ἀ- C πράκτους αὖθις ἀπέπεμπεν ἀπὸ φυσῶν κάτω, ἵνα μηδὲ πλησίον γένοιντο τ οὐρανοῦ. ὑπὲρ μιᾶς δέ τινος εὐχῆς, καὶ ἀπορροῦντα αὐτὸν ἐθαυμάσαμεν. δύο γὰρ ἀνδρῶν πάνυ τὰ εὐχομένων, καὶ ἴσας θυσίας ὑπεσχημένων, οὐκ εἶχεν ὁποτέρῳ μᾶλλον ὑπανεύσειεν αὐτῷ· ὥστε δὴ τὸ Ἀκαδημαϊκὸν ἔκδηλον ἐποίησε, καὶ οὐδὲν τι ἀποφήνασθαι δυνατὸς ἦν, ἀλλ' ὥσπερ ὁ Πύρρων, ἐπεῖχεν ἔτι καὶ διεσκέπτετο. ἐπὶ δὲ ἱκανῶς ἐ- D χρημάτισε ταῖς εὐχαῖς, ὅτε τ ἐξῆς μεταβὰς θρόνον, τὴν δευτέραν θυείδα, καταχύσας, τοῖς ὄρκοις ἐφῆλε καὶ τοῖς ὀμνύουσι. χρηματίσας δὲ τούτοις, τὸν Ἐπικούρου Ἑρμόδωρον ὑπεῖδε, μετεκαθέζετο ὅπῃ τὸν ἐξῆς θρόνον, κληδόσι, καὶ φήμαις, καὶ οἰωνοῖς προσέξων. εἶτ' ἐκεῖθεν ὅπῃ τὸ τῶν θυσιῶν θυείδα μετῄει, δι' ἧς ὁ καπνὸς αἰεὶ, ἀπήγγελλε τῷ Διὶ τὸ θύοντος ἑκάστου τοὔνομα. ἀποφὰς δὲ πάντων, προσέταττε τοῖς ἀνέμοις, καὶ τ ὥρας, ἃ δεῖ ποιεῖν, Τὴν μὲν τῷ Σκύθαις ὕειν, παρὰ Λίβυσιν ἀστράπτειν, τοῖς Ἕλλησι φέρειν, σὺ δ' ὁ Βορέας, πνεῦσον ἐν Λυδίᾳ, σὺ δ' ὁ Νότος, ἡσυχίαν ἄγε, ὁ δὲ Ζέφυρος τ Ἀδρίου διαχωμιέτω, καὶ τὰ χαλάζης ὅσον μέδιμνοι χίλιοι διαχεέσθωσαν ὑπὲρ Καππαδοκίας.

ἁπάντων δὲ ἤδη σχεδὸν αὐτῷ διῳκημένων, ἀπῄειμεν ἐς τὸ συμπόσιον. δείπνου γὰρ ἤδη καιρὸς ἦν, καί με ὁ Ἑρμῆς παραλαβὼν, κατέκλινε παρὰ τὸν Πᾶνα, καὶ τοὺς Κορύβαντας, καὶ τὸν Ἄττιν, καὶ τὸν Σαβάζιον, τοὺς μετοίκους τούτους, καὶ ἀμφιβόλους θεούς. καὶ ἄρτον δὲ ἡ Δημήτηρ παρεῖχε, καὶ ὁ Διόνυσος οἶνον, καὶ ὁ Ἡρακλῆς κρέα, καὶ μύρτα ἡ Ἀφροδίτη, καὶ ὁ Ποσειδῶν μαινίδας. ἅμα δὲ καὶ τῆς ἀμβροσίας ἠρέμα καὶ τοῦ νέκταρος παρεγευόμην. ὁ γὰρ βέλτιστος Γανυμήδης, ὑπὸ φιλανθρωπίας, εἰ θεάσαιτο ἀποβλέποντά που τὸν Δία, κοτύλην ἂν ἢ καὶ δύο τοῦ νέκταρος ἐνέχει μοι φέρων· οἱ δὲ θεοὶ, ὡς Ὅμηρός που λέγει, καὶ αὐτὸς οἶμαι, καθάπερ ἐγὼ τἀκεῖ τεθεαμένος, οὔτε σῖτον ἔδουσιν, οὔτε πίνουσιν αἴθοπα οἶνον, ἀλλὰ τὴν ἀμβροσίαν παρατίθενται, καὶ τοῦ νέκταρος μεθύσκονται, μάλιστα δὲ ἥδονται, σιτούμενοι τὸν ἐκ τῶν θυσιῶν καπνὸν αὐτῇ κνίσῃ ἀνενηνεγμένον, καὶ τὸ αἷμα δὲ τῶν ἱερείων, ὃ τοῖς βωμοῖς οἱ θύοντες περιχέουσιν. ἐν δὲ τῷ δείπνῳ, ὅ, τε Ἀπόλλων ἐκιθάριζε, καὶ ὁ Σειληνὸς, κόρδακα ὠρχήσατο, καὶ αἱ Μοῦσαι ἀναστᾶσαι, τῆς τε Ἡσιόδου Θεογονίας ᾖσαν ἡμῖν, καὶ τὴν πρώτην ᾠδὴν τῶν ὕμνων τοῦ Πινδάρου. κἀπειδὴ κόρος ἦν, ἀνεπαυόμεθα ὡς εἶχεν ἕκαστος, ἱκανῶς ὑποβεβρεγμένοι·

Ἄλλοι μέν ῥα θεοί τε καὶ ἀνέρες ἱπποκορυσταὶ
Εὗδον παννύχιοι, ἐμὲ δ' οὐκ ἔχε νήδυμος [ὕπνος.

ἀνελογιζόμην γὰρ πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα, μᾶλλον δὲ ἐκεῖνα, πῶς ἐν τοσούτῳ χρόνῳ ὁ Ἀπόλλων οὐ φύει πώγωνα, ἢ πῶς γίνεται νὺξ ἐν οὐρανῷ, τοῦ ἡλίου παρόντος ἀεὶ, καὶ συνευωχουμένου. τότε μὲν οὖν μικρόν τι κατέδαρθον. ἕωθεν δὲ ἐξαναστὰς ὁ Ζεὺς, προσέταττε κηρύττειν ἐκκλησίαν· κἀπειδὴ παρῆσαν ἅπαντες, ἄρχεται λέγειν· Τὴν μὲν αἰτίαν τοῦ ξυναγαγεῖν ὑμᾶς, ὁ χθιζὸς οὗτος ξένος παρέσχηται· πάλαι δὲ βουλόμενος ὑμῖν κοινώσασθαι περὶ τῶν φιλοσόφων, μάλιστά γε ὑπὸ τῆς σελήνης, καὶ ὧν ἐκείνη μέμφεται προτραπεὶς, ἔγνων μηκέτ' ἐπὶ πλέον παρατεῖναι τὴν διάσκεψιν. γένος γάρ τι ἀνθρώπων ἐστὶν, οὐ πρὸ πολλοῦ τῷ βίῳ ἐπιπολάζον, ἀργὸν, φιλόνεικον, κενόδοξον, ὀξύχολον, ὑπόλιχνον, ὑπόμωρον,

Tandem omnibus fermè ordinatis, discedebamus in eum locum vbi compotant Dij. Iam enim cœnæ tempus erat: méque Mercurius arreptum iussit accumbere iuxta Panem & Corybantes, & Attin ac Sabazium, inquilinos istos & ancipites Deos. Interea panem exhibebat Ceres, Bacchus vinum, Hercules carnes, myrtum Venus, Neptunus mænides. Simul interim & ambrosiam & nectar furtim degustabam. Nam optimus ille Ganymedes, vt est hominum amans, si quando conspexisset Iouem auertere oculos, nectaris cyathum vnum, nonnunquam etiam duos mihi infundebat. Dij verò, quemadmodum alicubi dixit Homerus, & ipse opinôr, vt ego illic conspicatus, neque frumentum edunt, neque potant nigrantia vina: verùm ambrosiam apponunt, & nectare inebriantur: præcipuè verò gaudent vesci sacrificiorum fumo, vnà cum ipso nidore subuolante: ad hæc sanguine victimarum, quem sacrificantes aris infundunt. Cæterùm inter cœnandum & Apollo cithara canebat, & Silenus cordacem saltabat, & Musæ surgentes in medium, tum Hesiodi Theogonias nobis canebant, tum primam ex Pindaricis hymnis odam: deinde omnium saturi requieuimus quo quisque sederamus loco, satis vuidi potu:

At reliqui noctem diuíque hominésque per omnem
Dormibant, me nequaquam sopor altus habebat.

verùm mecum animo versabam cùm alia permulta, tum illa præcipuè, quî fieret vt Apollini tanto iam tempore non prouenirer barba, aut quo pacto nasceretur nox in cœlo, quum Sol semper adesset, vnáque conuiuium agitaret. Ac tum quidem pusillum obdormij: mane verò surgens Iupiter, iussit indici concionem. mox cùm adessent omnes, sic farier infit: Vti vos conuocarem, in caussa fuit hospes hic, qui heri aduenit. Verùm quum alioqui iam olim mihi fuerit animus communicare vobiscum de philosophis, maximéque verò à luna, hisque de quibus illa queritur, commotus, statui haudquaquam diutiùs prorogare consultationem. Est enim hominum genus, quod non ita pridem in vita fluitare cœpit, iners, contentiosum, gloriæ auidum, iracundum, gulæ studiosum, stultum,

Contra philosophos.

faſtuoſum, contumelioſum, &, vt verbis Homericis dicam, *Telluris inutile pondus.* Iſti igitur in ſectas diuiſi, ac variis rationum labyrinthis excogitatis, alij ſeſe Stoicos appellant, Academicos alij, alij Epicureos, alij Peripateticos, aliis item vocabulis his multo magis ridiculis. Deinde vbi venerandum illud virtutis nomen induerint, tum adductis in altum ſuperciliis, promiſſáque barba, fucato ambitu obambulant, deteſtandos mores ſecum circumferentes, ſimillimi nimirum iſtis Tragœdiarum hiſtrionibus, quibus ſi perſonas ſtolámque illam auro ſparſam detraxeris, quod ſupereſt, id ridiculum eſt, nempe homunculus ſeptem denariis ad agonem conductus. Atqui huiuſmodi cùm ſint, mortales quidem vniuerſos aſpernantur, de diis verò abſurda prædicant, contractiſque cœtibus adoleſcentulorum (quos nihil negotij ſit fallere) nobilem illam virtutem oſtentant, & verborum ambiguitates docent, atque apud diſcipulos temperantiam ſemper ac moleſtiam laudant, opes ac voluptatem execrantur. Cæterùm vbi ſoli & apud ſeſe eſſe cœperint, quid attinet dicere quantopere ſeſe ingurgitent, quàm immodici ſint ad venerem, quemadmodum autem etiam aſſium ſordes oblingant? Iam illud eſt omnium grauiſſimum, quòd cùm ipſi nihil agant, neque publicum, neque priuatum, ſed inutiles ac ſuperuacanei deſideant: *Nuſquam in conſiliis, nuſquam numerentur in armis:* tamen reliquos accuſant, ac virulenta quædam dicta congerentes, neque non maledicta quædam meditati, obiurgant, proximíſque conuitiantur, adeò vt is inter hos primas tenere videatur, qui clamoſiſſimus ſit, & impudentiſſimus, & ad maledicendum audaciſſimus. At ſanè ſi quis iſtum ſine fine iſta facientem, vociferantem, & cæteros incuſantem percontetur ad hunc modum: Tu verò quid tandem facis? aut, quid per deos dicemus te ad vitam conferre? nimirum reſpondebit, ſi modò recta veráque fateri volet, hoc modo: Nauigare quidem, aut agros colere, aut militare, aut artem aliquam aggredi, ſuperuacáneum mihi videtur: cæterùm clamo, ſqualeo, frigida lauo, incalceatus per hyemẽ obambulo: ac veluti Momus ille, quæ ab aliis geruntur, calumnior: ac ſi quis diuitum ſumptuoſiùs obſonarit,

τετυφωμένον, ὑὸρέως καὶ ἀπλέων, ἓ ἵνα καὶ
Ὁμηρειότερον εἴπω, ἐτώσιον ἄχθος ἀρούρης. οὗτοι
δέ εἰς συστήματα διαιρεθέντες, ἓ διαφόροις
λόγων λαβυρίνθοις διανοηθέντες, οἱ μὲν
Στωϊκοὺς ὠνόμακασιν, οἱ δ', Ακαδημαϊκούς,
οἱ δ', Επικουρείους, οἱ δ', Περιπατητικούς, ἓ ἄλ-
λα πολλῷ γελοιότερα τούτων. ἔπειτα δὲ, ὄνο-
μα σεμνὸν τὴν ἀρετὴν περιθέμενοι, καὶ τὰς
ὀφρῦς ἐπαείραντες, ἓ πώγωνας διαπασσάμε-
νοι, περιέρχονται διπλάσιον φρόνημα, κατά-
πτυστα ἤδη παρεξέλκοντες, ἐοικότες μάλιστα
τοῖς τραγικοῖς ἐκείνοις ὑποκριταῖς, ὧν ἢν ἀφέ-
λῃς τὰ πρόσωπεῖα, ἓ τὸ χρυσόπαστον ἐκείνην
στολήν, ὃ καταλιπόμενόν ἐστι γελοῖον, ἄνθρω-
πιον ἑπτὰ δραχμῶν ἐς τὸν ἀγῶνα μεμισθω-
μένον. τοιοῦτοί εἰσιν ὄντες, ἀνθρώπων μὲν ἀπόντων
καταφρονοῦσι, περὶ θεῶν δὲ, ἀλλόκοτα διεξέρ-
χονται, καὶ σεμνάζοντες δύσκολα πάντα μειρά-
κια, τὴν τε πολυθρύλλητον ἀρετὴν τραγῳ-
δοῦσι, ἓ τοὺς τῶν λόγων ἀπορίας ἐκδιδάσκουσι.
ἓ πρὸς μὲν τοὺς μαθητὰς, καρτερίας ἀεὶ καὶ
σωφροσύνης ἐπαινοῦσι, ἓ πλούτου καὶ ἡδονῆς
καταβύουσι, μόνοι δὲ ἓ καθ' ἑαυτοὺς ἡγούμενοι,
πρὸς λέγοι τις ὅσα μὲν ἐαδίοισιν, ὅσα δὲ ἀ-
φροδισιάζουσιν, ὅπως δὲ ὠφελείησι τὸ ὀβο-
λὸν τὸν ῥύπον; ὃ δὲ πάντων δεινότατον, ὅτι
μηδὲν αὐτοὶ μήτε κοινὸν, μήτε ἴδιον διατε-
λοῦντες, ἀλλ' ἀχρεῖοι ἓ περιττοὶ καθιζῶντες.
Οὔτε ποτ' ἐν πολέμῳ ἐναρίθμιοι, οὔτ' ἐν
βουλῇ, ὅμως τῶν ἄλλων κατηγοροῦσι, καὶ λό-
γους τινὰς πικροὺς συμφορήσαντες, καὶ λοιδο-
ρίας τινὰς ἐκμεμελετηκότες, διατρίβουσι, καὶ
λοιδοροῦσι τοῖς πλησίον. καὶ τοῦτ' αὐτῶν τὸ
σῶμα φέρειν δοκεῖ, ὡς αὐ μεγαλοφωνότα-
τός τε ἦν, ἓ ἰταμώτατος, καὶ πρὸς τὰς βλασφη-
μίας θρασύτατος. καίτοι τὸν ἁλατευόμενον
αὐτῶν, καὶ βοῶντα, καὶ κατηγοροῦντα τῶν ἄλλων,
ἢν ἔρῃ, Σὺ δὴ τί πράττων τυγχάνεις; ἢ τί φοῖ-
βῳ πρὸς θεῶν σε πρὸς τὸν βίον συντελεῖ; φαίη
ἄν, εἰ τὰ δίκαια καὶ ἀληθῆ θέλοι λέγειν, ὅτι πλεῖ
μέν, ἢ γεωργεῖ, ἢ στρατεύεσθαι, ἢ τινα τέχνην
μετέρχεσθαι, περιττὸν εἶναί μοι δοκεῖ· κέκραγα δὲ,
καὶ αὐχμῶ, ἓ ψυχρολουτῶ, καὶ ἀνυπόδετος τὸν
χειμῶνος περιέρχομαι· καὶ, ὥσπερ ὁ Μῶμος, τὰ
ὑπὸ τῶν ἄλλων γινόμενα συκοφαντῶ· καὶ εἴ
μέν τις ὠφώνησε τῶν πλουσίων πολυτελῶς,

ἢ ἑταίραν ἔχῃ, τοῦτο πολυπραγμονῶ, καὶ ἀγανακτῶ. εἰ δὲ τῶν φίλων τις, ἢ ἑταίρων, κατάκειται νοσῶν, ὑπηρεσίας τε καὶ θεραπείας δεόμενος, ἀγνοῶ. τοιαῦτα μὲν ὄντα ἡμῖν, ὦ θεοί, ταῦτα τὰ πρέμματα. οἱ δὲ δὴ Ἐπικούρειοι αὐτῶν λεγόμενοι, μάλα δὴ καὶ ὑβρισταί εἰσι, καὶ οὐ μετρίως ἡμῶν καθάπτονται, μήτε ὑπιμελεῖσθαι τῶν ἀνθρωπίνων λέγοντες τοὺς θεούς, μήτε ὅλως τὰ γιγνόμενα ὑπισχνεῖν, ὥστε οὐδὲ ὑμῖν λογίζεσθαι, ὅτῳ τρόπῳ ἅπαξ ἅπαντες πεισθῶμεν τὸν βίον διωκῆσαι; οὐ μετρίως πείσητε. τίς γὰρ ἂν ἔτι θύσειεν ὑμῖν, πλέον οὐδὲν ἐξ ὧν προσδοκῶν; ἃ μὲν γὰρ ἡ Σελήνη αἰτιᾶται, πάντες ἀκηκόατε τοῦ ξένου χθὲς διηγουμένου. περὶ ταῦτα βουλεύεσθε ἃ καὶ τοῖς ἀνθρώποις ἥκοιτ' ἂν ὠφελιμώτατα, καὶ ὑμῖν ἀσφαλέστατα. εἰπόντος ταῦτα τοῦ Διός, ἡ ἐκκλησία διετρύλλητο· καὶ βοὴ ἐξῆν ἅπαντες, κεραυνώσον, καταφλέξον, ὑπότεινον, εἰς Βάραθρον, εἰς τὸν Τάρταρον, ὡς τοὺς Γίγαντας. ἡσυχίαν δὲ ὁ Ζεὺς αὖθις παρεκελεύσατο, ἔσεσθαι ταῦτα ὡς βούλεσθε, ἔφη, καὶ πάντες ὑπείξονται αὐτῇ διαλεκτικῇ· πλὴν τόγε νῦν ἔτι, ἃ δέμις κατασθῆναί τινα, ἱερομηνία γάρ ἐστιν, ὡς ἴστε, μηνῶν τούτων τεττάρων, καὶ ἤδη πλὴν ὀλίγων ἐκεχείρηται ἐπιτελεῖσθαι. ἐς τέσσαρα οὖν ἐκχωροῦντος τοῦ χρόνου, κακοὶ κακῶς ἀπολεῖσθαι τῷ σμερδαλέῳ κεραυνῷ.

Η, καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων.

περὶ δὲ Μενίππου, ταῦτα, ἔφη, μοι δοκεῖ, πεισαιρεθέντα αὐτὸν τὰ περὶ, ἵνα μὴ καὶ αὖθις ἔλθῃ ποτὲ, κατὰ τὸν Ἑρμοῦ ἐς πλὴν γλῶ κατηνεχθὲν αὖ τὴμερον. καὶ ὁ μέν, ταῦτα εἰπών, ἀπέλυσε τὸν σύλλογον. ἐμὲ δὲ ὁ Κυλλήνιος τῷ δεξιῷ ὦτος ἀπορεμάσας, περὶ ἑσπέραν ἔνδον κατέθηκε, φέρων ἐς τὸν Κεραμεικόν.

Aut amicam habeat: id exquiro, atque indignor. Quòd si amicorum quispiam aut sodalium morbo decumbat, curáque & obsequio egeat, id ignoro. Hoc genus sunt nobis, ô dij, hæ pecudes. Iam verò qui ex his vocantur Epicurei, vehementer sunt etiam contumelioſi, neque mediocriter nos mordent, affirmantes neque diis esse curæ res mortalium, neque omnino considerari à nobis quid apud illos agatur. Quas ob res tempus est vt de his consultemus: propterea quòd si semel valeant hęc persuadere iis qui sunt in vita, non mediocriter esurietis. Quis enim pòst vobis rem diuinam faciat, cùm nihil inde expectet emolumenti? Nam de quibus Luna hos accusat, omnes audistis heri narrantem hospitem. Super his consultate, quæ pariter & hominibus sint quàm vtilissima, & nobis quàm minimè periculosa. Hæc locuto Ioue, frequens affremebat concio· mox clamatum est ab omnibus: effulmina, exure, comminue, in barathrum, in tartarum, vti Gigantes. At Iupiter rursum indicto silentio, Fient ista, inquit, quemadmodum vultis. Omnes comminuentur cum ipsa sua dialectica. Quanquam in præsentia sanè fas non est punire quenquã. Est enim hieromenia, sicuti nostis, quatuor hos menses: iámque inducias promulgaui. Itaque proximo anno ineunte vere mali malè perdentur formidando fulmine:

Sic ait, atque supercilijs pater annuit atris.

Porrò de Menippo hæc mihi videntur, inquit,, vt ademptis illi alis, nequando denuo redeat, à Mercurio deferatur hodie in terram. Hæc locutus dimisit cœtum. Me verò Cyllenius dextra aure suspensum, heri circiter vesperam deposuit in Ceramico. Audisti omnia: omnia inquam amice, quæ è cœlo mecum affero. Quare abeo iam eadem hæc renunciaturus philosophis in Pœcila inambulantibus.

Ἀπόρρητα ἀκήκοας, ἄπορρητα, ὦ ἑταῖρε, τὰ ἐξ ὑπάτου. ἄπειμι πίνων καὶ τοῖς ἐν τῇ Ποικίλῃ περιπατοῦσι τῶν φιλοσόφων, αὐτὰ ταῦτα διαγελιούμενος.

ΔΙΣ ΚΑΤΗΓΟΡΟΥΜΕΝΟΣ, Ἢ ΔΙΚΑΣΤΗΡΙΑ.

BIS ACCVSATVS, seu FORA.

Iacobo Micyllo interprete.

ARGVMENTVM.

Et hic dialogus maxima ex parte contra philoſophos, idque nominatim etiam, inſtitutus eſt. Introducit enim iudicio inter ſe contendentes, Primò, Academiam & ebrietatem pro Polemone philoſopho, actione fugæ, quòd is cùm antea per omnem ætatem ebrietati ac crapulæ deditus fuiſſet, audito fortè quodam Xenocrate, ſubitò relictis priore vita ac habitu, ad frugem redierit, ac philoſophari cœperit. Secundò, Stoam & voluptatem pro Dionyſio Heraclienſi, iniuriarum: quoniam hic ab initio Stoicam profeſſionem ſecutus, mox cùm morbo quodam correptus, ἀπαθίαν iſtam quam Stoici docent, cum corpore ac valetudinis affectione pugnare videret, eamque præſtare non poſſet, ad Epicureos defecerat. Tertiò, mollitiem & virtutem pro Ariſtippo, conſimili actione. Nam & hic cùm ab initio Socratis auditor & virtutis ſectator extitiſſet, poſtea, voluptatem vt finem bonorum aſſerere cœpit. Quartò, menſarium Diogeni Cynico actionem fugæ intendentem, quoniam hic cùm à principio quæſtum patris ſecutus, pro menſario ſeſe geſſiſſet, poſtea cùm ob adulteratam monetam ſolum vertere coactus fuiſſet, Athenas venit, & philoſophiam ſectari cœpit. Quintò, pictoriam artem, Pyrrhonem vt deſertorem accuſantem, quòd ab initio pictor fuerat, poſtea autem relicta ea arte ad philoſophiam ſeſe contulerat. Videtur autem velle Lucianus oſtendere & quàm ipſi homines abiecti ac viles, quidam autem etiam perditi per ſe fuerint, qui apud alios de virtute ac ſummis rebus philoſophari, & foris ſapientiæ titulo gloriari ſoliti ſint: & quàm à malis, interdum etiam turpibus principiis & cauſis, ad tantarum rerum profeſſionem proſiluerint, cùm alium videlicet ex ebrio ſubitò Academicum factum, alium ex impoſtore Cynicum, alium autem etiam ex propria affectione bonorum finem & virtutis naturam æſtimaſſe oſtendit. Poſtremò autem & ſeipſum à Rhetorica & à Dialogo reum fieri fingit: ab illa, quòd ea à qua plurimùm adiutus & nobilitatus fuerat, deſerta, ad Dialogum tranſierit: ab hoc autem, quòd veterem eius characterem & modum egreſſus, iocoſa & comica argumenta, contra vetus Platonis exemplum, tractare cœperit. Quo iterum videtur & ſtudiorum ſuorum & inſtituti rationem quandam exponere voluiſſe, & pariter illis reſpondere quoque, qui ob ſcribendi genus, & dictionis nouitatem, ipſum fortaſſis nonnihil corripuerant, quemadmodum & ſuprà in Prometheo fecit. Ab exordio autem longam querelam Iouis de curis & officiis deorum præmittit, qua occaſionem inſtituto dramati quærit, & quaſi quandam viam ad futuram actionem ſternit. Deinde & alteram Iuſtitiæ, quæ ſe in terras iterum à Ioue, ad præſidendum iudiciis videlicet, demitti grauatur. Vbi in genere quoque philoſophorum initia ſiue creationes, & contentioſas atque clamoſas diſputationes perſequitur, adhibita ad hoc Panos perſona, vtpote liberioris dei, & ipſam rem, vt eſt, παρρησιαστικὴν etiam narrantis. Titulus alter ab eo qui bis, hoc eſt, à Rhetorica, & à Dialogo, accuſatur, ſumptus eſt: alter, à toto argumento.

Iupiter, Mercurius, Iuſtitia, Pan, Athenienſis, Alius, & Alius, Academia, Stoa, Epicurus, Virtus, Mollities, Diogenes, Rhetorice, Syrus, Dialogus.

IVPITER. AT malè pereant, quicunque philoſophorum apud ſolos deos felicitatem eſſe dicunt. Quòd ſi igitur noſſent quàm multa nos hominũ cauſſa patiamur, haudquaquam nos ob nectar aut ambroſiam beatos prædicarent; Homero videlicet credentes, homini cæco, & præſtigiatori, beatos vocitanti nos, & ea quæ in cœlis geruntur, exponenti: cùm ipſe ne illa quidem quæ in terris fiunt, aſpicere potuerit. Iam primùm certè Sol quidem hic iuncto curru totam diem cœlũ circumuagatur, indutus igne, & reſplendens radiis, ne tantum quidem ocij habens, quantum ad ſcalpẽdam aurem, ceu dici ſolet, ſufficiat.

SOL.

Λλ' ὅπτειδεν ὁπόσοι τῶν φιλοσόφων τοῖς μόνοις τὴν εὐδαιμονίαν φασὶν εἶναι τοῖς θεοῖς. εἰ γοῦν ἤδεσθε ὁπόσα τῶν ἀνθρώπων ἕνεκα πάσχομεν, οὐκ ἂν ἡμᾶς τῆς νέκταρος, ἢ τῆς ἀμβροσίας ἐμακάριζον. Ομήρῳ πιστεύοντες ἀνδρὶ τυφλῷ, καὶ γόητι, μάκαρας καλοῦντι ἡμᾶς, καὶ τὰ ἐν οὐρανῷ διηγουμένῳ, ὃς οὐδὲ τὰ ἐν τῇ γῇ καθορᾶν ἐδυνήθη. αὐτίκα γέ τοι ὁ μὲν ἥλιος οὑτοσὶ ζυξάμενος τὸ ἅρμα, πυρὶ μὲν τὸν οὐρανὸν ὅλον περιπολεῖ, πῦρ δὲ δεδυκὼς, καὶ τῶν ἀκτίνων ἀποσβέσας, οὐδ' ὅσον χρήσασθαι τοῖς, φασι, σχολὴν ἄγων.

ἰὼ γὰρ τι καὶ ὀλίγον ὑπερῤῥαγυμένας λάθῃ, ἀφιππάζονται οἱ ἵπποι, καὶ τῆς ὁδοῦ ὡς ἕκαστα πρόωθροι, κατέφλεξαν τὰ πρόσω. ἡ σελήνη δὲ, ἄγρυπνος καὶ αὐτὴ περιέρχεται, φαίνουσα τοῖς κωμάζουσι, καὶ τοῖς ἀωρεὶ ἀπὸ τῶν δείπνων ἐπανιοῦσιν. ὁ Ἀπόλλων τε αὖ, πολυπράγμονα τινὰ τέχνην ἐπανειλήφως, ὀλίγου δεῖν τὰ ὦτα ἐκκεκώφηται πρὸς τῶν εἰσχλούντων καὶ χρείαν τοῦ μαντικῆς. καὶ ἄρτι μὲν, αὐτοῦ ἐν Δελφοῖς ἀναγκαῖον ἦν), μετ' ὀλίγον δὲ, εἰς Κολοφῶνα ᾔει, κἀκεῖθεν, εἰς Ξάνθον μεταβαίνει, καὶ δρομαῖος αὖθις εἰς τὴν Κλάρον, εἶτα εἰς Δῆλον, ἢ εἰς Βραγχίδας, καὶ ὅλως, ἔνθα αὖ ἡ προμαντις πιοῦσα τοῦ ἱεροῦ νάματος, καὶ μασησαμένη τῆς δάφνης, καὶ τὸν τρίποδα ἀφοσταμένη, κελεύῃ πρῆναι, ἄοκνον χρὴ αὐτίκα μάλα παρεστάναι σπουδαίως ἔνια τοῖς χρησμοῖς, ἢ οἴχεσθαι τὴν δόξαν τῆς τέχνης. ἐγὼ γὰρ λέγειν ὑπόσα ὑπὲρ πείρας τῆς μαντικῆς ἐπιτηδεύονται αὐτῷ, ἀφρεία κρέα καὶ χελώνας ἐς ὃ αὐτὸ ἕψοντες· ὥστε εἰ μὴ τὴν ῥῖνα ὀξεῖαν ἔχων, καὶ ἀπῆλθεν αὐτοῦ ὁ Λυδὸς καταγελάσας. ὁ μὲν γὰρ Ἀσκληπιὸς, ὑπὸ τῶν νοσούντων ἐνοχλούμενος, ὀρῇ τε δυσκόλως, θηρᾶταί τε ἀκλεῶς, ἐπ' ἀλλοτρίοις τε συμφοραῖς, ἰδίας καρποῦται λύπας. τί γὰρ δεῖ, εἰ τοὺς ἀνέμους Φυσπυργοῦντας λέγοιμι, καὶ ἐπιπέμποντας τὰ πλοῖα, καὶ τοῖς λικμῶσιν ἐπιπνέοντας; ἢ τὸν ὕπνον ὑπὸ πολλῶν πεπόμφθαι, ἢ τὸν ὄνειρον μετὰ τοῦ ὕπνου ἐπανυκτερεύειν, καὶ ὑποφητεύοντα αὐτῷ; πολλὰ γὰρ ταῦτα ὑπὸ φιλανθρωπίας οἱ θεοὶ ποιοῦσι, καὶ πρὸς τὸν ὑπὲρ τῆς γῆς βίον ἑκάστοις συντελοῦσι. καίτοι τὰ μὲν τῶν ἄλλων, μέτεια· ἐγὼ δὲ αὐτὸς ὁ πολλῶν βασιλεὺς, ὁ πατὴρ, ὅσας μὲν ἀνδρίας ἀνέχομαι, ὅσα δὲ πράγματα ἔχω πρὸς τοσαύτας φροντίδας διηρημένος; ὧ πρῶτα μὲν τὰ τῶν ἄλλων θεῶν ἔργα ὑποσκοπεῖν ἀναγκαῖον, ἐπόσοι τι ἡμῖν συνδιαπράττοιεν τῆς ἀρχῆς, ὡς μὴ ῥᾳθυμοῖμεν ἐπ' αὐτοῖς· ἔπειτα δὲ καὶ αὐτῷ μυρία ἄττα πρακτέα, καὶ ταχὺν ἀνέφικτα ὑπὸ λεπτότητος. ὑπὲρ γὰρ μόνον τὰ καθό-

A Nam si vel paululum cessauerit insciens, arreptis habenis equi, & à via transuersè cũtes, omnia miscere incẽdiis solent. Luna autem insomnis & ipsa circumit, lumẽ exhibens iis qui nocturnis comessationibus atque lasciuiis indulgẽt, quique præter tempus à cœnis domũ redeunt. Rursus autem & Apollo negotiosam quandã artem professus, parum abest quin totis obsurdescat auribus, tanta illi multitudine quotidie obstrepente, atque oracula efflagitante. Ac nunc quidem in Delphis illi esse necesse est, paulo autem pòst Colophonem currendo petit. Inde & Xanthum transit, & cursu postea in Clarum abit, deinde verò etiam in Delum, vel ad Branchidas. Et in summa, vbicunque sacerdos oraculorum interpres, postquam de sacro latice biberit, & laurũ commanderit, ac tripodem impulerit, adesse iuber, impigrum ac strenuũ quamprimum assistere necesse est, connectentem oracula; vel intercidere artis huius gloriam sibi pati. Nolo enim dicere quàm multa, experiendæ artis, & probãdorum vaticiniorum causſa, insidiosè quidam contra ipsum machinantur, dum carnes agninas testudinésque vno & eodem vase coctas illi apponunt: vt nisi nasum acrem & acutum haberet, abiisset eo etiam deriso Lydus ille. Nam Æsculapius quidẽ, cùm ab ægrotantibus quotidie vexetur, & tuetur graue, & tractat iniucunda, alieniſque ex malis proprias sibi contrahit molestias. Quid enim Ventos dicã plantas fouẽtes, & promouentes nauigia, iisque qui frumenta ventilant, ac paleas secernũt, aspirantes? Aut Somnum, ad omnes volantẽ? aut etiam Insomnium vnà cum Somno pernoctãs, ac veluti interpretem quendã illius se gerens? Omnia enim hæc humanitate ac beneuolentia quadã erga mortales dij operantur, & ad vitam in terris agendam singulis contribuunt. Ac cæterorum quidem negotia adhuc mediocria: Ego verò ipse, omnium ille rex ac pater, quàm multas molestias sustineo? quàm multa autem negotia habeo, tot ac tantis curis distractus? Cui principiò quidem necesse est cæterorum deorum opera inspicere, quicunque aliquid commune in administrando imperio nobiscum agunt, ne desides sint, & ad res obeundas torpescant: deinde verò seorsim ac per me ipsum innumerabilia quædam peragere, eáque quæ propè incomprehensibilia & inaccessa sint præ tenuitate sua. Non enim solùm generali-

Luna.

Apollo.

Alludit ad ea quæ de Cræso scribit Herodotus lib. 1.

Æsculapius.

Venti. Somnus, & Insomnia.

Iupiter.

bus illis adminiſtrationibus, pluuiis vide- A licet, grādinibus, ventis & fulguribus adminiſtratis, ceu curarum parte ſubleuato quieſcere mihi licet, ſed oportet me & hæc quidem facere, & præterea autem aſpicere eodem tempore in omnes partes, omniáque contemplari, non ſecus atque illum in Nemea bubulcum, furantes, peierantes, ſacrificantes, ſi quis libauit, vnde nidor ac fumus aſcendat, quiſnam ægrotans aut nauigans inuocarit, & quod omnium acerbiſſimum eſt, vno eodémque tempore in Olympia Hecatombæ adeſſe, in Babylone belligerantes intueri, in Getis grandinare, & in Æthiopibus conuiuari. Et tamen querelas B ac reprehenſionem ne ſic quidē euitare facile eſt, ſed ſępenumero dij quidē cæteri *Atque hominum populus, cauda criſtatus equina*, dormiunt totam per noctem: Me verò Iouē videlicet placidus ſopor haud te net vnquam. Nam ſicubi vel paululum nictauerimus, verus illico Epicurus iſte eſt, qui nulla nos prouidentia, ea quæ in terris gerūtur, proſpicere affirmat. Atq; adeò periculum hoc haudquaquam contemnendum, ſi homines ei hæc credent, ſed ſine coronis quidē templa nobis ſtabunt, ſine nidore autem plateæ, ſine libamentis cratēres, frigidæq; paſſim aræ. Et C in sūma, ſine ſacrificiis ac victimis omnia, multaq; fames futura. Proinde veluti nauiū gubernatores, ſublimis ſolus in puppi ſtare ſoleo, clauum tenens manibus: atq; alii quidem qui in naui vehuntur, inebriantur ſcilicet, & ſi fors ita ferat, etiā dormiunt: ego verò inſomnis atque ieiunus pro omnibus illis cura exerceor, & ſolicitus ſum mente animóque, ſolo eo nomine honoratus, quòd omnium dominus eſſe videor. Quare lubens equidē interrogarim philoſophos iſtos qui ſolos Deos beatos prędicant, quando tandem & nectari vacare nos & ambroſiæ putarēt, in- D numerabilibus adeò implicatos negotiis. Ecce enim præ cōtinuis occupationibus quàm multas cōtrouerſias intus repoſitas iam olim ſeruamus, ſitu adeò atq; araneis iam propè corruptas, præcipuéque eas quas ſcientiæ atque artes aduerſus homines quoſdā habent, admodum antiquas illarum nonnullas. Illi verò vociferantur vndique, & indignantur, ac iuſtitiam inclamant, méque ob tarditatem accuſant & pigritiam: neſcii videlicet quòd haudquaquā negligentia aliqua, iudicia vltra diē extrahi atque differri hæc contingit,

λαγα ταῦτα τῆς δίκης πέρι, ὑετοὺς, καὶ χαλάζας, καὶ πυρπόλους, καὶ ἀστραπὰς αὐτὸς οἰκονομήσαμενος, καὶ διαπέμψας, πέπαυμαι τῶν ὑπὲρ μέρους Φεγγιτίδων ἀπηλλαγμένος. ἀλλά μοι δεῖ καὶ ταῦτα μοὶ ποιεῖν, ἀποβλέπειν δὲ καὶ τὸν αὐτὸν χρόνον ἀπάντα χόρτα, καὶ πάντα ὑπισχνεῖσθαι, ὥσπερ τοὶ ἐν τῇ Νεμέᾳ βουκόλοι, τοὺς κλέπτοντας, τοὺς ἐπιορκοῦντας, τοὺς θύοντας, εἴ τις ἔασεν, πόθεν ἡ κνίσσα καὶ ὁ καπνὸς ἀέρχεται, τίς νοσῶν ἢ πλέων εὐχάλεσε· καὶ ὃ πάντων ὑπερπονώτατον, ὑφ' ἕνα καιρὸν ἐν τε Ολυμπίᾳ τῇ ἑκατόμβῃ πάρεναι, καὶ ἐν Βαβυλῶνι τοὺς πολεμοῦντας ὑπισχνεῖσθαι, καὶ ἐν Γέταις χαλάζαι, καὶ ἐν Αἰθίοψι βιωχεῖσθαι. ὃ δὲ μεμψίμοιρον, οὐδὲ ἕως νῦν ἀναφυγεῖν ῥᾴδιον, ἀλλὰ πολλάκις, οἱ μὲν ἄλλοι θεοί τε, καὶ ἀνέρες ἱππιοκορυσταί, εὕδουσι παντὶ χρόνῳ· ἐμὲ δὲ οὐκ ἔχει ὕπνος. εἰ γάρ που καὶ μικρὸν ὑπονυστάξομεν, ἀληθὴς οὗτος ὁ Ἐπίκουρος, ἀπρονοήτους ἡμᾶς ἀποφαίνων τῶν ὑπὲρ γῆς πραγμάτων· καὶ ὁ κίνδυνος οὐκ εὐκαταφρόνητος, εἰ ταῦτα οἱ ἄνθρωποι πιστεύσουσιν αὐτῷ, ἀλλ' ἀστέφανοι μὲν ἡμῖν οἱ ναοὶ ἔσονται, ἀκρίατοι δὲ αἱ ἀγυιαί, ἄσπονδοι δ' οἱ κρατῆρες, ψυχροὶ δὲ οἱ βωμοί· καὶ ὅλως, ἄθυτα, καὶ ἀκαλλιέρητα, καὶ ὁ λιμὸς πολὺς ἐπιγρᾴσκων, ὥσπερ οἱ κυβερνῆται, ὑψηλὸς μόνος ὄπισθε τῆς πρύμνης ἕστηκα, ὃ παλάλιοι ἔχων ἐν ταῖν χερσῖν· καὶ οἱ μὲν ἄλλοι ὑπνοῦσι, μεθύουσι, καὶ εἰ τύχοι, ἐγκαθεύδουσιν· ἐγὼ δὲ, ἄγρυπνος καὶ ἄσιτος ὑπὲρ ἀπάντων μερμηρίζω καὶ φρένα, καὶ καὶ θυμὸν, μόνῳ τῷ δεσπότῃ τῶν ὅλων δοκεῖν τετιμημένος. ὥστε ἡδέως ἂν ἐροίμην τοὺς φιλοσόφους, οἱ μόνους φασὶ θεοὺς εὐδαιμονίζουσι, πότε καὶ σχολάζειν ἡμᾶς τῷ νέκταρι καὶ τῇ ἀμβροσίᾳ νομίζουσι, μυρία ὅσα ἔχοντας πράγματα. ἰδοὺ γοῦν ὑπὲρ ἀχολίας, τοσαύτας ἐώλους δίκας φυλάττομεν ἀπρεπεμένας, ὑπὸ δίρατος ἤδη, καὶ ἀραχνίων διεφθαρμένας· καὶ μάλιστα ὁπόσαι τῆς ὑπερημένης καὶ τέχνης πρὸς αἱ θεῶν τινὰς συνεστᾶσι, πάνυ παλαιὰς οὐσίας αὐτῶν. οἱ δὲ, κεκράγασιν ἀπάντων ἔχθει, καὶ ἀγανακτοῦσι, καὶ τὴν δίκην ὑπονοοῦσιν, κἀμὲ τὸν βραδυτῆτος αἰτιῶνται, ἀγνοοῦντες ὡς οὐκ ὀλιγωρία τὰς κρίσεις ὑπερημένης συνέβη γίνεσθαι, ἀλλὰ

ἀλλὰ τοῦ τῆς εὐδαιμονίας, ἣ συνέξαι ἡμᾶς ἐπολεμιωτάτοις· τοῦτο γὰρ τὴν ἀσχολίαν καλοῦσι. ΕΡ. καίτοι, ὦ Ζεῦ, πολλὰ τοιαῦτα ἀκούων δυσχεραινόντων, λέγειν σοὶ οὐκ ἐτόλμων. ἐπεὶ δὲ σὺ πρῶτος τούτων τοὺς λόγους ἐνέβαλες, καὶ δὴ λέγω. πάνυ ἀγανακτοῦσιν, ὦ πάτερ, καὶ φερτὰ ἀζίοισι, καὶ ἐς τὸ φανερὸν μὲν οὐ πολλοῦσι λέγειν, ἐπιτονθορύζοισι δὲ συνηκκυφότες, αἰτιώμενοι τὸν χρόνον· οἷς ἔδοξε πάλαι τὰ καθ' αὐτοὺς εἰδόσιν, ἑκάστῳ τῶν ἀδικουμένων. ΖΕ. τί οὖν, ὦ Ερμῆ, δοκεῖ; προτίθεμεν αὐτοῖς ἀγορὰν δικῶν, ἢ φῶμεν εἰς ὕστερα προθεσμεῖσθαι; ΕΡ. ὕστερον, ἀλλὰ ἤδη προτιθῶμεν. ΖΕ. οὕτω ποιῶμεν. σὺ μὲν κήρυττε καταπάλαιος, ὅτι ἀγορὰ δικῶν ἔσται καὶ τάδε, πρῶτος ὁπόσοι τὰς γραφὰς ἀπειλήφασιν, ἥκειν τήμερον εἰς Ἄρειον πάγον, ἐκεῖ δὲ τὴν μὲν δίκην ἀποπληρωσόντων τὰ δικαστήρια καὶ τὸν λόγον τῶν τιμημάτων, ἐξ ἀπόντων Ἀθηναίων. εἰ δέ τις ἀδίκου οἴοιτο μεγάλῃ τὴν χρῆσιν, ἐξῆναι ἐφέντι ἐπ' ἐμέ, δικάζεσθαι ἐξυπηρέτης, ὡς εἰ μηδὲν πρόσθεν ἐδεδίκαστο. σὺ δέ, ὦ θύγατερ, καθεζομένη πρὸς τὰς σεμνὰς θεὰς, ἀποκλῆρου τὰς δίκας, καὶ ὑπακούσῃ τοὺς δικάζοντας. ΔΙ. αὖθις ἐς τὴν γῆν; ἵν' ἐξελαυνομένη πρός τινος ἀνθρώπου δραπετεύσω πάλιν ἐκ τοῦ βίου, τὴν ἀδικίαν ὑπεκφεύγουσα; ΖΕ. χρηστὰ ἐλπίζειν τε δεῖ· πάντως γὰρ ἤδη πεπείκασιν αὐτοὺς οἱ φιλόσοφοι σὲ τῆς ἀδικίας προτιμᾶν, καὶ μάλιστα ὁ τοῦ Σωφρονίσκου δίκαιον ὑποφαινόσας, καὶ ἀγαθῶν τὸ μέγιστον ἀποφήνας. ΔΙΚ. πάνυ γοῦν ὅτι φῂς αὐτὸν ἐκφυγεῖν ὠνήσαμεν οἱ πρὸς ἐμοῦ λόγοι· ὃς προδοθεὶς τοῖς ἕνδεκα, καὶ εἰς τὸ δεσμωτήριον ἐμπεσών, ὅπερ ἄθλιος τοῦ χωρείου, μηδὲ τὸν ἀλεκτρυόνα τῷ Ἀσκληπιῷ ἀποδεδωκώς, παρὰ τοσοῦτον ὑπῆλθον οἱ κατήγοροι ταναντία περὶ τῆς ἀδικίας φιλοσοφοῦντες. ΖΕΥΣ. ξένια ἔτι τοῖς πολλοῖς τὰ τῆς φιλοσοφίας ἦν τότε, καὶ ὀλίγοι ἦσαν οἱ φιλοσοφοῦντες, ὥστε εἰκότως ἐς τὸν Ἄνυτον καὶ Μέλητον ἔρρεπε τὰ δικαστήρια. ὃ δὲ νῦν ἔτι, οὐχ ὁρᾷς ὅσοι τείβωνες, καὶ βακτηρίαι, καὶ πῆραι,

sed præ felicitate scilicet ista, in qua versari nos credunt. Hoc enim nomine occupationes hasce perpetuas illi vocant. MERC. Et ipse, Iupiter, multa huiusce modi audiens grauiter ferentes & indignantes illos, dicere tibi non audebam. At postquam tu ipse de his mentionem incepisti, eloquar sanè. Valde indignantur, pater, & animo ferunt iniquo, atque etiam manifestè quidem profiteri non audent, submurmurant autem apud sese, inclinati & incuruati accusantes tempus: quos tamen conueniebat iam olim, propriis suis viribus cognitis, contentum vnumquemque esse rebus iudicatis. IVPIT. Quid igitur videtur Mercuri? Statimne illis forum constituemus, & agendi potestatem dabimus: an vis vt in proximum prorogato termino, diem illis dicamus? MER. Haudquaquam, sed iam agendi copiam faciamus. IVP. Ita igitur facias. Tu quidem deuolans proclama quòd forum atque iudicium constituetur: hoc pacto, omnes quotquot actiones atque libellos suos obtulerunt, venire hodie debere in vicum Martium. Illic autem iudiciorum quidem præsidem Iustitiam, sortituram esse ipsis fora secundùm rationem, ac litis æstimationem, ex cunctis Athenienſibus. Quòd si quis autem iniustum putauerit factum esse iudicium, seque sententia grauatum, licere illi prouocanti ad me, deintegro tum iudicio experiri, perinde ac si sententia prorsũ lata non fuisset. Tu verò filia, assidẽs iuxta deas venerãdas & graues, actiones sorte distribue, & inspice iudicantes. IVST. Iterúmne in terram? vt eiecta ab illis, denuo fugitiua è vita abeam? vbi iniustitiã ferre non potero irridentem. IVPIT. Bene sanè sperare decet. Omnino enim iam persuaserunt illis philosophi, vt te iniustitiæ anteponant, ac maximè filius ille Sophronisci, laudato eo quod iustum est, & velut omnium bonorum maximo comprobato. IVST. Proinde & ipsi illi quem dicis, admodum multum profuerunt habiti de me sermones, vt qui traditus Vndecimviris istis capitalibus, & in carcerem coniectus, aconitum miser biberit, ne gallo quidem Æsculapio persoluto: in tantum præualuerunt accusatores contraria de iustitia philosophantes. IVP. Peregrina adhuc plerisque tum philosophia erat, paucique etiãdum philosophabantur: quare meritò ad Anytum & Meletum fora tum inclinabant. At nunc an non vides quantum vbique palliorum & baculorum & perarum,

σεμνὰς θεὰς Erinnyes Athenienſes appellarunt.

& vt nuſquam non barba profunda, & libellus in ſiniſtra, atque omnes adeò pro te philoſophãtur? Plena autem & ambulacra, turmatim atque gregatim mutuò ſibi obuiam euntium, nemóque prorſum eſt qui non virtutis alumnus videri cupiat. Multi igitur relictis artibus quas antea exercebant, ad peram proſilientes & pallium, & corpore ad ſolem ad Æthiopis modum infuſcato, ſubiti & extemporales quidam philoſophi ex coriariis aut fabris prodeuntes obambulant: téque ac tuam virtutem collaudant: vt iuxta prouerbium, Citiùs aliquis in naui cadens ligno deſtituatur, quàm hìc quocunque aſpexerit oculus, philoſophum deſideret. IVST. At verò, Iupiter, hi me territant, dum inter ſe altercantur, & improbè ſe gerunt in iis ipſis quæ de me commemorant. Aiunt autem & plurimos eorum in ſermone quidem ſimulare me, re ipſa autem omnino ne in ædes quidem intrò admittere, ſed manifeſtè præ ſe ferre quòd excluſuri me ſint, ſi vnquam ad fores illorum propiùs acceſſero. Nam iam olim iniuſtitiam ab ipſis hoſpitio acceptam eſſe. IVPIT. Non omnes, filia, flagitioſi adeò ſunt. Et abundè ſatis eſt ſi vel paucos quoſdam bonos reperias. Verùm abite iam, vt vel paucæ aliquæ actiones hodie finiantur. MER. Abeamus, Iuſtitia, rectà verſus Sunium, paululum ſub Hymetto ad ſiniſtram Parnethis deflectentes, vbi duo illi vertices. Tu enim videris oblita iam olim eſſe viæ iſtius. Sed quid fles, atque indignaris? Ne metuas. Non ampliùs eodem pacto res humanæ ſe habent, ac mortui ſunt omnes illi Scirones, Pityocamptæ, Buſirides, & Phalarides, quos tunc pertimeſcebas. Nunc autem Sapientia & Academia & Stoa tenent omnia, & vbique te quærunt, & de te diſputant, hiantes & expectantes ſicunde ad ipſos iterum deuoles. IVST. Proinde tu mihi verum Mercuri ſolus dicere poteris (vtpote qui cum ipſis degas plerumque, & conuerſeris vnà, cùm in gymnaſiis, tum in foro: nam & forenſis quoque es, & in concionibus præconem agis) quales tandem ſint: & num videar apud ipſos commorari ac permanere poſſe. MERC. Per Iouem: iniuſtè enim equidem agerem, ſi ad te, ſororem vtique meam, non dicerem. Non enim parum vtilitatis ex philoſophia perceperunt plerique ipſorum.

εἶτά μοι ἐς ὃ αὐτὸ φέρων, συνηγωνίζετό μοι ὃ σκῶμμα, καὶ τὸν Ἴαμβον, καὶ κυνισμὸν, καὶ τὸν Εὔπολιν, καὶ τὸν Ἀριστοφάνη, δηνοὺς ἄνδρας ἐπιχειρουμένους τὰ σεμνὰ, καὶ χλευάσαντας τὰ καλῶς ἔχοντα. τελευταῖον δὲ, καὶ Μένιππόν τινα τῶν παλαιῶν κυνῶν μάλα γλαφυρὸν, ὡς δοκεῖ, καὶ κέρχνοντα αἰσχύλως, καὶ τοῦτον ἐπεσκήνωσέ μοι φοβερόν τινα ὡς ἀληθῶς κύνα, καὶ ὃ δῆγμα λαθραῖον, ὅστε καὶ γελῶντι ἅμα ἔδακνε. πῶς οὖν ὁ δηνὸς ὑβρισμένος μηκέτ' ἐπὶ τῷ οἰκείου σήματος ἀγανακτοίη, ἀλλὰ κωμῳδῶν, καὶ γελωτοποιῶν, καὶ ὑποδήσας ἀλλοκότοις ὑποκριτὴς ὑποκρινόμενος αὐτῷ; ὃ γὰρ πολύτων ἀηδέστατον, χρώμασί τινα ξυμβεβλημένον κέκραμαι. καὶ οὔτε πιζὸς εἰμι, οὔτε ἐπὶ τῶν μετεώρων βέβηκα· ἀλλὰ ἱστοκενταύρου δίκην, σκώληκόν τι, καὶ ξένον φάσμα τοῖς ἀκούουσι δοκῶ. ΕΡΜΗΣ. τί οὖν πρὸς ταῦτα ἐρεῖς ὦ Σύρε; ΣΥ. ἀπροσδόκητον, ὦ ἄνδρες δικασταί, τὸν ἀγῶνα τοῦτον ἀγωνίζομαι πρὸς ὑμᾶς. πολὺ γοῦν μᾶλλον αἰ ἤλπισα τὸν Διάλογον, ἢ φιλοῦσα ἐρεῖ πρὸς ἐμοῦ, ὡς πρόσαλλος ἐγώ, σκυθρωπόν ἔτι τοῖς πολλοῖς δοκοῦντα, καὶ ἀπὸ τῶν συνεχῶν ἐρωτήσεων κατασκληκότα, καὶ ταύτην αἰδέσιμον μόνον εἰ δοκοῦντα, ἀπόλυτον δὲ ἡδονῆς, οὐδὲ πῖς πλήθει κεχαρισμένον, πρῶτον μὲν αὐτὸν ὑπὸ γῆς βαίνειν ἐς τὸν ἀνθρώπινον εἴθισα τοῦτον βίον· μετὰ δὲ τὸν ἀσχημόν τὸν πολιὸν, ἀπαπλύνας, καὶ μειδιᾶν κατάναγκάσας, ἡδίω τοῖς ὁρῶσι προσεκόμισα. ὑπὲρ πᾶσι δὲ, τὸ κωμῳδίᾳ αὐτῷ προσέζευξα, καὶ ξυ τοῦτο, πολλῷ οἱ μεγαλώμενος τῷ ἑτοίμῳ τῷ ἀκροάσεται, οἱ πέως τοῖς ἀκρο-ᾶσθαι τοῖς ἐν αὐτῷ διαλόγοις, ὥσπερ τὸν ἔχιν', λαβεῖν αὐτὸν εἰς τὰς χεῖρας ἐφυλάττετο. ἀλλ' ἐγὼ οἶδ' ὅσῳ μάλιστα λυπεῖ αὐτὸν, ὅτι μὴ τὰ ἰχρὰ σκεῦα, καὶ λεπτὰ καθήμενος πρὸς αὐτὸν σμικρολογοῦμαι, εἰ ἀθάνατος ἡ ψυχὴ, καὶ, Πόσας κοτύλας ὁ θεὸς, ὁπότε τὸν κόσμον εἰργάσατο, τῆς ἀμιγοῦς, καὶ κατὰ τὰ αὐτὰ ἐχούσης οὐσίας ἐνέχειν εἰς τὸν κρατῆρα, ἐν ᾧ πάντα ἐκεράννυτο, καὶ, Εἰ Ῥητορικὴ πολιτικῆς μορίου εἴδωλόν, κολακείας δὲ τέταρτον.

A Deinde in eundem locũ ad me adducta, concluſit mecum Conuitium, Iambum, Cynicam petulantiam: præterea Eupolin & Ariſtophanem, vehementes videlicet viros ad exagitandum grauia illa, & ad irridendum ea quæ præclara ac pulchra ſunt. Poſtremò autem & Menippo quodam ex antiquis illis canibus admodum latratu facili ac prõpto, vt videtur, deinde mordaci atque aſpero quoque, effoſſo, hunc quoque ad me introduxit, terribilem reuera canem, & morſu latenter in-
B uadentem, eò nimirum quòd etiã ridendo pariter mordeat. Proinde quomodò non graui contumelia affectus videar, qui neque familiari ac proprio habitu ampliùs conſpicior, & comœdias agendo, ac riſus ciendo, argumentáque aliena tractando, quaſi quẽdam hiſtrionem illi me gero? Nam quod omnium abſurdiſſimũ eſt, temperatura quadam aliena ac noua mixtus ſum, & neque pedeſtris ampliùs ſum, neque in ſublimibus incedo: ſed planè Centauri modo compoſitum quiddam ac peregrinum ſpectrum auditoribus appareo. MER. Quid igitur ad hæc dices Syre? SYR. Inexpectatum equidem, viri Iudices, certamen hoc apud
C vos ſuſtineo. Quiduis enim citiùs putarã Dialogum, quàm hæc de me dicturum eſſe. Quem ego ſuſceptum terricum adhuc pleriſque apparentem, & præ continuis interrogationibus præfractum ac durum, eóque nomine venerabundum quidem aliquid præ ſe ferentem, haudquaquam tamen omnino ſuauem, aut etiam multitudini acceptum, principiò quidem ipſum per terram incedere ad humanum hunc morem aſſuefeci: poſtea autem ſqualore iſto multo abſterſo, & ridere ipſo coacto, ſuauiorem ac gratiorem aſpicientibus exhibui. Supra omnia autem comœdiam cum ipſo coniunxi, ac
D per hoc multam illi beneuolentiam apud auditores conciliaui: qui antea ſpinas in eo iſtas metuentes, perinde vt Echinum, in manus accipere ipſum fugiebant. Cæterùm noui ego quod maximè ipſum malè habet, nempe quòd non tenuia illa atque exilia ſedendo cum eo argutari ſoleo, Sitne anima immortalis videlicet, &, Quot heminas Deus quando mundum fabricauit, ſyncera & eodem modo ſeſe habentis ſubſtantiæ in craterem illum in quo vniuerſa miſcendo temperabat, infuderit: &, Num Rhetorica politicæ particulæ imago, adulatoriæ pars quarta ſit.

Platonem perſtringit in Phædone, Gorgia, & de legibus, &c.

Delectatur enim neſcio quo pacto huiuſmodi argutias diſputando, perinde vt illi qui ex plora libenter fricantur. Ac cogitatio iſta & cura, dulcis ipſi videtur: ac magnificè ſe effert ſi dicatur quòd non cuiuſuis hominis ſit ea intelligere, quæ ipſe de ideis ſubtiliter & acutè ſpeculatur. Huiuſmodi videlicet à me quoque poſcit, & alas illas quærit, ac ſurſum aſpicit: illa interim quæ ante pedes ſunt, non videns. Nam cæterorum certè cauſſa haud quaquam, puto, accuſauerit me, quòd veſte hac Græca detracta, barbaricam ipſi induerim, & hoc, cùm barbarus ipſe videar eſſe. Iniuriam enim feciſſem, ſi legibus præteritis in ipſum talia commuliſſem, ac patrio veſtitu graſſatorum more ſpoliaſſem. Reſpondi, Iudices, quantum poſſibile mihi fuit. Vos autem ſimilem priori ſententiam quæſo ferte. MERC. Papæ omnibus decem vincis. Nam ipſe ille prior ne nunc quidem eadem cum cæteris ſentit. Nimirum conſuetudo hæc illius eſt, atque omnibus perforatum calculum ferre ſolet, nec facile deſierit optimis quibuſque inuidere, Sed vos quidem nunc abite bona cum fortuna: in craſtinum autem & de reliquis cognoſcemus.

χαίρει γὰρ, σὺκ οἶδ' ὅπως, τὰ τοιαῦτα λέπτολογῶν, καθάπερ οἱ τὴν ψώραν ἡδέως κνώμενοι. καὶ ὁ φθειρισμὸς ἡδύ αὐτῷ δοκεῖ, καὶ μέγα φρονεῖ, ὡς λέγηται ὡς ὀξυμὸς ἀνδρὸς ὄντι συνιδεῖν ἃ πόρρω τῆς ἰδέας ἐξευρίσκει. ταῦτα δηλαδὴ καὶ πρὸς ἐμοῦ ἀπαιτεῖ, καὶ τὰ ποδὸς ἐκφυα ζητεῖ, καὶ ἀπολέλοιπε, τὰ πρὸ τῶν ποδῶν οὐχ ὁρῶν. ἐπεὶ τήν γε ἄλλως εὐηνίαν, σὺκ ἂν, οἶμαι, μέμψαιτό μοι, ὡς ἑτοιμότερον τοῦτο ὂν Ἑλληνικὴν περιβαλόμενος αὐτὴν, βαρβαρικὴν μετενέδυσα· καὶ ταῦτα, βάρβαρος αὐτὸς εἶ δοκῶν. ἠδίκουν γὰρ ἄν, τὰ γιγνόμενα εἰς αὐτὸν περιορῶν, καὶ τὴν πάτριον ἐσθῆτα λωποδυτῶν. ἀπελογησάμην ὡς δυνατὸν ἐμοί· ὑμεῖς δὲ, ὁμοίαν τῇ πάλαι τὴν ψῆφον φέρετε. ΕΡ. βαβαί, δέκα ὅλως κρατεῖς. ὁ γὰρ αὐτὸς ἐκεῖνος ὁ πάλαι, οὐδὲ νῦν ὑμόφρων ὤν. ἀμέλει τοῦτο ἔθος ὄντι, καὶ πᾶσι τοῖς περιπεπλυμένοις σὸν φέρει, καὶ μὴ παύσαιτο φθονῶν τοῖς ἀρίστοις. ἀλλ' ὑμεῖς μὲν, ἄπιτε ἀγαθῇ τύχῃ· αὔριον δὲ, τὰς λοιπὰς δικάσομεν.

ΠΕΡΙ ΠΑΡΑΣΙΤΟΥ, ΗΤΟΙ ΟΤΙ ΤΕΧΝΗ Η ΠΑΡΑΣΙΤΙΚΗ.

DE PARASITO, ſiue QVOD ARS SIT PARASITICA. Vincentio Obſopœo interprete.

ARGVMENTVM.

Didaſcalici generis Dialogus, in quo contendit ac docet Paraſiticam artem eſſe, eámque omnium aliarum præſtantiſſimam. Diſpoſitio & ſeries orationis plana eſt. Nam artem eſſe, principiò ex diffinitione artis oſtendit, ſingulis eius partibus cum Paraſitica comparatis, videlicet quoniam & ſua ac certa principia habeat, exercitationéque & vſu conſtet, & ob finem vitæ vtilem, nempe voluptatem, exerceatur. Quòd autem voluptas vtilis vitæ finis ſit, auctoritate ac teſtimonio Homeri defendit. Et quòd hic finis Paraſiticæ magis proprius quàm Epicureorum philoſophiæ ſit, comparatione ſtudiorum ac vitæ vtrorumque probat. Deinde verò hanc omnium aliarum artium præſtantiſſimam eſſe, primùm in genere docet, collatis omnibus accidentibus, effectibus & cauſis aliarum artium, cum ijs quæ huic arti accidunt. Poſtea ſeorſim etiam Philoſophiæ & Rhetoricæ, vtpote artium cæterarum ſummis, & maximè laudatis, anteponit: Primùm quia illæ incertæ, alijs aliter de illis ſentientibus atque tradentibus. Paraſitica autem vbique eadem ac certa ſit: Deinde quia nuſquam reperiantur paraſiti affectaſſe philoſophiam aut rhetoricam: contrà autem paraſiticam Rhetores ac Philoſophi plurimi. Poſtremo ab vſu eorum qui artes has ſectantur & profitentur, duplici videlicet, altero in bellis, altero in pace. Vbi ad vtrunque tempus philoſophos & rhetores inutiles & ineptos eſſe, multis exemplis & rationibus docet: contrà autem paraſitos idoneos ac paratos maximè, idque ex Homero, & item ex hiſtorijs probat, addita etiam hypotypoſi, qua paraſitum ad prælium parantem & expedientem ſeſe deſcribit. Præterea & priuatam atque domeſticam vtrorumque vitam inter ſe comparat, multo meliores atque etiam beatiores eſſe paraſitos oſtendens, quàm vel rhetoras vel philoſophos. Sub finem ipſam artem ex locis finalibus commendat quoque, & ipſius nominis honeſtatem etymologia & analogia defendit.

TYCHIADES. PARASITVS.

ΤΙ ποτε ἄρα, ὦ Σίμων, οἱ μὲν ἄλλοι ἄνθρωποι, καὶ ἐλεύθεροι, καὶ δοῦλοι, τέχνην ἑκάστου τινὰ ἐπίστανται, δι' ἧς ἐκ βίου τέ εἰσι, καὶ ἄλλῳ χρήσιμοι· σὺ δὲ, ὡς ἔοικεν, ἔργον οὐδὲν ἔχεις, δι' ὃ αὖ τι ἢ αὐτὸς ὠφελοῖο, ἢ ἄλλῳ μεταδιδοὺς; ΠΑΡ. πῶς τοῦτο ἐρωτᾷς, ὦ Τυχιάδη, οὐδέπω οἶδα. πειρῶ δὴ σαφέστερον ἐρωτᾶν. ΤΥ. ἔστιν ὦ τινα τυχὸν ἐπίστασαι τέχνην, οἷς μετοχήν; ΠΑ. μὰ Δία. ΤΥ. τί δὲ, ἰατρικήν; ΠΑ. οὐδ' ὅπως τοῦτο. ΤΥ. ἀλλὰ γεωμετρίας; ΠΑ. οὐδαμῶς. ΤΥ. τί δὲ, ῥητορικήν; φιλοσοφίας μὲν γὰ πόρρω ἀπεῖλες, ὅσον οὐ καὶ κακίας. ΠΑ. ἐγὼ μὲν, εἴ τίς τι ἐστὶ, καὶ πλοῦτος· ὥστε μὴ δοκεῖ τοῦτο καθάπαξ ἀγνοοῦντι συγγνώμην, φημὶ γὰ κακὸς εἶναι, καὶ χείρων, ἢ σὺ δοκεῖς. ΤΥ. ναί. ἀλλὰ ταύτας μὲν ἴσως τὰς τέχνας οὐκ ἐξέμαθες διὰ μέγεθος αὐτῶν, καὶ δυσχολίαν, τὴν δὲ δημοτικήν τινα, τεκτονικὴν, ἢ σκυτοτομικήν· καὶ γὰρ οὐδὲ ταύτην ὅπως ἔχομι, ὡς μὴ καὶ πιαύτης αὖ δεηθῶμεν τέχνης. ΠΑ. ὀρθῶς λέγεις, ὦ Τυχιάδη· οὐδὲ γὰ τούτων οὐδαμῶς ἔμπειρός εἰμι. ΤΥ. τίνος οὖν ἔτι ἔργος; ΠΑ. τίνος; ὡς ἐγὼ οἶμαι, ἡνιόχου. ἴσως εἰ μάθοις, καὶ σὲ ἐπαινέσαι οἴομαι. ἔρχομαι μὲν οὖν καταρρωσῶν φημι ἤδη, εἰ καὶ σοὶ λόγῳ σὺν ἔχω εἰπεῖν. ΤΥ. τίνα ταύτην; ΠΑ. ὅπως μοι δοκῶ τοῖς περὶ ταύτην ἐκμεμελετηκέναι λόγοις. ὥστε ὅτι τέχνην μὲν τινα ἐπίσταμαι, ὑπάρχει ἤδη σοι γιγνώσκειν, εἰ μὴ δι' ὑπερβολὴν χαλεπῶς μοι ἔχεις· ἴσως τινὰ δι', αὖθις ἀκούσῃ. ΤΥ. ἀλλ' οὐκ ἀνέξομαι. ΠΑ. τόγε τῆς τέχνης, παραδόξου ἴσως φανεῖταί σοι ἀκούσαντι. ΤΥ. καὶ μὲν δὴ σπουδάζω μαθεῖν. ΠΑ. εἰσαῦθις, ὦ Τυχιάδη. ΤΥ. μηδαμῶς, ἀλλ' ἤδη λέγε, εἰ μὴ ἄρα αἰσχύνῃ. ΠΑ. ἡ Παρασιτική. ΤΥ. κἄπα εἰ μὴ μαινοιτό τις, ὦ Σίμων, τέχνην ταύτην φαίη αὖ;

A QVID tandem in causa est Simo, quòd cùm alii homines, siue serui sint, siue ingenui, quisque artem quādam calleat, qua cùm sibi ipsi, tum aliis sunt vtiles: tu verò, quantum ego perspicio, nulli rei aut negotio intentus es, vnde aut tu aliquem fructum caperes, aut alteri benignè impertiendo, adiumento esse possis? PAR. Quid hæc tua sibi vult interrogatio ô Tychiade? nondum enim capio: proinde planiùs ac manifestiùs me interrogato. TYC. Estne aliqua ars, cuius tu sciēs & peritus es, videlicet Musicæ? PA. B Non per Iouem. TYC. Quid autem, Medicinæ? PAR. Ne illius quidem. TYC. Atqui Geometriæ? PAR. Nequaquam. TYC. Quid autem, Rhetoricæ? Nam à philosophiæ studio vsque adeò abhorres, quantum ipsius vitij cōtagium à philosophia alienum est. PAR. Atque etiam, si fieri potest, adde quiddā amplius. Proinde ne animū inducas hoc te mihi ignoranti exprobrare: fateor enim me ignauum esse, atque etiam tua opinione longè peiorem. TYC. Sanè, sed hasce fortasse artes propter illarum C magnitudinem atque difficultatem non perdidicisti: at ex popularibus illis quam tandem tenes? num architectonicam, aut sutrinam? Neque enim ea est rerum tuarum conditio, vt non talis alicuius artis egeas adminiculo. PAR. Rectè dicis ô Tychiade: neque enim vllam illarum calleo. TYC. Quam igitur aliam? PAR. Quā? Profectò, vt mea est opinio, generosam, quam & te, si pernoueris, laudaturum planè existimo. Eandem verò opere atque re ipsa perpulchrè obire posse me dico, tametsi illā oratione explicare mihi non perinde prōptum sit. TYC. Quam tandem dicis? PAR. Nondum mihi videor super illa orationes satis studiosè exercuisse. Quòd autem vnius alicuius artis non rudis sim, hoc planè iam nosse potes. Quare nihil est quòd hoc nomine mihi sies infensior. Quamcunque autem teneam, alio tempore audies. TYC. Verùm ego omnis morę impatiēs sū. PAR. D Fortasse si audires, inopinata tibi ars mea videretur. TYC. Atqui propter hoc ipsum tanto impensiùs scire laboro. PAR. Alio tempore tibi exponetur, ô Tychiade. TYC. Nequaquam, sed iam quamcunque tandem pernosti, exponito, nisi adeò te pudeat. PAR. Parasiticam. TYC. Et quis ita vesani atque dementis est animi, ô Simo, qui hanc artem esse prædicet?

PAR. Ego. Si verò ob hoc ipsum quòd aliam artē non teneā, tibi insanire videor, huius ipsius causſam mihi putato fuisſe insaniam, néque iam duriùs increpandi finem facito. Aiunt enim hanc Deam cū aliàs difficilem esſe habētibus, tum quòd delinquentes erratorum excusare solear, quasi horum omnium magistram atque auctorem culpam vniuersam in se transferentem. TYC. Ergo, Simo, Parasitica ars est. PAR. Sanè ars: atque ego illius auctor & inuentor sum. TYC. Proinde tu parasitus es? PAR. Tu quidem Tychiade probro me afficis. TYC. Atqui nō erubescis te ipse parasitum compellādo? PAR. Sanè verò: puderet enim me, nisi dicerem. TYC. Atque per Iouem, si tibi notores esſe velimus, erga alios te ignorantes quod tibi nomen esſe testabimur? num Parasitū te esſe affirmabimus? PAR. Hoc nomine compellantes longè magis me oblectabitis, quàm si Phidiam statuarium me esſe dixeritis. Quippe mea arte nō minùs gaudeo, quàm ipse Phidias Ioue à se fabricato gauisus est. TYC. Atqui hoc mihi attentiùs considerāti, res perridicula perspecta est. PAR. Quænam? TYC. Si externè scribentes ad te in epistolis, hūc tibi adiiciamus titulum: Simoni parasito. PAR. Atqui impensiùs mihi gratificaberis, quàm si hoc titulo nobis scripseris, Dioni philosopho. TYC. Quātum tu quidem hac compellatione gaudere soleas, mihi parum curæ est. Sed & aliud quiddam absurdi considerandū venit. PAR. Quodnam? TYC. Num & hæc in aliarum artium numero nobis recensenda sit, vt interrogante quopiā cuiusmodi ars sit, respondeamus, veluti de grammatica aut rhetorica interrogati solemus, Parasitica? PAR. Ego verò Tychiade, longè iustiùs hanc quā profiteor, quàm vllam aliam, artem dicendam esſe contendo. Quòd si tibi iucundum est auditu, vt opinor fore, sentētiam meam explicare non grauabor, quanquam ad hoc non admodum, vt antè dixi, præparatus aut instructus sum. TYC. Tametsi sint exigua, veritate tamen præcellent. PAR. Age sub initium artē ipsam, quo finitionis genere describatur, ad calculos expēdendam reuocemus. Ad hunc enim modum speciatim & aliis artibus pensitandis, assequemur num & hanc rectè teneamus. TYC. Quid ergo ars est, vt compertum habeas? PAR. Ars est, vt ego memoria teneo, quodā sapiente viro audito,

Diomedis lib. 2. hanc finitionem Cic. toni adscribit.

Α ΠΑ. ἔγωγ᾽· εἰ δέ σοι μαίνεσθαι δοκῶ τὴν μηδεμίαν ἄλλην ὀπίσασθαι τέχνην, αὐτὴν αἰτίαν εἶναί μοι τὴν μανίαν δοκεῖ, καί με τῆς ἐξελεγχομένης ἤδη ἀφίησι. φασὶ γὰρ τὴν δαίμονα ταύτην, τὰ μὲν ἄλλα, χαλεπὴν εἶναι τοῖς ἔχουσι, πρᾶγ᾽ πεῖσθαι δὲ τῆς ἁμαρτημένης αὐτοὺς, ὥσπερ διδάσκαλον, ἢ παιδαγωγὸν πάντων αἰσθησομένους εἰς αὐτὴν τὰς αἰτίας. ΤΥ. ὁρᾷς, ὦ Σίμων, ἡ παρασιτικὴ τέχνη ὄντως ἐστί; ΠΑ. τέχνη γάρ. κἀγὼ ταύτης δημιουργός. ΤΥ. καὶ σὺ ἄρα παράσιτος; ΠΑ. πάνυ ὠνείδισας, ὦ Τυχιάδη. ΤΥ. ἀλλ᾽ οὐκ ἐρυθριᾷς, παράσιτον σαυτὸν καλῶν; ΠΑ. ἔδαμῶς, Β αἰσχυνοίμην γὰρ ἄν, εἰ μὴ λέγοιμι. ΤΥ. Ἵνα, νὴ Δία, ὁπόταν σε βουλώμεθα γνωρίζειν τῆς σὸν ὀπισαμένων πρῶ, ὅτι χρήζοι μαθεῖν, ὁ παράσιτος δηλονότι φήσομεν; ΠΑ. πολὺ μᾶλλον τοῦτο λέγοντες ἐμέ, ἢ Φειδίαν ἀγαλματοποιόν. χαίρω γὰρ τῇ τέχνῃ σοῦν τι ἧττον, ἢ Φειδίας ἔχαιρε τῷ Διΐ. ΤΥ. ἀλλ᾽ ἐκεῖνό μοι σκοπουμένῳ παρῆλθεν γέλως πάμπολυς. ΠΑ. ὁποῖον; ΤΥ. εἰ πάσης ὀπισούμεθα C παράσιτον. ΠΑ. καὶ μᾶλλον ἂν ἐμοὶ μᾶλλον χαίροιο, ἢ Δίωνι ἐπιγράφων φιλοσόφῳ. ΤΥ. ἀλλὰ σὺ μὲν ὅπως χαίρεις καλούμενος, σοὶ μέλον· ἢ μικρόν μοι μέλει σκοπεῖν δὲ δεῖ καὶ τὸ ἄλλο ἀποπόν. ΠΑ. τί μάλιστα; ΤΥ. εἰ καὶ ταύτην τὴν ἄλλας τέχνας ἐγκαταλέξομεν. ὥστε ἐπειδή τις ἐρήσεται τίς ὁποῖά τις αὕτη τέχνη ὄντως ἐστί, λέγειν, οἷον γραμματική, ἰατρική, παράσιτική. ΠΑ. ἐγὼ μέν, ὦ Τυχιάδη, πολὺ μᾶλλον ταύτην, ἢ τινὰ ἑτέραν τέχνην φαίην ἄν· εἰ δέ σοι φίλον ἀκοῦσαι, καὶ ὅπως οἴομαι, λέγειμι ἄν, καίτοι οὐ πάνυ πάσιν ὧν, ὡς ἔφθην εἰπών, δικαίως πιστὸς ὤν. ΤΥ. εἰ καὶ σμικρὰ δέ, τοῖς ἀληθέσι δῆλον. ΠΑ. ἴθι δὴ καθ᾽ ὅσον πρὸς τῆς τέχνης εἴ σοι δοκεῖ, ἢ πῆς ποτε ἔσται τυγχάνῃ πρῶ σκοπῶμεν. οὕτω γὰρ ἐπανελθόντες μὲν καὶ τὰς κατ᾽ εἴδος τέχνας, εἴ καθ᾽ ἕκαστα ὀρθῶς μετέχομεν αὐτῆς. ΤΥ. τί ποτ᾽ οὖν ὄντως τέχνη, ὡς ὀπίσασθαι; ΠΑ. πάνυ μὲν οὖν. ΤΥ. μὴ πίνων ὤκνει λέγειν αὐτὸ, εἴ καθ᾽ οἶδα. ΠΑ. τέχνη ὄντως, ὡς ἐγὼ ξυναπομνημονεύω, σοφοῦ τινος ἀκούσας,

σύστημα ἐγκαταλήψιων ἐγγεγυμνασμένων, ὡσ πρὸς τὸ τέλος βλέπειν τῆσ ἐν τῷ βίῳ. ΤΥ. ὀρθῶς ἐκείνου γε εἰπόντος, οὕτως ἀπεμνημόνευσας. ΠΑ. Εἰ δὲ μετέχοι τούτων ἁπάντων ἡ παρασιτικὴ, τί αὖ ἄλλο ἢ ἂν αὐτὴ τέχνη εἴη; ΤΥ. τέχνη γὰρ, εἴπερ οὕτως ἔχοι. ΠΑ. φέρε δὴ καθ' ἕκαστον τῶν τῆς τέχνης εἰδέσιν ἐφαρμόζοντες τῷ παρασιτικῷ, εἰ σύμφωνός ἐστι, σκοπῶμεν, καὶ ὁ πρὸς αὐτὸν λόγος, ἀλλὰ μὴ καθάπερ αἱ πονηραὶ χύτραι ἀλλοκρουόμεναι, μὴ ἁρμονίαν ἀποφθέγγηται. δεῖ δήπου τοῦτο καὶ τοῦτον ὥσπερ καὶ πάσῃ τέχνῃ, σύστημα ἐγκαταλήψεων. πρῶτον μὲν δοκιμάζειν, καὶ ἀκριβῶς ὁποῖός τις αὖ ὁπωστιοῦν ἥκοι τρέφειν αὐτόν· καὶ οὕτω παρασιτεῖν ἀρξάμενος, οὐκ ἂν μεταγνοίη. ἢ τὸν μὲν ἀργυρογνώμονα τέχνῃ τινὰ φήσομεν ἔχειν, εἴπερ ὁπόσῳ μάλιστα διαγνώσεσθαι τά τε κίβδηλα τῶν νομισμάτων, καὶ τὰ μή. τοῦτον δὲ αὖθις τέχνης ἀκριβεῖν τοὺς τε κιβδήλους τῶν ἀνθρώπων, καὶ τοὺς ἀγαθούς, καὶ τοιούτους, ὥσπερ τῶν νομισμάτων, καὶ τῶν ἀνθρώπων μὴ φανερῶν βίους ὄντων; οὐκοῦν μόνῃ τοιοῦτόν καὶ ὁ σοφὸς Εὐριπίδης καταμέμφεται, λέγων,

Ἀνδρῶν δ' ὅτῳ χρὴ τὸν κακὸν διδόναι,
Οὐδεὶς χαρακτὴρ ἐμπέφυκε σώματι.

ᾧ δὴ καὶ μείζων ἢ τοῦ παρασίτου τέχνη πέφυκεν, εἴγε καὶ τὰ οὕτως ἄδηλα, καὶ ἀφανῆ, μᾶλλον τῆς μαντικῆς γνωρίζει τε, καὶ οἶδε. τὸ δέ γε ὁπόσα θαμὰ λόγους λέγειν ὑποπτεύοις, καὶ παράμυθα παρατίθη, δι' ὧν οἰκειώσεται, καὶ βουλόμενον ἑαυτὸν τῷ τρέφοντι ἀποδείξει, ἆρ' ἂν σοι σαφέστερος καὶ καταλήψεως ἐρρωμενέστερος εἶναί σοι δοκεῖ; ΤΥ. καὶ μάλα. ΠΑ. Τὸ δέ γε ἐν ταῖς ἑστιάσεσιν αὐταῖς, ὅπως πᾶσιν ἀπέλθῃ πλέον ἔχων, ἢ πρὸ δοκιμῆς τοὺς μὴ τῷ αὐτῷ αὐτῷ κεκτημένους τέχνῃ αὖθις τινὸς λόγου καὶ σοφίας πλάττεσθαι οἴει; ΤΥ. ἔδαμῶς. ΠΑ. ἡ δὲ, τὸ ὁπόσα θαμὰ ταῖς ὀρέξεσι, καὶ κακίαις τῶν ἐδέσμων, καὶ τῶν ποτῶν, πολυπραγμοσύνῃ ἀτέχνου τινὸς εἶναί σοι δοκεῖ; καὶ ταῦτα, ἅπερ γλυκυτάτου Πλάτωνος οὕτωσὶ λέγοντος, τὸν μέλλοντος ἑστιᾶσθαι, μὴ μαγειρικὸν ὄντος, σκυθρωπότερα ἡ κείρης.

præceptionum exercitarum comprehensio ad vnum exitum vitæ vtilem pertinentium. TYC. Rectè sanè illius auditi verba commeministi. PAR. Iam si horum omnium particeps est Parasitica, consentaneum est & hanc nihil aliud quàm artem habendam esse. TYC. Ita profectò ars habenda est, si quidem hæc ita se habuerint. PAR. Age iam singillatim ad omnes artis species parasiticam accommodantes, num oratio illi consonet, considerabimus: sed non, quemadmodum ollæ vitiosæ dum pulsantur, ne malignè resonet. Oportet itaque & hanc, quemadmodum omnes artes, præceptionum inuentionem in se complecti. Principiò enim præuidere atque discernere quis aptus & accommodatus sit eum alere: atque ita facto parasitandi exordio, haudquaquam pœniteat. Aut dicemus argentarios seu numularios artem quandam habere qua norint adulterina nomismata à probis sagaciter deprehendere: hunc autem citra artis adminiculum discernere posse adulterinos homines & probos, præsertim cùm veluti nomismata, hominum mores cuiusmodi sint, non statim pateant? Eadem hæc & sapiens reprehendit Euripides, dicens:

At quo malus noscendus est mortalibus, *In Medea.*
Innatus est nulli character corpori.

Ex quo & multo præclarior Parasiti ars esse ostenditur, qui res ita obscuras & abditas magis quàm vaticinandi peritia perspicit & cognoscit. Nosse verò sermones proferre accommodos, eáque facere per quæ in familiaritatem adiungitur, quibus semet quàm beneuolentissimum suo alumno esse ostensurus sit, nunquid non singularis intelligentiæ, atque inuentionis vehementissimę tibi documentum esse videtur? TY. Admodum. PAR. Porrò autem in ipsis cōuiuiis vt abeat per omnia plus habens, eósque exuperans qui eam artem sua negligentia sibi non parauerunt, an hoc citra rationem & singularem sapientiam Parasitum facere posse arbitraris? TYC. Nequaquam. PAR. Quid autem? nosse obsoniorum ciborúmque virtutes & vitia, num tu rudis & indocti cuiuspiam curiositatem esse existimas? Præsertim Platone generosissimo ita dicente: Qui conuiuas epulis accepturus est, nec rei coquinariæ scientiam habuerit, eius in adornando conuiuio pertenue est iudicium.

Quòd autem Parasitica nõ cognitionem solam, sed exercitationem quoque sibi vendicet, inde perdisces facillimè, quoniam aliarum artium cognitiones, & dies & noctes, & menses & annos sæpenumero inexercitatæ permanent, non tamen artes ipsæ apud possidentes depereunt. At verò Parasiti cognitiones nisi quotidie in vsu sint atque exercitio, perdunt non artem solam, vt opinor, sed ipsum quoque artificem. Parasiticæ verò vtilitatem ad vnum aliquem vitæ exitum tendentem vereor ne insaniæ sit perquirere. Ego verò quàm edere & bibere, in vita mortalium nihil inuenio vtilius aut præstantius, & citra quod vita non potest subsistere. T Y C. Maximè. P A R. Atqui ne eiusmodi quidem res est parasitica, cuiusmodi est pulchritudo aut fortitudo, vt ars nulla esse videatur, sed quædam vis atque potentia. T Y C. Vera dicis. P A R. Verùm neque arte caret. Quod enim arte caret, nullo modo possidenti est conducibile. Age enim si tibi ipse nauim in mari commisisses fluctibus atque procellis ingruentibus, gubernandi imperito, num euasurus es incolumis? T Y C. Minimè gentium. P A R. Quid tandem obstat? an quòd arte careas, cuius ope te ipse seruare potuisses? T Y C. Sanè verò. P A R. Proinde arte seruamur, imperitia verò non item. T Y C. Admodum. P A R. Ergo Parasiticam artem esse constat. T Y C. Artem profectò, quãtùm apparet. P A R. Atqui gubernatores quidem præclaros, & aurigas eximios, de curru non rarò delapsos esse comperi, ac nonnullos illorum luxatos atque delumbatos, porrò nonnullos prorsus extinctos: cæterùm Parasiti naufragium nullus est qui possit producere. Proinde si neque ab arte remota est Parasitica, neque facultas est aliqua, comprehensio autem præceptionum exercitarum; eandem artem esse hodie nobis fatendum est. T Y C. Quantum quidem ex hoc coniecturam facio. Sed in hoc tibi vigilandum esse intelligis, vt finem aliquem generosum Parasiticæ nobis attribuas. P A R. Rectè sanè dicis: videtur autem hac finitione potissimùm explicari posse: Parasitica ars est ciborum atque potuum, & sermonum qui horum conquirendorum gratia dicendi sunt, cuius finis est voluptas. T Y C. Vidêre mihi tuam artem præclarè definisse.

Parasitica definitio.

A ὅτι γε μὲν οὐκ ἐκ καταλήψεως μόνον, ἀλλὰ συγγεγυμνασμένης ὅδε ἡ παρασιτική, μάθοις ἂν οὐδὲ δεδίως. αἱ μὲν γὰρ τῶν ἄλλων τεχνῶν κατάληψις, καὶ ἡμέρας, καὶ νύκτας, καὶ μῆνας, καὶ ἐνιαυτοὺς πολλάκις ἀσυγγύμναστοι μένουσι, καὶ ὅμως οὐκ ἀπόλλυνται παρὰ τοῖς κεκτημένοις αἱ τέχναι· αἱ δὲ τοῦ παρασίτου κατάληψις, εἰ μὴ καθ' ἡμέραν εἴη ἐν γυμνασίῳ, ἀπόλλυσιν ἐ μόνον, οἶμαι, τὴν τέχνην, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν τὸν τεχνίτην. τὸ γε μὲν παρ' ἡμῖν τέλος ὑπὲρ τι τέλος ὕποπτον τοῦ βίου, μὴ καὶ μανίας εἴη ζητεῖν; ἐγὼ γὰρ τὸ φαγεῖν καὶ τὸ

B πιεῖν οὐδὲν ὑποπτότερον εὑρίσκω ἐν τοῦ βίου ὄν, οὐδὲ ζῆν γε ἄνευ τούτου ἔστι. T Y. πάνυ μὲν οὖν. P A. καὶ μὲν οὐδὲ τοιοῦτόν τι ἔστιν ἡ παρασιτική, ὁποῖον τὸ κάλλος, ἢ ἡ ἰσχύς, ὥστε τέχνην μὲν μὴ δοκεῖν αὐτὴν, δύναμιν δέ τινα τοιαύτην. T Y. ἀληθῆ λέγεις. P A. ἀλλὰ μέντοι καὶ ἀτεχνία ἔστιν· ἡ γὰρ ἀτεχνία, οὐδέποτε οὐδὲν κατορθοῖ τοῦ κεκτημένου. φέρε γὰρ εἴ σε πιστεύσας σὺ σαυτοῦ ναυῒ ἐν θαλάττῃ, καὶ χειμῶνι, μὴ πιστεύσαντος κυβερνήτου, σωθείης ἄν; T Y. οὐκ ἔγωγε. P A. τί δέ

C ποτε, ἢ τοῦ μὴ ἔχειν τέχνην, δι' ἣν δυνήσεταί σώζειν ἑαυτόν; T Y. ἧκιστα. P A. οὐκοῦν καὶ παρασίτου ἐστὶ τῆς παρασιτικῆς, εἴπερ ἐστὶν ἀτεχνία, οὐκ ἂν σώζεσθαι; T Y. ναί. P A. οὐκοῦν τέχνη σώζεται, ἀτεχνία δὲ οὔ; T Y. πάνυ μὲν οὖν. P A. τέχνη ἄρα ἐστὶν ἡ παρασιτική. T Y. τέχνη, ὡς ἔοικε. P A. καὶ μὲν κυβερνήτας μὲν ἀγαθοὺς, καὶ ἡνιόχους τεχνίτας ἐκπεσόντας τῶν ἁρμάτων οἶδα ἐγὼ πολλάκις· ἐκ πεσεῖν μέν, ξυντεθλάσθαι δέ,

D καὶ παμπόλλους διαφθαρέντας παρασίτου δὲ ναυάγιον, οὐδὲ εἷς ἔχει τινὰ εἰπεῖν. οὐκοῦν εἰ μήτε ἀτεχνία ἐστὶν ἡ παρασιτική, μήτε δύναμις, σύστημα δέ τι, καὶ ἐκ καταλήψεων γεγυμνασμένων, τέχνη δηλονότι διωμολόγηται ἡμῖν σήμερον. T Y. ὅσον ἐκ τούτου, εἰκάζω· ἀλλ' ἐκεῖνο, ὅπως καὶ ὅρον ἡμῖν τινα γενναῖον ἀποδῶς τῆς παρασιτικῆς. P A. ὀρθῶς σύ γε λέγων. δοκεῖ γὰρ δή μοι οὕτως ἂν μάλιστα διορίσασθαι, παρασιτικὴ ἐστὶ τέχνη ποτέων, καὶ βρωτέων, καὶ τῶν πρὸς ταῦτα λεκτέων, τέλος δ' αὐτῆς, ἡδύ. T Y. ἐπῄνεκέ μοι δοκεῖς εἰσαγαγὼν τὴν σαυτοῦ τέχνην.

ἀλλ' ἐκεῖνο σκόπει, μὴ πρὸς τίνας τῶν φι-
λοσόφων μάχῃ σοι περὶ τοῦ τέλους ἡ. ΠΑ. Ἀ-
μελεῖ ἀπόχρη τι, εἰ μὴ ἔστιν ὅ αὐτὸ τέλος εὐ-
δαιμονίας, καὶ παρασιτικῆς. φαίνεται δὲ οὕτως.
ὁ γὰρ σοφὸς Ὅμηρος τὸν τοῦ παρασίτου βίον
θαυμάζων, ὡς ἄρα μακάριος, καὶ ζηλωτὸς
εἴη μόνος,

Οὐ γάρ ἔγωγέ τι φημὶ τέλος χαριέστερον εἶναι,
Ἢ ὅταν εὐφροσύνῃ μὲν ἔχῃ κατὰ δῆμον
ἅπαντα,

-- πλῆνται δὲ μέθης ἀπὸ δαῖτα

Σίτου καὶ κρειῶν, μέθυ δὲ κρητῆρες ἀφύσσων
Οἰνοχόος φορέῃσι, καὶ εἰς ἐπὶ δεπάεσσι.

καὶ ὡς οὐχ ἱκανῶς τοῦτο θαυμάζων, μᾶλλον τὸ
αὐτὸ γνώμην ποιῇ φανερώτερον, οὕτω λέγων·

Τοῦτο τί μοι κάλλιστον ἐπὶ φρεσὶν εἴδεται εἶναι;

οὐχ ἕτερόν τι ἐξ ὧν φησιν, ἢ τὸ παρασιτεῖν, εὐ-
δαιμονεῖν νομίζων. καὶ μὲν δὴ καὶ τῷ τυχόντι αὐ-
τῶν περιτέτυχε τούτοις τοῖς λόγοις, ἀλλὰ τῷ
σοφωτάτῳ τῶν Ἑλλήνων. καίτοι γε εἴπερ ἐβού-
λετο Ὀδυσσεὺς ὁ καὶ τοῖς Στωϊκοῖς ἐπαινεῖν
τέλος, ἐδύνατο τοῦτ' εἰπεῖν, ὅτε τὸν Φιλοκτή-
την ἀπήγαγε ἐκ τῆς Λήμνου, ὅτε τὸ Ἴλιον
ἐξεπόρθησεν, ὅτε τοὺς Ἕλληνας φεύγοντας κα-
τέσχεν, ὅτε εἰς Τροίαν εἰσῆλθεν, ἑαυτὸν μαστι-
γώσας, καὶ καινὰ καὶ Στωϊκὰ ῥάκη εἰδώς· ἀλλὰ
τότε οὐκ εἶπε τοῦτο τέλος χαριέστερον· ἀλλὰ
μὴν ἔν γε τοῖς τῶν Ἐπικουρείων βίοις ἐνόμιζεν
αὐτὸς παρὰ τῇ Καλυψοῖ, ὅτι αὐτῷ ὑπῆρ-
χεν ἐν ἀργίᾳ τε διατρίβειν, καὶ πυφᾶν, καὶ δύνειν
τοῖς Ἀτλαντος θυγατέρα, καὶ κινεῖν πάσας ἁπα-
λείας κινήσεις, οὐδέποτε εἶπε τοῦτο τὸ τέλος
χαριέστερον, ἀλλὰ τὸν τῶν παρασίτων βίον.
ἐκαλοῦντο δὲ δαιτυμόνες οἱ παράσιτοι τότε.
πῶς οὖν λέγω; πάλιν γὰρ ἄξιον ἀναμνησθῆ-
ναι τῶν ἐπῶν· οὐδὲ γὰρ οἷόν τε ἀκοῦσαι αὐτῶν,
μὴ πολλάκις λεγομένων. Δαιτυμόνες καθ-
ήμενοι ἑξείης, καὶ, πλῆνται δὲ πάσης
Σίτου καὶ κρεῶν. ὅτε μὲν Ἐπίκουρος σφόδρα
αἰσχυνόμενος ὑφελόμενος τὸ τῆς παρασιτικῆς
τέλος, τὸ κατ' αὐτὸν εὐδαιμονίας, τέλος αὐτὸ
ποιῇ. καὶ ὅτι κλοπὴ τὸ πρᾶγμά ἐστι, καὶ οὐδὲν
Ἐπικούρῳ μέλει τοῦ ἡδύ, ἀλλὰ τῷ παρασίτῳ,
ὅταν μάθοις αὖ. ἐγὼ γοῦν ἡγοῦμαι τὸ ἡδὺ πρῶ-
τον μὲν, τὸ τῆς σαρκὸς ἀοχλητον, ἔπειτα τὸ μὴ
ταράττεσθαι τὴν ψυχὴν ἐμπεσοῦσαν.

A Illud tamen etiam atque etiam conſidera, ne aduerſus philoſophos aliquos de fine tibi oriatur pugna atque contentio. PAR. Atqui abundè ſufficit hunc eſſe finẽ & felicitatis & Paraſiticæ: neque aliter apparet. Siquidem Homerus ille ſapiens Paraſiti vitam admirans tanquam ſolam beatam atque felicem, ita inquit:

Haud ego finẽ vllũ meliorẽ vltrà arbitror eſſe,
Quàm ſi mente omnis populus letetur ouanti,
Iuxta autem menſæ ſint pane cibiſq; repletæ,
Atque pocillator dulce è cratère falernum
Fundẽs diſtribuat per pocula parua bibendi.

Iam quaſi parum cumulatè hæc admiraretur, ſententiam ſuam longè pleniorem
B apertiorémque hiſce verbis facit, perfectiuè ſubiiciens:

Hic finis nobis pulcherrimus eſſe videtur.

haud aliud ex iis quæ dicit, beatũ ac felix, quàm paraſitari exiſtimans. Sedenim hęc verba non cuilibet è vulgo attribuit, verùm omnium ſapientiſſimo. Et ſanè ſi Vlyſſi fuiſſet in animo Stoicos ſecuto laudare finem Virtutem, potuiſſet illud dicere quãdo Philocteten ex Lemno adduxit, quando Troiam ſubuertit, quando Græcos fugam adornantes compeſcuit atque
C detinuit, quandò Troiam ingreſſus eſt ſe ipſe indecoris vulneribus flagellatum afficiens, ac ſordido & planè Stoico indumento amictus. At tunc huius pulcherrimi finis nuſquam cõmeminit. Cæterùm ne tunc quidem cùm in Epicureorum vita conſtitutus apud venuſtiſſimam Calypſo verſaretur, illíque liceret in otio voluptuosè & molliter viuere, ac in omnibus deliciis Atlantidis lectum cõſcendere, neque non rebus quas animi libido ferebat, indulgere; illius pulcherrimi finis memor eſt: ſed cùm apud Phæacas paraſitum ageret. Vocabãtur autem tunc tẽporis paraſiti, dætymones. Quomodo enim dicit? Dignum enim eſt vt iterum atque iterum ſuauiſſimorum verſiculorum
D recordaremur: neq; enim ad ſatietatem audiri poſſunt, niſi ſæpius repetantur:

Dætymones ſedeant ex ordine. &,
Iuxta menſæ adſint epulis & carne repletæ.

Porrò Epicurus nimiùm impudenter hunc finem detractum paraſiticæ, ad felicitatem ſuam detorſit. Quòd autem hæc res non abſit à furto, quódque Epicuro voluptas nihil curæ ſit, ſed paraſito, ita potes colligere. Ego voluptatem exiſtimo primùm tranquillum ſtatum corporis: deinde neque mentem vlla perturbatione aut moleſta cura onerari:

Horum vtrunque parasitus assequitur, Epicurus autem ne alterutrius quidem fit particeps. Etenim cùm curiosè satis de habitu terræ, de infinitis mundis, de magnitudine solis, atque distantiis, de primis elementis, atque etiam de diis, siue sint siue non sint, déque ipso fine perueſtigãs, nunquam non digladiari soleat, semper cum aliquibus contenriosè dissidens: non humanis solùm, sed & mundanis vexationibus atteritur atque consumitur. At parasitus horum omnium securus, omnia bene se habere existimans, credénsque hæc meliori loco esse nõ posse quàm sint, cum multa securitate & animi tranquillitate, nullo istiusmodi nugarum scrupulo illi facessente negotium, edit suauissimè, ac dormit supinus, porrectis & manibus & pedibus, quemadmodum Vlysses rate ad patriam nauigans. Atqui non propter illa tantùm nulla in re Epicurus voluptatis potitur, sed etiam propter hæc. Quippe Epicurus ille, quicunque tandem fuerit ille sapiens, aut habet quod edat, aut non. Si non, ille quidem voluptuosè viuet minimè, imò ne viuet quidem. Sin autem habuerit, habebit aut à seipso, aut ab alio. Itaque si ab alio quod etiam habuerit, parasitus est & ille, & non is quem se superbè venditat: Sin à seipso, voluptuosè non viuet. T Y C. Quomodo verò non voluptuosè? P A R. Si enim suppetiuerit illi apud seipsum victus copia, multa, ô Tychiade, eiusmodi vitam consequi necesse est. Vide verò qualia: oportet enim eum qui voluptate duce molliter & delicatè victurus est, omnibus incidentibus cupiditatibus abundè indulgere. Aut quid tu ais? T Y C. Et mihi idem videtur. PAR. Proinde ei qui re familiari amplitèr instructus est, fortasse vnde libidinem suam expleat, nõ ægrè suppetet: at qui æstiuè atque tenuiter munitus erit opibus, illi harum rerum potiundi nulla superexit copia. Itaque si pauper fuerit Epicurus, sapiens esse non potest, neque vnquam voluptatis finem sibi propositum consequetur. Sed ne diues quidem copiosq; pecuniæ dominus, cui per facultates suas cupiditatibus prolixè suppeditare atque inseruire promptum est, præfixum voluptatis finem nanciscetur. Quid ita tandem? Propterea quòd necesse sit cum qui sumptum de suo fecerit, in multas atque adeò odiosas illabi molestias. Iam enim illi cum coco rixandum erit, quòd parum opiparè atque apparatè edulia adornauerit. Aut si citra rixam, coci negligentiam dissimulanter habuerit, tum ferculis inconditis, & minimè delicatis vescitur, ac per hoc sperata voluptate priuatur.

A τούτων πίνει ὁ μὲν παράσιτος ἑκατέρων τυγχάνει· ὁ δὲ Ἐπικούρος, οὐδὲ θατέρου. ὁ γὰρ ζητῶν περὶ σχήματος γῆς, καὶ κόσμων ἀπειρίας, καὶ μεγέθους ἡλίου, καὶ ἀποστημάτων, καὶ στοιχείων, καὶ περὶ τῶν θεῶν, εἴτε εἰσὶν, εἴτε οὐκ εἰσὶ, καὶ περὶ αὐτοῦ τοῦ τέλους ἀεὶ πολεμῶν, καὶ διαφερόμενος πρός τινας, οὐ μόνον οὐκ ἀνθρωπίναις, ἀλλὰ καὶ οὐ κοσμικαῖς ὄχλησιν. ὁ δὲ παράσιτος, πάντα καλῶς ἔχειν οἰόμενος καὶ πεπιστευκὼς μὴ ἄλλως ταῦτα ἔχειν ἄμεινον, ἢ ἔχει, μετὰ πολλῆς ἀδείας, καὶ γαλιώνης, οὐδενὸς αὐτῷ τοιούτου περιεχλοῶντος ἐαυτῷ, καὶ κνιμᾶται ὑπνῶν, ἀφόβως τοῖς πόδας, καὶ ταῖς χεῖρας, ὥσπερ Ὀδυσσεὺς ὅτε τῆς ἀγελαίας ἀπὸ πλέων οἴκαδε. καὶ μὴν οὐχὶ τούτων μόνον οὐδὲν παρεσκεύακεν ὁ ἡδὺ τῷ Ἐπικούρῳ, ἀλλὰ καὶ κατ' ἀρχάς. ὁ γὰρ Ἐπίκουρος οὗτος, ὅστις ποτέ ἐστιν ὁ σοφὸς, ἤτοι φαγεῖν ἔχει, ἢ οὔ. εἰ μὲν οὐκ ἔχει, οὐχ ὅπως ἡδέως ὁ ζήσεται, ἀλλ' οὐδὲ ζήσεται· εἰ δὲ ἔχει, εἴτε παρ' ἑαυτοῦ, εἴτε παρὰ ἄλλου. εἰ μὲν οὖν παρ' ἄλλου ὃ φαγεῖν ἔχοι, παράσιτός ἐστι, καὶ οὐχ ὡς λέγει· εἰ δὲ παρ' B ἑαυτοῦ, οὐχ ἡδέως ζήσεται. Τ Υ. πῶς οὐχ ἡδέως; Π Α. Εἰ γὰρ ἔχοι ὃ φαγεῖν παρ' ἑαυτῷ, πολλά γε, ὦ Τυχιάδη, τῷ τοιούτῳ βίῳ παρακολουθεῖν ἀνάγκη· καὶ ἄλλα πόσα. δεῖ γὰρ μέλλοντα βιώσεσθαι καθ' ἡδονὴν, πάσας ἐπιθυμίας ὀρέξεις ἁπάσας ἀναπλεῳῶ. ἢ τί φῄς; Τ Υ. καὶμοὶ δοκεῖ. Π Α. Οἴκοι τῷ μὲν συχνὰ κεκτημένῳ, ἴσως τοῦτο παρέχει. τῷ δὲ ὀλίγα, καὶ μηδὲν οἰκέτι ὥστε πένης οὐκ ἂν σοφὸς γένοιτο, οὐδὲ ἐφικνοῖτο τοῦ τέλους· λέγω δὲ τοῦ ἡδέως. ἀλλ' οὐδὲ μὴν ὁ πλούσιος, ὁ περὶ τῆς οὐσίας ἀφθόνως ταῖς ἐπιθυμίαις χορηγῶν, δυνήσεται τοῦδε ἐφικέσθαι. τί δήποτε; ὅτι πᾶσα ἀνάγκη τὸν ἀναλίσκοντα τὰ ἑαυτοῦ πολλαῖς περιπίπτειν ἀνδίαις. τοῦτο μὲν, τῷ μαγείρῳ κακῶς σκευάσαντι τὸ ὄψον μαχόμενον, ἢ εἰ μὴ μάχοιτο, φαῦλα παρὰ τοῦτο ἐσθίοντα τὰ ὄψα, καὶ τοῦ ἡδέως ὑστερεῖν. C D

τοῦτο

τῦτο δέ, τῷ οἰκονομοῦντι τὰ πρὸς τὴν οἰκίαν, εἰ μὴ καλῶς οἰκονομεῖν, μαχόμενον. ἢ οὐχ οὕτω; ΤΥΧ. νὴ Δία καμοὶ δοκεῖ. ΠΑΡ. τῷ μὲν Ἐπικούρῳ, πάντα ξυμβαίνειν εἰκὸς, ὥστε οὐδέποτε τεύξεται τῆς τέλους· τῷ δὲ παρασίτῳ, οὔτε μάγειρός ἐστιν, ᾧ χαλεπήνῃ, οὔτε ἀγρὸς, οὔτε οἰκονόμος, οὔτε ἀργύρια, ὑφ' ὧν ἀπολογούμενος ἀχθεσθείη, καὶ πάντα ἔχει, ὥστε καὶ φαγοι καὶ πιοι, μόνος σχεδὸν μηδενὸς, ὧν ἐκεῖνος, ἀνάγκη ἐνοχλούμενος. ἀλλ' ὅτι μὲν τέχνη ἐστὶν ἡ παρασιτικὴ, καὶ πάντων καὶ τῶν ἄλλων ἱκανῶς δέδεικται. λοιπὸν, ὅπως καὶ ἀρίστη δεικτέον, καὶ τοῦτο οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ πρῶτον μὲν, ὅτι κοινῇ πασῶν διαφέρει τῶν τεχνῶν· εἶτα ὅτι καὶ ἰδίᾳ ἑκάστης. κοινῇ μὲν οὖν ἁπασῶν οὕτω διαφέρει. πάσης γὰρ τέχνης ἀνάγκη πρόσαντες μάθησιν, πόνον, φόβον, πληγάς, ἄνευ γὰρ τούτων οὐκ ἔστιν ὅστις οὐκ ἂν ἀποδύσαιτο. τούτων δὲ τῶν τέχνων, ὡς ἔοικε, μόνῳ ἔξεστι μανθάνειν, ἄνευ πόνου. τίς γὰρ πώποτε ἀπὸ δείπνου ποτὲ ἀπῆλθε κλαίων, ὥσπερ τινὰς ἐκ τῶν διδασκάλων ὁρῶμεν; τίς δ' ὅτι δεῖπνον ἀπιών, ὤφθη σκυθρωπὸς, ὥσπερ οἱ εἰς διδασκαλεῖα φοιτῶντες; καὶ μὴν ὁ μὲν πάσσιτος, ἐκὼν αὐτὸς ὅτι δεῖπνον ἔρχεται, μάλιστα ὀπτῶμεν τῆς τέχνης, οἱ δὲ τὰς ἄλλας τέχνας μανθάνοντες, μισοῦσιν αὐτάς· ὥστε ἔνιοι δι' αὐτὰς ἀποδιδράσκουσι. τί δὲ ὁ κάκεῖνο ἐνενοήσατε ὅτι δεῖ, ὅτι καὶ τοὺς ἐν ἐκείναις ταῖς τέχναις παιδοτρίβας, οἱ πατέρες καὶ μητέρες τοῦτοις τιμῶσι μάλιστα, οἷς καθ' ἡμέραν καὶ τὸν παράσιτον; Καλῶς, νὴ Δία, ἔγραψεν ὁ παῖς, λέγοντες, δότε αὐτῷ φαγεῖν· οὐκ ἔγραψεν ὀρθῶς, μὴ δότε. οὕτω τὸ πρᾶγμα καὶ ἔντιμον, καὶ ἐν τιμαῖς μέγα φαίνεται. καὶ μὴν αἱ ἄλλαι τέχναι, ὃ ὕστερον τοῦτο ἔχουσι, μετὰ τὸ μαθεῖν, καὶ τοῖς καρποῖς ἡδέως ἀπολαμβάνουσι· πολλοὶ γὰρ, καὶ ἔρρωσο εἶμος ἐς αὖτο.

A Aut iam illi cum domus præfectò rem familiarem indiligenter accurante delitigandum eſt. An verò hæc ita ſe non habent? TYC. Per Iouem idem quoque mihi videtur. PARAS. Hæc ergo omnia vt Epicuro accidant neceſſe eſt: itaque nunquam voluptatis fine miſer ille potietur. At verò paraſito neque cocus eſt vllus cui propter incuriam iraſceretur, neque ager, neque villicus, neque argentum, quorum nomine famuli excuſationem perferens doleret: & tamen omnia habet, vt edat & bibat, ſoli illi nulla re exiſtente qua vt Epicurus perturbaretur. Iam quòd ars ſit paraſitica, & ex his iam dictis, atque aliis, ſatis ſupérque oſtenſum eſt. Reliquum eſt vt planum faciam quàm ſit etiam omnium optima, & hoc quidem non ſimpliciter, ſed primùm declarabo quàm communiter omnes alias artes ſua anteire ſoleat præſtantia: deinde quàm etiam priuatim præcellat cæteras. Communiter ad hunc modum præſtat aliis. Etenim vniuſcuiuſque artis ſtudium, diſcendi adducere laborem, timorem ac verbera neceſſe eſt: quæ qui non deprecetur, nullus vnquam inuentus eſt. Hanc verò artem cuius ego profeſſor ſum, ſolam, vt videtur, licet ſine labore perdiſcere. Quis enim vnquam à conuiuio flens digreſſus eſt, veluti quoſpiam videmus pueulos à præceptoribus diſcedere? Quis proficiſcens ad conuiuium vnquam triſtis atque ſeuerus conſpectus eſt, quemadmodum illi qui ludos literarios frequentare ſolent? Atqui paraſitus ſua ſponte, atque adeò volens ad cœnam vadit, artis conſequendæ omnium cupidiſſimus. Cæteri verò qui aliis artibus perdiſcendis nauant operam, eaſdem proſequuntur odio, ita vt nonnulli aufugientes, artes ſuas ſumma deteſtatione repudient. Et cur non hoc quoque conſiderandum tibi venit, quòd eos qui in aliis artibus feciſſent aliquod operæpretium, parentes his potiſſimùm honorare ſolent, quibus paraſitum quotidie cohoneſtant? Elegantes, ita me Dij ament, inquiunt, puer pinxit literas, date illi quod edat: malignas literarum notas deſcripſit, nihil date illi. Adeò res & honore penſanda, & ſupplicio punienda eſſe videtur. Quinetiam cum cæteris artibus ita comparatum eſt, vt primum hoc poſterius habeant, poſtquam iam multo ſudore paratæ ſunt, dulcem & expetitum voluptatis fructũ ſubminiſtrant ſuis cultoribus, ad quam rem multa eſt via, nec minùs aſpera.

Cæterùm ſola ex omnibus paraſitica ſta-
tim initio inter diſcendum arte ſua frui-
tur, ac ſimul atque incepta fuerit, quan-
tocyus eſt in quæſtu. Præterea reliquæ
artes non ſaltem aliquæ, ſed omnes ſimul
tantùm victus conquirendi gratia inuen-
tæ ſunt: at paraſito actutum parata eſt ali-
mẽtorum felix copia, ſimul atque artem
exorſus fuerit. An verò non animaduer-
tis agricolam agros colere non colendi
gratia, & fabrum fabricare non fabrican-
di gratia? At paraſitus nihil ſectatur aliud,
ſed hoc ipſum quod illius negotium eſt,
& cuius gratia ei negotio intentus eſt. At
hæc cui obſcura ſint, neminem eſſe arbi-
tror, quòd ij qui reliquarum artium exer-
cendo tractant commercia, per omne
tempus afflicti laboribus viuunt ærum-
nosè atque infeliciter, ac vix vnũ atque
alterum diem feſtum per menſem agunt,
propterea quòd ciuitates aliàs quidẽ per
annum, aliàs per menſem indicta ſolen-
nitate dies feſtos agere ſoleant, & tunc
animo remiſſiore lætari dicuntur: at pa-
raſitus ferè ſingulos ſemper triginta dies
agit in otio. Omnes enim dies illi viden-
tur ſacri deorum numinibus. Præterea
quibus conſilium aut animus eſt reliquis
vti artibus cum aliqua laude & exiſtima-
tione, illi tenui frugalíque victu & potu
vtantur neceſſe eſt, tanquam qui morbis
decumbũt impliciti. Nam qui victu pau-
lo copioſiore, potúque largiore ſeimet in-
uitat & oblectat, ille ſtudio minimè eſt
accommodus. Accedit his, quòd reliquæ
artes, ſine inſtrumẽtis, magiſtro ſuo nihil
fructus afferre poſſunt. Neque enim ci-
tra tibiam tibia canere, neque citra ly-
ram pſallere, neque abſque equo equita-
re quiſquam poteſt. Porrò hæc vſque ad-
eo bona eſt, adcóque non onerosa artifi-
ci, vt omnibus etiam inſtrumentis caren-
ti, tamen victum largè ſuppeditet, eáque
commodiſſimè vti poſſit. Et, ſicut vide-
mus, alias artes perdiſcentes, magiſtris
mercedem perſoluimus: hanc autem di-
ſcentes, præmium accipimus. Præterea
aliarum artium omnium ſunt doctores
quidam & profeſſores: cæterùm qui pa-
raſiticam tradat aut doceat, nullus eſt:
ſed quemadmodum Poëſis iuxta Socra-
tem, & ipſa quidem fato quodam acce-
dit. Quinetiam illud apud animũ tuum
expẽdito, quòd alias artes, aut iter facié-
tes aut nauigantes exercere nequeamus, hac verò vti licet & in itinere, & inter nauigandũ. T Y C. Admodum profectò. P A R. Atqui ò Tychiade, reliquæ artes omnes huius opem mihi deſiderare videntur, hæc verò nullius alterius egens eſt adminiculo.

A ἡ δὲ παρασιτικὴ μόνη τῶν ἄλλων ἁπάντων εὐθὺς ἀπολαύει τῆς τέχνης ἐν αὐτῷ τῷ μανθάνειν, καὶ ἅμα τε ἄρχεται, καὶ ἐς τοῦτο ἧκεν. αἱ μὲν γὰρ τῶν ἄλλων τεχνῶν, οὐ πᾶσαι, ἀλλὰ πᾶσαι, ὅτι μόνιον τοῦ βορᾶ γεγόνασιν· ὁ δὲ παράσιτος, οὗπερ ἕνεκα τοῦ βορᾶ ἅμα τοῦ ἄρξασθαι τῆς τέχνης. ἢ οὐκ οἶσθ' ὅτι ὁ μὲν γεωργὸς, γεωργεῖ, ἵνα τοῦ γεωργεῖν ἕνεκα, καὶ ὁ τέκτων, τεκταίνεται, ἵνα τοῦ τεκταίνεσθαι ἕνεκα· ὁ δὲ παράσιτος, οὐχ ἕτερον μέν τι διώκει, ἀλλὰ ταὐτὸ καὶ ἔργον ἐστὶν αὐτῷ, καὶ οὗ ἕνεκα γίγνεται. καὶ μὲν σχεδόν γε οὐδείς ἐστιν
B ὅστις οὐκ ἐπίσταται, ὅτι οἱ μὲν τὰς λοιπὰς τέχνας ἐργαζόμενοι, τὸν μὲν ἄλλον χρόνον παλαιπωροῦσι, μίαν δὲ ἢ δύο μόνας τοῦ μηνὸς ἡμέρας ἱερὰς ἄγουσι. καὶ αἱ πόλεις ἤ, τὰς μὲν, δι' ἔτους, τὰς δὲ, ἐμμήνους ἑορτὰς ἄγειν τίθεσθαι, καὶ διφθείρεσθαι λέγεται πότε. ὁ δὲ παράσιτος, τοῦ μηνὸς τὰς τριάκοντ' ἡμέρας ἱερὰς ἄγει· πᾶσαι γὰρ δοκοῦσιν αὐτῷ εἶναι τῶν θεῶν. ἔτι οἱ μὲν βουλόμενοι τὰς ἄλλας τέχνας καταρθοῦν, ὀλιγοπιάσης καὶ ὀλιγοποσίας χρῶνται, καθάπερ οἱ νοσοῦντες. πολυποσίας δὲ, καὶ πολυπιάσης, οὐκ ἔστιν διφθειρόμενον μανθάνειν. καὶ αἱ μὲν ἄλλαι τέχναι, χρεὶς ὀργάνων οὐδαμῶς τοῦ κεκτημένου ὑπηρετῶν δυνάσται· οὔτε γὰρ αὐλῆσαί τινι χρεὶς αὐλῶν, οὔτε ψάλλειν δίχα λύρας, οὔτε ἱππεύειν χρεὶς ἵππου. αὐτὴ δ' ὅπως ἐστὶν ἀγαθὴ, καὶ ἄνευ σκαφῆς τοῦ τέκτονος, ὥστε καὶ παρέχει μηδὲν ἔχοντι ὅπλοις χρῆσθαι αὐτῇ. καὶ, ὡς ἔοικε, τὰς ἄλλας τέχνας μανθάνομεν, μισθὸν διδόντες, ταύτην δ', λαμβάνοντες. ἔτι τῶν μὲν ἄλλων τεχνῶν εἰσὶ διδάσκαλοι
D πολλοὶ, τῆς δὲ παρασιτικῆς οὐδείς, ἀλλ' ὥσπερ ἡ ποιητικὴ κατὰ Σωκράτην, καὶ αὐτῇ τινὶ μοίρᾳ παραγίγνεται. κἀκεῖνο δ' σκόπει, ὅτι τὰς μὲν ἄλλας τέχνας ἐκδύοντες, ἢ πλέοντες, ἢ δυνάμεθα διαφυλάττεσθαι. ταύτην δὲ ἔστι χρῆσθαι καὶ ἐν ὁδῷ, καὶ πλέοντι. T Y. πάνυ μὲν οὖν. Π A. καὶ μήν, ὦ Τυχιάδη, αἱ μὲν ἄλλαι τέχναι, δοκοῦσί μοι ταύτης ἐπιθυμεῖν, αὐτὴ δὲ, οὐδενὸς ἑτέρας.

ΤΥ. τί δὲ ὄχ οἱ τὰ ἀλλότρια λαμβάνον- A
τες, ἀδικεῖν σοι δοκοῦσι; ΠΑ. πῶς γὰρ οὔ;
ΤΥ. πῶς οὖν ὁ παράσιτος τὰ ἀλλότρια
λαμβάνων, οὐκ ἀδικεῖ μόνος; ΠΑ. οὐκ
ἔγω λέγω. τὴν μὲν τῶν ἄλλων τεχνῶν αἱ ἀρ-
χαὶ φαῦλαί τινες, καὶ ἀτελεῖς εἰσι, τῆς δὲ πα-
ρασιτικῆς ἡ ἀρχή, πάνυ γενναία τις. ὃ γὰρ
ἅπασι λέγουσιν τοῦτο τῆς φιλίας ὄνομα, οὐκ
ἄλλό τι ἔστιν, ἢ ἀρχηγὸν παρασιτικῆς. ΤΥ.
πῶς λέγεις; ΠΑ. ὅτι οὐδεὶς ἐχθρὸν, ἢ ἀγνῶ-
τα αὐθέκαστον, ἀλλ' οὐδὲ σωνήθη μετρίως,
ὅτι δεῖπνον καλεῖ, ἀλλὰ δεῖ τοιοῦτον, οἵ-
μαι, τὸν γνήσιον φίλον, ἵνα κοινωνὸν ποιη- B
σῶν, καὶ τραπέζης, καὶ τῆς τέχνης ταύτης
μυσταγωγόν. ἐγὼ γοῦν πολλάκις ἤκουσα τινῶν
λεγόντων, ποταπὸς δὲ οὗτός ἐστιν ὁ φίλος, ὅστις οὐ
βέβρωκεν, οὐδὲ πέπωκε μεθ' ἡμῶν; ὡς δη-
λονότι τὸν συμπίνοντα, καὶ συνεσθίοντα, μό-
νον πιστὸν ἡγουμένων φίλον. ὅπου γε μὲν ἡ βα-
σιλικωτάτη τῶν τεχνῶν ὄστις αὕτη, μαθοις
ἂν καὶ ἐκ τῶν δεῦρο ἐλθόντων. τὰς μὲν γὰρ λοι-
πὰς τέχνας, οὐ μόνον κακοπαθοῦντες, καὶ
ἱδρωτῶντες, ἀλλά, νὴ Δία, καθήμενοι, καὶ C
ἑστῶτες ἐργάζονται, ὥσπερ ἀμελῆ δοῦλοι τῶν
τεχνῶν. ὁ δὲ παράσιτος, μεθαρμοσάμενος τὴν
αὐτοῦ τέχνην, ὡς βασιλεὺς κατακείμενος.
ἐκεῖνα μὲν γὰρ ἃ δεῖ λέγειν ἔξω τῆς βδ-
δαιμονίας αὐτοῦ, ὅτι δὴ μόνος κατὰ τὸν σο-
φὸν Ὅμηρον οὔτε φυτεύει χερσὶ φυτὸν, οὔ-
τε ἀρότρῳ, ἀλλὰ τὰ ἄσπαρτα, καὶ τὰ αὐτό-
ματα πάντα νέμεται. καὶ μὲν ῥητορά τε,
καὶ γεωμέτρην, καὶ χαλκέα, οὐδὲν κωλύει
τὴν ἑαυτοῦ τέχνην ἐργάζεσθαι, ἐάν τε πο-
νηρὸς, ἐάν τε καὶ μοχθηρὸς ᾖ, παράσιτεῖν δι-
οὐδεὶς δύναται ἢ μοχθηρὸς ὤν, ἢ πονηρός. D
ΤΥΧ. παπαί. οἵαν χρῆμα ἀποφαίνῃ τὴν
παράσιτικήν· ὥστε καὶ αὐτός ἤδη βούλεσθαί
δοκῶ μοι παράσιτος εἶναι αὐτὴν τοῦτον ὃς εἰμι.
ΠΑΡ. ὡς μὲν τοίνυν κοινὴ πάντων ἀφε-
φέρει, δεδεῖχθαί μοι δοκῶ. φέρε δὴ ὡς καὶ
κατ' ἰδίαν ἑκάστης ἀφαφέρει, σκοπῶμεν.
ὃ μὲν δὴ τὰς βαναύσους τέχνας παρα-
καλῶν αὐτὴν, αἰσχρὸν ὄντως· καὶ μᾶλλόν
πως καταγέλαστος ὁ ἄξιωμα τῆς τέχνης.

TYC. Quid autem? nonne qui alienas
res accipiunt, tibi iniustè agere videtur?
PAR. Et quî non? TYC. Quomodo
ergo parasitus aliena accipiens, solus ex-
tra iniusti noxiam habendus est? PAR.
Huius quæstionis causſam tibi non pos-
sum reddere: verùm aliarũ artium prin-
cipia plerunque sunt vilia atque simpli-
cia, parasiticæ autem principium admo-
dum generosum & illustre est. Etenim o-
mnibus modis iactatum ac tritum illud a-
micitiæ nomen, nõ inueneris aliud quàm
parasiticæ esse auspicium. TYC. Quo-
modo dicis? PAR. Quoniam nemo ini-
micum aut ignotum hominẽ, sed ne me-
diocriter quidem familiarem ad cœnam B
vocat: sed necessarium est vt antè cum il-
lo amicitiam contraxerit, quàm eum li-
bationis & mensæ participem fecerit, at-
que ad huius artis mysteria admiserit. Au-
diui ego læpenumero dicẽtes quospiam,
Cuiusmodi ille amicus est, qui neque e-
dit neque bibit vnquam nobiscum? quasi
eum qui vnà cibum capiat atque combi-
bat, solum fidum amicum esse existimẽt.
Quòd autem ars sit omnium præstantis-
sima, inde facillimè poteris cognoscere.
Etenim artes reliquas non tantùm graui-
ter laborantes, & sudore perfluentes, sed
per Iouem sedentes aut stantes exercent,
quasi artibus seruiliter mancipati sint: at
parasitus veluti addicto mancipio sua ar-
te vtitur, veluti rex accumbẽs otiosus ab
animo. Illa autem quorsum recensere at-
tinet, certissima felicitatis parasiticæ do-
cumenta, quòd solus iuxta sapiẽtem Ho-
merum, neque vllam plantam inserit ma-
nibus, neque terram versat aratro, sed ci-
tra arationem, citráque sementem omnia
parasitando consequitur? Præterea rhe-
tori aut mathematico aut fabro ærario
nihil obstare video quominus artem
suam exerceat, etiamsi improbus fuerit
aut morio: porrò autem parasitum agere
nemo potest, qui aut stultus fuerit, aut
improbis moribus. TYC. Papæ! cuiusmodi rem ostendisti esse parasiticam! Ita-
que & me iam eà inuasit libido, vt para-
situs esse cupiam pro eo qui nunc in præ-
sens sum. PARA. Itaque quemadmo-
dum omnibus aliis artibus potior sit
parasitica communiter, abundè mihi
demonstratum esse opinor. Age nunc
deinceps quomodo priuatim quoque
excellat singulas, considerabimus. Vt
autem hanc cum mechanicis aut manuariis artibus conferam, ineptum mihi esse
videtur, aut potiùs eius qui huiusce artis dignitatem indignis modis subuerteret.

Sed illud potiùs, quomodo maximas atque pulcherrimas ſua præſtantia exuperet, demonſtrandum eſt. Eſt autem in confeſſo apud omnes, rhetoricam atque philoſophiam cæteris longè celebriores haberi, quas plerique propter generoſitatem atque cognitionem omnibus anteponunt. Proinde poſteaquam oſtendero & his lõgè potiorem eſſe paraſiticam, ſatis conſtabit eandem quoque cæteris artibus vniuerſis longè latéque præſtare, *Odyſſ. ζ.* veluti Nauſicaa corporis venuſtate atque proceritate omnes præcellebat famulas. Equidem communiter vtraſque excellenter anteit, & rhetoricam, & philoſophiam. Primùm quantum attinèt ad artis ſubſtantiam. Illa enim ſubſiſtit, hæc verò minimè. Neque enim de rhetorica *Quintil. lib. 2. c. 17.* eadem omnium eſt ſententia, neque eandem idem omnes eſſe ſentimus, ſed nonnullis ars eſſe videtur, nonnullis ab arte ſeiuncta. Plerique etiam prauitatẽ quandam artis ſeu impoſturam eſſe exiſtimãt, alij aliud. Haud alia eſt hominum de philoſophia diſputantium opinio. Aliter enim Epicuro res philoſophicæ habere videntur, aliter Stoicis, aliter Academicis, ſecus quoque Peripateticis. Et quid multis opus eſt? Omnino alius aliam rem philoſophiam eſſe contendit & comminiſcitur: & ad hunc vſque diem neque illi ſuã obtinent ſententiam, neque ars illorum vna eſſe videtur. Ex quibus omnibus hãc mihi coniecturam facere licet, quòd ſtatim ſub initium illam artem eſſe negem, cuius nulla eſt ſubſtantia: quoniam cur tandem arithmeticam vnam eſſe videmus, quàm quòd bis duo & apud nos & apud Perſas ſint quatuor, nec diſcrepant hæc neque apud Græcos, neque apud Barbaros? At philoſophias varias atque multiplices eſſe videmus, prẽterea neque fines neque principia illarum cõcordare. TYC. Vera dicis. Etenim vnam philoſophiam eſſe aſſeueranter affirmant, ipſi verò multarum ſunt auctores. PAR. Atqui in reliquis artibus, quanquã nonnihil diſcreparet, quiſpiam verò progreſſus illud ignoſcendum eſſe contenderet, propterea quòd alioqui perfectæ eſſent, earúmque cognitiones nõ forent ambiguæ aut mutabiles, certè ille repudiãdus non eſſet. At philoſophiam quis tanquam neceſſariam ſuſtineret vnam & ſimplicem non exiſtentem, ac ferè vbique ipſam ſecum diſcrepantem, longè magis quàm inſtrumenta quæ ſunt diuerſiſſima? Siquidem non eſt vna philoſophandi ſcientia aut ratio, poſtquam innumeras eſſe conſpicio.

A ἀπ γε μὲν τὴν μεγίστων καὶ καλλίστων τεχνῶν διαφέρῃ, δεικτέον. ὡμολόγηται γὰρ δὴ παρὰ πάντων, τὴν τε ῥητορικὴν, καὶ τὴν φιλοσοφίαν, αἷς διαφέρουσι καὶ ἐπιφανέστατα εἶναι δοκοῦσιν. ἐπειδὴ γοῦν καὶ τούτων ἀποδείξαιμι τὴν παρασιτικὴν πολὺ κρατοῦσαν, φανερὸν ἔσται τὴν ἄλλων τεχνῶν δόξῃ προφερεστάτην, καθάπερ ἡ Ναυσικὰα τὴν θεραπαινίδων. κοινῇ μὲν οὖν ἀμφοῖν διαφέρῃ, καὶ τῆς ῥητορικῆς, καὶ τῆς φιλοσοφίας, πρῶτον κρῖναι τὴν ὑπεροχὴν. ἡ μὲν γὰρ ὑφέστηκεν, αἱ δὲ, οὔ. οὔτε γὰρ B καὶ τὴν ῥητορικὴν ἔστι, καὶ ὃ αὐτὸ νομίζομεν, ἀλλ' οἱ μὲν, τέχνην, οἱ δὲ, πανάπτον, ἀτεχνίαν, ἄλλοι δὲ, κακοτεχνίαν, ἄλλοι δὲ, ἄλλό τι. ὁμοίως δὲ καὶ τὴν φιλοσοφίαν καθ' ταὐτὰ, καὶ ὡσαύτως ἔχουσαν. ἑτέρως μὲν γὰρ Ἐπικούρῳ δοκεῖ τὰ πράγματα ἔχειν, ἑτέρως δὲ, τοῖς ἀπὸ τῆς Στοᾶς, ἑτέρως δὲ, τοῖς ἀπὸ τῆς Ἀκαδημίας, ἑτέρως δὲ, τοῖς ἀπὸ τοῦ Περιπάτου, καὶ ἁπλῶς, ἄλλος ἄλλην ἀξιοῖ τὴν φιλοσοφίαν εἶναι. καὶ μέχρι γε νῦν, οὔτε οἱ αἰεὶ γιγνόμενοι κρατοῦσιν, οὔτε αὐτὴν ἡ τέχνη μία φαίνεται. ἐξ ὧν C δηλονότι πεκμήρεσθαι καθαλείπεται. ἐρῶ γὰρ φημι μήτε εἶναι τέχνην, ἧς οὐκ ἔστιν ὑπόστασις. ἐπεὶ τί δὴ ποτε ἀριθμητικὴ μὲν, μία ἐστὶ καὶ ἡ αὐτὴ, καὶ δὶς δύο παρ' ἡμῖν, καὶ παρὰ Πέρσαις, τέσσαρά ἐστι, καὶ συμφωνεῖται καὶ παρὰ Ἕλλησι, καὶ βαρβάροις; φιλοσοφίας δὲ πολλὰς καὶ διαφόρους ὁρῶμεν, καὶ οὔτε τὰς ἀρχὰς οὔτε τὰ τέλη σύμφωνα πάσων. ΤΥ. ἀληθῆ λέγεις. μίαν μὲν γὰρ τὴν φιλοσοφίαν εἶναι λέγουσιν· αὐτοὶ δὲ αὐτῶν ποιοῦσι πολλάς. D ΠΑΡ. καὶ μὴν τὰς μὲν ἄλλας τέχνας, εἰ καί τι κατ' ταύτας ἀσύμφωνοι εἶεν, καὶ προέλθοι τις συγγνώμης ἀξιώσας, ἐπεὶ μίαν γε δοκοῦσι, καὶ αἱ καθαλήψεις αὐτῶν οὐκ εἰσὶν ἀμεταπτώτως, προσδεκτέος ἂν εἴη. φιλοσοφίαν δὲ τις ὡς ἀληθῆ, αἰσχροῦ μὴ μίαν εἶναι, καὶ μηδὲ σύμφωνον αὐτὴν ἑαυτῇ μᾶλλον τῶν ὀργάνων. μία μὲν οὖν ἔστι φιλοσοφία, ὅπῃ ὁρῶ καὶ ἅπερ οὖσαν.

πολλαὶ δὲ οὐ δυνάσται εἶ), ἐπειδήπερ ἡ φι- A
λοσοφία μία. ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τῆς ὑποστάσεως τῆς ῥητορικῆς ταῦτα φαίη τις ἄν. ὃ γὰρ περὶ ἑνὸς προκειμένου ταὐτὰ μὴ λέγειν ἅπαντας, ἀλλὰ μάχεσθαι εἶ) φορᾶς αἰτιῶδες, ἀπόδειξις μεγίστη τοῦ μηδὲ τὴν ἀρχὴν εἶ) τοῦτο, οὗ μία κατάληψις οὐκ ἔστι. τὸ γὰρ ζητεῖν ὅ, τί μᾶλλον αὐτῆς ἐστι, καὶ ὅ μηδέποτε ὁμολογεῖν μίαν εἶ), τοῦτο αὐτὴν αἱρεῖ τὴν ζητουμένου τὴν οὐσίαν. ἡ μέντοι παρασιτικὴ οὐχ οὕτως ἔχει, ἀλλὰ καὶ ἐν Ἕλλησι καὶ ἐν βαρβάροις μία ἐστὶ, καὶ κατὰ ταὐτὰ, καὶ ὡσαύτως. καὶ σὲ ἂν εἴποι τις B
οὐδ' ὅτι πέπονθεν αὐτὸς ὁ παῖς εἰδότα, οὐδ' ὅποι κεχώρηκε, μᾶλλον δὲ οὐδὲ τὸν βίον αὐτοῦ ἐξεπάσματα ὁποῖός ἐστιν. οὐ γὰρ ἂν πῃ δοκεῖ αὐτῷ μετάσασιν ὡς τι τῶν δεινῶν ἐδυσχέρανεν. εἶπον δ' ἂν οὕτω πρὸς αὐτὸν ὁ παῖς, πρᾳοτησάμενος τὸν Αἰακὸν καὶ τὸν Αἰδωνέα πρὸς ὀλίγον τῆς ὀργῆς ὑποφύλαξαι, καὶ τὸν πατέρα παῦσαι μαινόμενον, Ω κακόδαιμον ἄνθρωπε, τί κέκραγας; τί δέ μοι πρόσκεισαι σκώμματα; παῦσαι πλήθοντος τοῦ κόμου, καὶ ὃ πρόσωπον ὀξὺ ὑπὸ πολιᾶς ἀμύαστον· τί μοι λοιδορῇ, καὶ ἄθλιον ἀποκαλεῖς, καὶ δυσμενέστερον, πολὺ σοῦ βελτίω, καὶ μακαριώτερον γεγονότα; ἢ τί σοι δεινὸν πάσχειν δοκῶ; ἢ ὅτι μὴ τοιοῦτος ἥρως ἐγήρασα, οἷος εἶ σύ, φαλακρὸς μὲν τὴν κεφαλήν, τὸν δὲ ὄφιν ἐρρυπιδωμένος, κυφός, καὶ τὰ γόνατα ἰωδης, καὶ ὅλως, ὑπὸ τοῦ χρόνου σαθείς, πολλὰς πεπαικὼς, καὶ Ὀλυμπιάδας ἀπαπλήσας, καὶ τὰ τελευταῖα δὴ τῶν, τοῦτο παίων ὅτι ποσοστῶν μυρίων; ὦ μάταιε, τί σοι χρήσιμον οἴει δοκεῖν περὶ τὸν βίον, οὗ μηκέτι μεθέξομεν; ἢ τοὺς πότους ἐρᾷς δηλονότι, καὶ τὰ δεῖπνα, καὶ ἐσθῆτα, καὶ Ἀφροδίσια; καὶ δέδοικας μὴ τούτων σὲ δεὶς ἡμῶν ἀπολώμεθα; σὺ δὲ νοῦς δὲ ὅτι σὺ μὲν ἀφῇς, πολὺ κάλλιον τὸ πῖν, καὶ τὸ μὴ πεινῆν, τοῦ φαγεῖν, καὶ τὸ μὴ ῥιγοῦν, τοῦ ἀμπεχόνης ὑπερφυῆ; φέρε τοίνυν ὅπῃ ἔοικας ἀγνοεῖν, διδάξομαί σε σαφῶς ἀληθέστερον. καὶ δὴ ἀπαλαιῶν ἐξ ὑπαρχῆς, βόα, Τέκνον ἄθλιον, σὲ μὲν ἀφήσεις, σὲ μὲν πεινήσεις, σὲ δὲ ῥιγώσεις, οἴχῃ μοι κακόδαιμον, σὲ φυγὼν τὰς νόσους, οὐ πυρετὸν ἐπὶ διετίαν, οὐ πόλεμον, οὐ τύραννον· σὲ ἔρως σε αἰσθήσεται, οὐδὲ συνουσία παρεμπέψει, σὲ δὲ ἀσθενήσεις ὅπου τοσοῦτον δὶς ἢ τρὶς τῆς ἡμέρας. ὦ τῆς συμφορᾶς, σὲ δὲ καταφρονήσουσι, γέρων γενόμενος, σὲ δ' οὐκ ἐᾷ τοῖς νέοις, βλεπόμενος· ἀλλὰ ταῦτα λέγεις, ὦ πάτερ, σὺ οἶσθα πολὺ ἀληθέστερα, καὶ γελοιότερα ἐκείνων ἐρᾷς; ἀλλὰ ὅρα μὴ πόδε σε αἰσθάνῃ, καὶ ἀφανῆ τὸν πρὸ ἡμῶν ζόφον, καὶ τὸ πολὺ σκότος, κἄπα δέδοκας μὴ σοι ἀποπνιγῶ καταχλωσθεὶς ἐν τῷ μνήματι; χρὴ δὲ πρὸς ταῦτα λογίζεσθαι ὅπως ὀφθαλμοὺς ἀφαιρεθέντες, ἢ καὶ, νὴ Δία, κἀντων μετ' ὀλίγον, εἶτα καθσαί με διεγνώκατε, οὔτε σκότος, οὔτε φῶς ὁρᾶν δεησόμεθα.

A neque quid acciderit ipſi filio, neque quò conceſſerit, imò cùm ne ſuam quidem ipſius vitam cuiuſmodi ſit, perpenderit. Neque enim alioqui ceu rem acerbam grauiter ferret illum ex hac vita demigraſſe. Filius igitur huic ita reſponderit, exorato Æaco atque Orco, quò liceat tantiſper è ſpecu proferre caput, dum patrem inſanientem compeſcat: Homo infelix quid clamas? Quid mihi moleſtus es? Deſine vellicare comam, ac vultus etiam cutem lacerare. Cur mihi conuitium facis, ac miſerum appellas, & infortunatum, qui iam ſim te multo tum melior, tum felicior? Aut quid acerbi mi-
B hi putas accidiſſe? An quia non ſim factus ſenex talis, qualis es tu, capite caluo, facie rugoſa, incuruus genibus, ſegnis, in ſumma, totus ætate putris, multis expletis triacadibus & Olympiadibus, denique ad iſtum modum delirans apud teſtes tam multos? O demens, quid tibi videtur in vita boni, quo poſthac non ſimus potituri? Nimirum vſuras dicis, ac cœnas, veſtémque, & concubitus: eó- πότους, *compotationes.*
que metuis ne rerum harum inopia pe-
C ream? Non cogitas autem longè bellius eſſe, non ſitire, quàm bibere: non eſurire, quàm edere: non algere, quàm veſtibus abundare? Age igitur, quandoquidem ignarus videris, docebo te lugere veriùs: iámque denuo incepto luctu, clama: Fili miſer, non ampliùs ſities, non ampliùs eſuries, non ampliùs algebis. Periſti mihi infelix, qui morbos effugeris, qui febrem iam non timeas, non hoſtem, non tyrannum. Non amor diſcruciabit te, non auocabit coitus, neque huius rei cauſſa bis aut ter quotidie perdes impenſam. Heu calamitatem, neque contemneris factus ſenex, neque moleſtus eris iuuenibus, ſi quando conſpiciaris. Hæc ſi di-
D xeris pater, an non putas te multo veriora, magíſque ridicula dicturum, quàm iſta quæ modò? At vide ne illud te malè habeat, dum noctem quæ apud nos eſt, magnámque cogitas caliginẽ, proinde metuis ne tibi præfocer, concluſus in monumento. Verùm in his illud oportet perpendere, oculis putrefactis, atque adeò exuſtis (ſiquidem paulo pòſt exurere me decreuiſtis) nihil opus erit nec ad tenebras nec ad lumen inſpiciendum.

Atque iſta fortaſſis vtcunque ferenda: verùm eiulatus iſte veſter quid mihi confert: aut quid iſta pectorum ad tibiæ modos percuſſio? aut quid mulierum immodica lamentatio? Quid autem ſaxum quod ſepulchro imponitur coronis ornatum? Aut quid valet quòd merum infunditis: Num putatis illud ad nos deſtillaturum, & ad Orcum vſque permeaturum? Nam de parentalibus ipſi quoque, ni fallor, videtis, quod ex apparatu potiſſimùm ad nos redire debuerat, id fumo correptum ſurſum in cœlum abire, neque quicquam iuuare nos, qui infernè agimus. Porrò quod ſupereſt, puluis eſt inutilis, niſi creditis nos cinere veſci. Nõ eſt vſque adeo ſterile neque infrugiferum Plutonis regnum, neque nos deſtituit Aſphodelus, vt à vobis cibos huc deportemus. Itaque iuro per Tiſiphonem, iampridem mihi libebat vehementer exclamare ſuper his quæ & faciebatis, & dicebatis, ſed vetabat linteum ac lanæ quibus mihi fauces obligaſtis.

Atq; ita profato mors vltima lumina clauſit.

Sed dicito per Iouem: Si cõuerſus ad eos mortuus ille, loquatur hæc, cubito innitens, an non videbitur rectiſſimè dicturus? Attamen vecordes iſti vociferantur, & accerſito quopiam lamentorum artifice, qui multas antiquas calamitates in vnum congerat, certaminis adiutore & amentiæ chorago abutuntur, vbicunque cœperit ille, ipſi ad melos eiulatu reſpondentes. Verùm quantum ad lamentationes attinet, omnibus eadem eſt ineptiendi cõſuetudo. At deinceps ſepulturæ rationem in varios diuidunt modos. Nam Græcus exurit, Perſa defodit, Indus adipe ſuillo oblinit, Scytha deuorat, muria condit Ægyptius. Atque hic quidẽ (rem à me viſam narro) deſiccatum cadauer, conuiuam & compotorem adhibet. Fit autẽ frequenter, vt Ægyptium aliquem indigentẽ pecuniæ, leuet egeſtate pignus frater aut pater in tempore factus. Nã libationes, pyramides, columnæ, tituli, ad breue tempus duratura, an non ſuperuacanea, & ludicris ſimillima? Sũt verò qui ludos quoque conſtituant ad ſepulchrũ, ac funebres orationes habeant, perinde quaſi patrocinentur ac teſtimonium perhibeant defuncto apud inferos iudices.

Sepultura.

Ludi ſepulchrales.

Α καὶ ταῦτα μὲν ἴσως μέτρια· τί δέ με ὁ κωκυτὸς ὑμῶν ὀνίνησι, καὶ ἡ πρὸς τὸν αὐλὸν αὕτη τετροτυπία, καὶ ἡ τῶν γυναικῶν παρὰ τὸν θρῆνον ἀμετρία; τί δὲ ὁ ὑπὲρ τοῦ τάφου λίθος ἐστεφανωμένος; ἢ τί ὑμῖν δοκοῦσιν ὄφελος τὸν ἄκρατον βάπτειν; ἢ νομίζετε καταχεῖν αὐτὸν πρὸς ἡμᾶς, καὶ μέχρι τοῦ Ἅιδου διήξεσθαι; τὰ μὲν γὰρ ὑπὲρ τῶν καθαλισμάτων καὶ αὐτοὶ ἐρᾶτε, οἷμαι, ὡς ὁ μὲν κοσμιώτατον τῶν προσηκόντων ἐστὶν ὁ καπνὸς ὠφελεῖν, μηδὲν τι ἡμᾶς ὀνήσας πρὸς κάτω· ὃ δὲ καταλιφθὲν, ἢ κόνις, ἄχρηστον, ἐκτὸς εἰ μὴ τιὼ ἀποδόντι ἡμᾶς σιτεῖσθαι πεπιστεύκατε. οὐχ ὕστως ἄπορος, οὐδὲ ἄκαρπος ἡ τοῦ Πλούτωνος ἀρχὴ, ὥστ' ἐπιλεῖψαι ἡμᾶς ὁ ἀσφόδελος, ἵνα πρὸς ὑμῶν τὰ σιτία μεταστέλλωμεθα. ὥστε μοι, μὴ τιὼ Τισιφόνην, πάλαι δὴ ἐφ' οἷς ἐποιεῖτε, καὶ ἐλέγετε, παμμέγεθες ἐπηρὲ αἰανάγγαον διεκώλυσε δὲ ἡ ὀθόνη, καὶ τὰ ἔρια, οἷς μου τὰς σιαγόνας ἀπεσφίγξατε.

Ὡς ἄρα μιν εἰπόντα, τέλος θανάτοιο κάλυψε.

Β Γ

Α Β Γ Δ

Δ

Ὡς Διὸς δὲ, αὖ λέγῃ ταῦτα ὁ νεκρὸς ὀρθογραφεὶς, ἀναπλίνας αὐτὸν ἐπ' ἀγκῶνος, οὐκ αὖ οἰώμεθα δικαίοτατα αὖ αὐτὸν εἰπεῖν; ἀλλ' ὅμως οἱ μάταιοι καὶ βοῶσι, καὶ μεταπεμψάμενοί τινα θρηνῶν σοφιστὴν, πολλὰς συμφορὰς παλαιὰς συμφορᾶς, πρὸς τὸν συναγωνιστὴν, καὶ χορηγὸν τῆς αἰτίας καταχεῦνται ὅποι δὲ ἐκεῖνος ἐξάρχῃ, τοῖς δὲ μέλος ἐπαλάζοντες. καὶ μέχρι μὲν θρηνῶν, ὁ αὐτὸς ἅπασι νόμος τῆς ἀβελτερείας· ὃ δ' ἀπὸ τούτων, διελόμενοι καὶ ἔθνη τὰς ταφὰς, ὁ μὲν Ἕλλην, κάουσιν, ὁ δὲ Πέρσης, θάπτει, ὁ δὲ Ἰνδὸς, ὑάλῳ περιχρίει, ὁ δὲ Σκύθης, κατεσθίει, ταριχεύει δὲ ὁ Αἰγύπτιος. οὗτοί μὲν τοι (λέγω δὲ ἰδὼν) ξηράνας τὸν νεκρὸν, συνόδιόν τε καὶ συμπότην ἐποίησατο, πολλάκις δὲ καὶ δεκάτῳ γε μὴν ἐκ αὐτοῦ Αἰγυπτίῳ, ἔλυσε τὴν ἀπειλὴν, εἰ μὴ ὁ ἀδελφὸς ἢ ὁ πατὴρ χρήσιμος ἐν καιρῷ. κώμαται μὲν γὰρ, καὶ πυραμίδες, καὶ στῆλαι, καὶ ἐπιγράμματα, πρὸς ὀλίγον ἀρκοῦντα, πῶς οὐ περιττὰ, καὶ παιδιᾶς ἐοικότα; καίτοι καὶ ἀγῶνας ἔνιοι διέθεσαν, καὶ λόγους ἐπιταφίους εἶπον ὑπὲρ τῶν μνημάτων, ὥσπερ συναγορεύοντες, ἢ μαρτυρησόντες, καὶ τοῖς κάτω δικασταῖς τοῦ νεκροῦ.

ἐπὶ πᾶσι τούτοις, ὃ πρεπέστατον, καὶ πρῶτον οἱ παρόντες, καὶ ἐκ γειτόνων παρακαλοῦνται τὸν τετελευτηκότος, καὶ πείθουσι χάσασθαι ὡς τάχιστα, μὰ Δί', οὐκ ἀνδρῶν, μὰ Δί', οὐδ' αὐτοῖς αἰσχροῖς δοκοῦντας, ἀλλ' ἤδη ὑπὸ λιμοῦ τρισὶν ἔξω ἡμέραν ἀπηυδηκότας. καὶ μέχρι μοί τινος, ὦ τᾶν, ὀδυρόμεθα; ἔασον αὐτὰ παύσασθαι τοὺς τοῦ μακαρίτου δαίμονας. εἰ δὲ χρὴ ὅ τι πρῶτον κλαῦσαι διέγνωκας, αὐτό τε τούτου ἕνεκα χρὴ μὴ ἀπόσιτον εἶναι, ἵνα καὶ δικαιότερον πρὸς τὸν πένθους ὃ μέγεθος. τότε δὴ τότε καὶ ἀπρεπῶν ῥαψῳδοῦνται δύο τοῦ Ὁμήρου στίχοι.

Καί γάρ τ' ἠύκομος Νιόβη ἐμνήσατο σίτου. καὶ,

Γαστέρι δ' οὔπως ὀΐομεν νέκυν πεπάσθαι Ἀχαιούς.

οἱ δὲ, ἀπορροῦνται μέν, αἰσχυνόμενοι δὲ τὰ πρέποντα, καὶ δεδιότες, εἰ φανοῦνται μετὰ τοῦ πολλοῦ τοῦ φιλοπάτωρ τοῖς ἀδελφικοῖς πάθεσιν ἐμμένοντες. ταῦτα, καὶ πολὺ τούτων γελοιότερα λέγει τις ἂν ὑπιτηρῶν ἐν τοῖς πένθεσι γιγνόμενα, ἅτε τοῦ τοῖς πολλοῖς τὸ μέγιστον τῶν κακῶν τὸν θάνατον οἴεσθαι.

A Post hæc omnia supereſt exequialis cœna. Iámque adſunt neceſſarij, vt defuncti parentes conſolentur, ſuadéntque vti cibum capiant: quanquã illi per Iouem nõ illibentes ad id compellũtur, quippe perpetuum iam triduum enecti fame. Et quouſque quæſo flebimus? Sine quieſcãt Plutonis manes. Quòd ſi tibi deliberatũ eſt omnino flere, vel ob hoc ipſum cibus eſt capiendus, quò tanto luctui par eſſe poſſis. Tum denique, tum ex omnibus contexuntur duo verſus Homerici: *Cæna exequialis.*

Nam capit meminiſſe cibi Niobe auricapilla.

B Tum illud:

Vita defunctos flere haud ſinit aluus Achiuos.

At capiunt quidem illi, ſed initiò pudibundi, verentéſque ne poſt charisſimorũ obitum videantur adhuc affectibus humanis commoueri. Hæc atque his longè magis ridicula reperiet, quiſquis obſeruarit ea quæ fiunt in luctu, propterea quòd vulgò exiſtiment mortem ſummum eſſe malum.

ΡΗΤΟΡΩΝ ΔΙΔΑΣΚΑΛΟΣ.

RHETHORVM PRÆCEPTOR.

Bilibaldo Birckeimero interprete.

ARGVMENTVM.

Inſectatur hoc ſcripto Lucianus corruptam ſuorum temporum eloquentiam, & affectatum dicendi genus eorum qui ſe maximè facundos eſſe, atque egregiè perorare exiſtimant, cùm verba quædam ex vltima vetuſtate repetita, & vix ipſi Euandri matri intellecta, orationi paſſim admiſcent, aut veriùs infarciunt: quales fuerunt noſtra ætate non pauci cùm apud Germanos alicubi, tum præcipuè apud Italos, quibus maximè ea cura fuit ita loqui, vt à nemine intelligerentur. In quorum gratiam & ſuperioribus annis dialogus ille qui Volſcorum & Oſcorum titulo ferebatur, editus apparet. Cæterùm ipſa oratio didaſcalica eſt. Duas enim vias ad eloquentiam conſequendam, adoleſcenti, à quo (vt fingitur) ad id impulſus fuerat, præſcribit: Priorem quidem aſperam ac duram, & vix longo tempore peragendam, cæterùm veram ac rectam, quam non modo ad eloquentiam, verùm ad omnem virtutem parandam, ingredi opus eſt ei qui volet vel mediocrem laudem aſſequi. Alteram autem planam & expeditam, ſed quæ ad improbitatem & petulantiam, non virtutem, perducat: quam ipſe ironica quadam epitrope commendat, ac adoleſcenti obeundam proponit, ſcilicet ad temporum ſuorum morem alludens, quibus vt quiſque indoctiſſimus & impudentiſſimus erat, ita pro præcipuo ac ſummo habebatur. Vtrique autem viæ doctorem quendam addit: alterum videlicet, ea quæ recta ſunt, & ad ipſam rem pertinent, monentem: alterum autem, quæ ad arrogantiam, improbitatem & temeritatem ſpectant, veriúſque rabulam ac ſycophantam aliquem quàm oratorem efficiunt, docentem: qui primò quidem, quæ de ſe ipſo afferre conueniat diſcipulum, præcipit: deinde quibus maximè ſtudere publicè, primùm in affectandis verbis, & componenda oratione, deinde inter agendum, & in foro, & in frequentia hominum; poſt hæc priuatim quoque, & domi inter ſuos idem debeat, docet. Quæ omnia eiuſmodi ſunt, vt mores ac vitia illorum temporum planè referant, quemadmodum cùm ex aliis pleriſque, tum ex Quintiliano multis in locis idem animaduertere licet, qui ipſe quoque huiuſmodi affectatores & arrogantes non ſemel perſtringit. Exemplum autem talis oratoris qualem hîc deſcribit, ſuprà in Lexiphane expreſſum habes, & hodie in multis coràm & ob oculos videre licet.

ἐπὶ τῷ δυσβάτων καὶ ὀλισθηρῶν τῶν κρημνῶν μόλις ἀέρποντας, ἀποκυλιομένους ἔστι κεφαλὴν σίοτε, καὶ πολλὰ τραύματα λαμβάνοντας τοῖς τραχείαις ταῖς πέτραις· οὐ δὲ τοσοῦτον ἄνω ἐστεφανωμένος, δαιμονιέστατος ἔσῃ, ἅπαντα σὺ βεβαίως ὅσα ἔστιν ἀγαθὰ τοῦδε τῆς ῥητορικῆς μονονουχὶ καθεύδων λαβών. Ἀλλ' ἵνα μὴ δὴ ὑποπτεύσῃς, οὕτω μεγάλη, ἀλλὰ τοσοῦτος Φιλίου Διὸς, μὴ ἀπιστήσῃς, εἰ ῥᾷστά τε ἅμα καὶ ἥδιστά σοι ταῦτα ἐπιδείξειν φαμέν. Εἰ γὰρ Ἡσίοδος μὲν ὀλίγα φύλλα ἐκ τοῦ Ἑλικῶνος λαβὼν, αὐτίκα μάλα ποιητὴς ἐκ ποιμένος κατέστη, καὶ ἤδε θεῶν καὶ ἡρώων γένη, κάτοχος ἐκ Μουσῶν γενόμενος· ῥήτορα δὲ, ὃ πολὺ ἔστερκται τῆς ποιητικῆς μεγαληγορίας ὄντι, ἐν βραχεῖ καταστῆναι ἀδύνατον, εἴ τις ἐκμάθοι τὴν ταχίστην ὁδὸν, ὡς ἔγωγε καὶ διηγήσασθαί σοι βούλομαι Σιδωνίου τινὸς ἐμπόρου ἀπίστοις, διὰ ἀπιστίαν ἀτελῆ γενομένην, καὶ τῷ ἀκούσαντι αἰόντως. Ἦρχε μὲν γὰρ ἤδη Ἀλέξανδρος Περσῶν, μετὰ τὴν ἐν Ἀρβήλοις μάχην, Δαρεῖον καθηρηκώς. ἔδει δὲ πολυτρόπους τῆς ἀρχῆς ἀφθόνως τοὺς γραμματοφόρους, τὰ ἐπιτάγματα τοῦ Ἀλεξάνδρου κομίζοντας· ἐκ Περσῶν δὲ, πολλὴ ἐς Αἴγυπτον ἐλήλυθεν ἡ ὁδός· ἐκ ταφείας γὰρ ἔδει τὰ ὄρη, εἶτα ἀφ' ἧς Βαβυλωνίας, εἰς τὴν Ἀραβίαν ἐλθεῖν· εἶτα ἐρήμην πολλὴν ἐκπερῶντας, ἀφικέσθαι ποτὲ μόλις ἐς Αἴγυπτον, εἴποσι μηνίσιος αἰδρὶ ὀξέως σταθμοὺς τούτους διανύσαντα. Ἤκουεν οὖν Ἀλέξανδρος ἐπὶ τούτῳ, ὅτι Αἰγυπτίους τι θαυμαστὸν ἀκούων, ἐκ εἶχε διαπαγέως ἐκπέμπειν τοῖς σατράπαις τὰ δοκοῦντα οἱ περὶ αὐτῶν. πότε δὴ ὁ Σιδώνιος ἔμπορος, Ἐγώ σοι, ἔφη, ὦ βασιλεῦ, ἐπαγγέλλομαι δείξειν ὁδὸν, ἣ πολλῷ ἐκ Περσῶν εἰς Αἴγυπτον· εἰ γάρ τις ὑπερβαίη τὰ ὄρη ταῦτα, ὑπερβαίη δ' ἂν τετράπους, αὐτίκα μάλα ἐν Αἰγύπτῳ οὖσ' ἔστι· καὶ εἶχεν οὕτω· πλοῦν ὃν Ἀλέξανδρος ἐκ ὑπέστευσεν, ἀλλὰ γῆν τε εἶ τὸν ἔμπορον ὄντα, οὕτω δὴ παραδόξου τῆς ὑποσχέσεως ἄπιστον ἐδόκει τοῖς πολλοῖς· ἀλλὰ μὴ σύ γε πάθῃς δὴ αὐτό· εἶσῃ γὰρ πειρώμενος ὡς ὑδέν σε κωλύσει ῥήτορα δοκεῖν μιᾶς ὑδ' ὅλης ἡμέρας, ὑπερπεταθέντα δ' ὅρος ἐκ Περσῶν εἰς Αἴγυπτον. ἐθέλω δέ σοι πρῶτον

A quin per confragosa & lubrica præcipitia vix surrepentes, ac nonnunquam in capita deuolutos, multáque vulnera cautium asperitate accipientes. Tu verò pridem antea in summo coronatus, felicissimus eris, breui vniuersa quotquot in Rhetorica sunt bona, tantùm non dormiendo accipiens. Atqui promissio hæc admodum magna est, verùm per hospitalem Iouem ne diffidas, si facilè pariter & iucundissimè tibi hęc ostendi posse asserimus. Etenim si Hesiodus cùm pauca ex Helicone folia sumpsisset, confestim Poëta egregius ex pastore euasit, atque Musarum numine afflatus, Deorum & Heroum genus B decantauit: cur rhetorem, qui multò infra poëtices est magniloquentiam, in breui creare impossibile erit, si quis compendiosissimâ didicerit viam? quemadmodum & ego tibi enarrare volo Sidonij cuiusdam mercatoris consilium, quod ob incredulitatem imperfectum remansit, ac audienti inutile. Imperabat iam Alexander Persis, postquam Darium in Arbelis pugna deuicerat, ac oportebat vndique per imperium nuncios emittere, qui Alexandri ferC rent edicta. Erat verò ex Persis longissima in Ægyptum via: siquidem montana circumire oportebat, hinc Arabiam per Babyloniam intrare, inde longis emensis desertis vix tandem in Ægyptum perueniebatur statiuis viginti prolixis viro expedito. Ferebat id ægrè Alexander, quoniam Ægyptios nonnihil tumultuari audiebat, nec habebat quo pacto quæ sibi agenda viderentur, Satrapis annunciare posset. Tum mercator Sidonius, Ego, rex, inquit, viam haud longam ex Persis in Ægyptum me tibi ostensurum polliceor: etenim si quis montana hæc superabit (transgredietur autem triduo) confestim in Ægypto erit. Et sic se res habebat, verùm Alexander non credidit, sed deceptorem esse mercatorem existimabat. Ita quam- D plurimis promissiones admirandæ incredibiles videntur. Sed ne id tibi accidat, caue: etenim experientia cognosces quòd nihil prohibebit te Rhetorem censeri vnius nec totius quidem diei, montem ex Persis in Ægyptum transgressum. Proinde Rhetorices primò imaginem

ſermone deſcribere, & quemadmodum Cebes ille, vtranque viam tibi oſtendere volo. Etenim duæ ſunt quæ ad Rhetoricam perducunt, quam haud mediocriter mihi amare videris. Illa itaque in eminenti reſidet ſolio, admodum formoſa, ac aſpectu eleganti: in dextráque Amaltheæ retinet cornu, fructibus omnifariis refertum. Ex altera autem parte adſtantes mihi diuitias aſpicere videtur, penitus aureas, ac perquam amabiles: iuxta quas gloria quoque & vehementia conſiſtunt: ipſam verò laudes permultæ, puſillis amoribus ſimiles, ac vndique confertæ circumuolitant, inſtar Nili, ſi quando que illum depictum vidiſti, Crocodilo alicui, vel equo fluuiatili, quales multi ſunt in eo, inſidentem, paruulos autem puellos, (Peches illos Ægyptij vocant) circa ipſum luſitantes: tales & circa rhetoricam laudes. Tu verò amator accedis, deſiderans ſcilicet quàm celerrimè in ſummum euadere, vt tibi aſcendenti nubat, ac omnia ea poſſideas, diuitias, gloriam, laudes: lege etenim cuncta nubentis fiunt. Inde cùm monti appropinquas, ſub initium deaſcenſu deſperabis, réſque tibi ſimilis eſſe videbitur quemadmodum Aornos Macedonibus apparet, vndique aſpiciẽtibus præruptæ, & vix auibus tranſuolatu facilis, Dionyſo aliquo, aut Hercule, ſi complanari debeat, indigens: & ita tibi ſub initium videbitur. Inde paulo pòſt duas quaſdam vias cernes, vel potiùs altera ſemita eſt, anguſta, ſpinoſa & aſpera, multum ſitis ac ſudoris præ ſe ferens, quam iam antea Heſiodus perquam egregiè oſtendit, ita vt nihil mei indigeas. Altera verò lata eſt, florida, ac manantibus aquis irrigua, & penitus talis, qualem paulo antè dixi, ne eadem ſæpiùs repetens, te qui iam Rhetor eſſe poſſes detineam. Tantùm hoc addendum videtur, quòd aſpera illa & ardua, non multa viatorũ retinet veſtigia: &, ſi aliqua, valde veruſta: per illam ego miſer aſcendi, tantum laborans, cùm haud neceſſe eſſet. Altera verò vndique plana, ac nil cõfragoſi habens, qualiſnam ſit, à longè tantùm mihi apparuit: non tamen per illam inceſſi. Haud enim cùm adhuc iuuenis eſſem, quid optimũ foret, cernebam:

Imago rhetoricæ.

Duæ viæ ad rhetoricam.

ὥσπερ ὁ Κέβης ἐκεῖνος, εἰκόνα γραψάμενος τῷ λόγῳ, ἑκατέραν ὑποδεῖξαί σοι τὴν ὁδὸν (δύο γάρ ἐστον, αἳ φέρουσι τὸν ῥητορικὴν ἄγουσιν) ἧς ἐρᾷν σὲ μετρίως μοι δοκεῖς· καὶ δῆτα, ἡ μὲν ἐφ' ὑψηλοῦ καθῆσθαι, πάνυ καλή, καὶ εὐπρόσωπος, ὃ τῆς Ἀμαλθείας κέρας ἔχουσα ἐν τῇ δεξιᾷ, πάντοιος καρποῖς ὑπερφόρου. ἐν θατέρᾳ δέ μοι δοκεῖ τὸν πλοῦτον προκεῖσθαι ὁρᾶν, χρυσοῦν ὅλον ὄντα, καὶ ἐπέραστον. ἐν ᾗ δόξα δέ, καὶ ἰσχὺς παρέστασθον, καὶ οἱ ἔπαινοι περὶ πᾶσαν αὐτὴν, ἔρωσι μικροῖς ἐοικότες, πολλοὶ ἀπτηνοχόθην περιπλεκόμενοι ἐκπατάγοις, εἴ που τὸν Νῖλον εἶδες γραφῇ μεμιμημένον, αὐτὸν μὲν, κείμενον ὑπὸ κροκοδείλου τινὸς ἢ ἱπποποτάμου, οἷς οἱ πολλοὶ χαίρουσιν ἐν ὕδατι· μικροὺς δέ τινα παῖδια περὶ αὐτὸν παίζοντα (πήχεις αὐτοὺς οἱ Αἰγύπτιοι καλοῦσι) τοιοῦτοι καὶ περὶ τὴν ῥητορικὴν οἱ ἔπαινοι. προσὼν δὴ σὺ ὁ ἐρασὴς, ὑπερμεμῆ δηλαδὴ ὀπτάνεσθαι ὑπὸ τῆς ἄκρας, ὡς γαμήσας τε αὐτὴν ἀνελθὼν, καὶ πάντα ἐκεῖνα ἔχοις, τὸν πλοῦτον, τὴν δόξαν, τοὺς ἐπαίνους. νόμιμα γὰρ ἅπαντα γίνεται τοῖς γαμοῦσι. εἶτα ἐπειδὴ πλησιάσῃς τῷ ὄρει, ὃ μὲν πρῶτον, ἀπορρώξ τὴν ὄψιν· καὶ ὃ πρᾶγμα ὁμοίως σοι εἰ) δοκεῖ, οἷα ἡ Ἄορνος ἐφάνη τοῖς Μακεδόσιν, ἀπόξυρον αὐτὴν ἀπάντεχθεν ἰδοῦσιν, ἀτεχνῶς τοῦτ' ὀρθίοις ὑπερπετῶσαι ῥᾳδίαν, Διονύσου τινὸς, ἢ Ἡρακλέους εἰ μέλλοι καθαιρεθήσεσθαι δεομένην. ταῦτά σοι δοκεῖ τὸ πρῶτον. εἶτα μετ' ὀλίγον, ὁρᾷς δύο πηνὰς ὁδούς· μᾶλλον δὲ, ἡ μὲν, ἄτρακτος ἔστι τις, καὶ ἀκανθώδης, καὶ τραχεῖα, πολὺ ὁ ἱδρὼς ἐμφαίνουσα, καὶ ἱδρῶτα. καὶ ἔφθη γάρ ἥδη Ἡσίοδος, οὐ μάλα ὑποδείξας αὐτὴν, ὥστε οὐδὲν ἐμοῦ δεήσῃ· ἑτέρα δὲ, πλατεῖα, καὶ αἰθρία, καὶ ὕδωρ, ποικίλη, οἵαν μικρῷ πρόσθεν εἶπον, ἵνα μὴ καὶ τὰ αὐτὰ λέγων πολλάκις, ἐπέχω σε ἤδη ῥήτορα εἶ) δυνάμενον. πλὴν τό γε τοσοῦτον προσθήσω μοι δοκῶ, ὅτι ἡ μὲν τραχεῖα ἐκείνη, καὶ αἰδήτης, οὐ πολλὰ ἴχνη τῆς ὁδοιπόρων εἶχεν· εἰ δέ τινα, πάνυ παλαιὰ· καὶ ἐγὼ γε κατ' ἐκείνην ἄθλιος ἀνῆλθον, πολλῶν καμών, οὐδὲν δέον· ἡ ἑτέρα δὲ, ἅτε ὁμαλὴ οὖσα, καὶ ἀσκίαστον οὐδὲν ἔχουσα, πάρρωθεν μοι ἐφάνη, οἵα ὄντως ἐστὶν, οὐκ ὀδοιπόρῳ αὐτῷ. ἐγὼ γὰρ ἐώρων νέος ἔτι ὢν τὸ βέλτιον

ἀλλὰ

ἀλλὰ γὰρ ποιητὴν ἐκεῖνον ἀληθεύειν ᾤμην, λέγοντα, ἐκ τῶν πόνων φύεσθαι τὰ ἀγαθά. τὸ δὲ οὐκ εἶναι ἔτως. ἀποπτὴ γοῦν ὁρῶ τοὺς πολλοὺς μείζονων, ἀξιωμάτων, εὐμοιρίᾳ τῆς αἱρέσεως τῆς τῶν λόγων ἢ ὁδῶν. ἐπεὶ δὲ οὖν εἰς τὴν ἀρχὴν ἀφικόμενος, οἶδα ὅτι ἀπορήσῃς, ἢ ἥδη ἀπορεῖς ὁποτέρων ἐς πρακτέον. ὡς οὖν ποιήσας ἥδη, ῥᾷστα ὅτι ὁ ἀκρόπατον αἰσθήσῃ, καὶ εὐδαιμονήσῃς, καὶ γαμήσῃς, καὶ θαυμαστὸς πᾶσι δόξῃς. ἐγώ σοι φράσω. ἱκανὸν γὰρ ὁ ἐαυτὸν ἐξαπατηθῆναι, καὶ πονῆσαι. σοὶ δέ, ἄσπορα ἢ ἀνήροτα φύεσθαι πάντα, καθάπερ ὅτι τῷ Κρόνῳ. εὐθὺς οὖν προσέσται σοι χαρτερός τις ἀνὴρ, ἐπισκληρος, ἀνδρώδης τὸ βάδισμα, πολὺ τοῦ ἡλίου ὅτι τῷ σώματος δηλῶν, ἀρρενωπὸς τὸ βλέμμα, ἐγρηγορώς, τῆς τραχείας ἐκείνης ὁδοῦ ἡγεμών, λήσεις τινὰς ὁ μάταιος διεξιών, προσὸς σὲ ἕπεσθαι οἱ μὲν ἀναπεπταμένως, ἐπιδηλοῦντες τὰ Δημοσθένους ἴχνη, ἢ Πλάτωνος, ἢ ἀμφοῖν τινοῖν, μεγάλα μὲν, ἐπ' ἐμοὶ καὶ σοὶ, ἀμυδρὰ δὲ ἤδη, ἐπ' ἀσαφῆ τὰ πολλὰ ὑπὸ τοῦ χρόνου, καὶ φασὶν εὐδαίμονά σε ἔσεσθαι, καὶ νόμῳ γαμοῦσιν τινὰ ῥητορικὴν, εἰ μὴ τούτων ὀλισθήσας, ὥσπερ οἱ ὅτι τῶν καλῶν ἁμαρτόντες. εἰ δὲ καὶ μικρόν τι προβαίης, ἢ ἔξω τῆς εὐθείας, ἢ ὅτι θᾶττον μᾶλλον χιλίοις τοῦ βασιλικοῦ σκοποῦσθαί σε τῆς ὀρθῆς ὁδοῦ, καὶ ἀγρύπνους ὅτι τὸν γάμον. εἶτά σε καλοῦσι ζηλωτὴν ἐκείνους τοὺς ἀρχαίους ἄνδρας, ἕωλα προδείγματα παρεμπλῆσαι τῶν λόγων, οὐ ῥᾴδιον μιμεῖσθαι, οἷα τὰ τῆς παλαιᾶς ἐργασίας ἐστὶν, Ἡγησίου, καὶ τῶν ἀμφὶ Κράτητα, καὶ Νησιώτου, ἀπισφιγμένα, καὶ ἀνδρώδη, καὶ σκληρὰ, καὶ ἀκριβῶς ἀποτεταμιαῖα τοῖς γραμμαῖς· πόνου δὲ, καὶ ἀγρυπνίας, καὶ ὑδατοποσίας, καὶ ὁ μὴ πρῆες, ἀναγκαῖα ταῦτα, καὶ ἀπραίπτατα φησί. ἀδύνατον γὰρ εἰ μὴ δι' ὧν τούτων διελθεῖν τὴν ὁδόν. ὁ δὲ πάντων ἀναφέπατον, ὅτι σοὶ ἐς τὸν γρόνον παμπλῶν ὑπὸ γήρως τῆς ὀδοιπορίας, ἔτη πολλὰ, ἢ οὐ ἡμέρας, ἢ κατὰ πεντακοσίας, ἀλλὰ κατὰ Ὀλυμπιάδας ὅλας ἀριθμῶν, ὡς προαποκαμεῖν τὸν ἀκούοντα, ἢ ἀπαγρεῦσαι, πολλὰ χαίρειν φράσαντα τῇ ἐλπιζομένῃ ἐκείνῃ εὐδαιμονίᾳ· πρὸς δὲ τούτοις, σοὶ μισθοὶ ὀλίγοις ἀπαντῶν τῶν τοιούτων κακῶν. ἀλλὰ σὺν σοὶ ἡγήσαιτό σοι, εἰ μὴ μεγάλα προτερον λάβοι.

A sed poëtam illum vera loqui existimabã, dicentem, Ex laboribus germinare bona. Illud verò minimè sic se habebat: multos enim video absque labore maiori dignitate euectos, felici sermonum & viarum electione tantùm. Cùm verò ad ingressum perueneris, rectè noui te hæsitaturũ, quin iam dubitare ad quamnam sit vertendum. Quid igitur iam tibi faciendum sit vt facilè ad summum ascendas, fortunatus euadas, & nubas, omnibúsque admirabilis videaris, ego tibi expediam. Satis enim est me ipsum deceptum esse, & laborasse: tibi verò citra sementem & arationem, tanquam Saturni seculo, cuncta prouenient. Confestim igitur tibi se obuium feret vir quidam robustus, præduru, gressu virili, multum Solis in corpore ostendens, aspectu masculo, vigilator, asperæ illius viæ dux, nugas quasdam vanas prædicans, vt le sequaris cohortans, Demosthenis, Platonis, & aliorum quorundam vestigia demonstrans, magna quidem, & super præsentia, verùm iam obscura, & vt plurimum à tempore obliterata. Addet te beatum fore, ac lege Rhetoricam tibi nupturam, si per illa incesseris, veluti eos qui ad bona pergunt: at si parumper transgrediaris, vel extra rectum tramitem, aut incessu aliquorsum magis declines, te à vera via & ad nuptias deducente aberraturum. Inde te priscos illos viros imitari iubebit, inutilia sermonum proponens exempla, nec imitatu facilia, qualia vetustæ sunt constructionis Hegesij, & quæ circa Cratetem, Nesiotem quoque, seuera, neruosa & dura, diligentérque à literis amputanda. Laborem autem, vigilias, & puræ aquæ vsum, squalorem quoque, hæc cuncta necessaria & ineuitabilia dicet. Etenim impossibile esse absque illis viam perficere. Et quod omnium molestissimum, perlongum tempus ad perficiendum iter tibi præscribet, annos multos, non per dies, neque triennalia, sed per integras numerãs Olympiades, ita vt priusquam audiens laborem subierit, & defatigatus fuerit, felicitati illi speratę longum valere dicat. Insuper ob hæc mala haud paruam expetet mercedem: sed neq; dux esse incipiet nisi magna priùs acceperit.

Demosthenē & Æschinem intelligit.

Et hæc tibi dicet ſuperbus, & verè antiquarius ac Saturnius homo, mortuos vetuſtos ad imitationem proponens, ſermonéſque pridem defoſſos eruere dignum ducens, ac ſi maximum eſſet bonum, gladiorum fabri, & alium Atrometi cuiuſdam grammatiſtæ filium imitari, & hæc in pace, neque Philippo ingruente, neque Alexandro cogente, quo tempore illorum ſermones vtiles ſunt viſi: ignorans quęnam ſint nunc innouata, celeritas, laboris euitatio, & via ad Rhetoricam perquam compendioſa. Tu verò haud acquieſcas, neque illi mentem adhibeas, ne te ſuſcipiens alicubi præcipitet, vel demum priuſquam tot labores exhaurias, in ſenium perducat. Sed ſi omnino amore flagras, ac celerrimè Rhetoricæ congredi deſideras adhuc vigens, ita vt illi diligentem operam impendere poſſis, aſpero huic homini, & vltra mediocritatem virili, longè die valere: ipſum verò aſcendere, & alios quotquot decipere poteſt, ſecum ducere permitte, vt tandem anhelantes, & multo ſudore perfuſos, deſtituat. Ad alteram verò peruenies viam, alios quoque multos inuenies, inter quos perquam ſapientem quendam ac perpulchrum virum, inceſſu molli, ceruice infracta, vultu effœminato, voce ſuaui, vnguenta ſpirantem, ac ſummo digito caput ſcalpentem, capillos quidem paucos adhuc, intortos tamen & hyacinthinos componentem, perquam delicatũ Sardanapalum quendam, vel Cinyram, aut Agathonem ipſum lepidum illum tragœdiæ poëtam. Hæc ideo refero, vt ab iis eum cognoſcas ſignis, ac res tã diuina, Veneríque & Gratiis amica, minimè te lateat. Sed cur hæc dico? etenim ſi ad cæcutientem te accedens, ſolum quid proloquutus fuerit, Hymettium os illud aperiens, & conſuetam vocem tantùm emittens, quamprimum intelliges eum non ex nobis quempiam, qui terrę fructu paſcimur, eſſe, ſed ſpectrũ peregrinũ, rore vel ambroſia enutritũ. Ad hunc itaque ſi acceſſeris, téque ipſum tradideris, cõfeſtim Rhetor eris egregius ac conſpicuus, & vt ipſe vocat, rex in ſermonibus citra laborem conſtituêris, orationis moderãs quadrigas: etenim ſuſcipiens te, prima illa docebit: ſed potiùs ipſe te alloquatur.

ὁ μὲν δὴ ταῦτα φήσει, ἀλαζὼν, καὶ ἀρχαῖος, ὡς ἀληθῶς, καὶ Κεραμικὸς ἀνὴρ θαυμάσιος, νεκροὺς εἰς μίμησιν παλαιοὺς προτιθεὶς, καὶ δυσρύτῃ ἀξιῶν λόγῳ πάλαι κατορωρυγμένους, ὥς τι μέγιστον ἀγαθὸν, μαχαιροποιοῦ μὲν, καὶ ἄλλου Ἀτρομήτου τινὸς γραμματιστοῦ, ζηλωτὴν ἀξιῶν, καὶ ταῦτα, ἐν εἰρήνῃ, μήτε Φιλίππου ὄντος, μήτε Ἀλεξάνδρου ὄντος ἀναγκάζοντος, ὅπου τὰ ἐκείνων τότε ἔδοξεν χρήσιμα· σὺ δὲ οὐκ εἰδὼς ὁποῖα νῦν καινοτόμηται, ταχεῖα, καὶ ἀπροφάσιστα, καὶ ἐς τὸ δύσβατον τῆς ῥητορικῆς ὁδός. σὺ δὲ μήτε πείθου, μήτε προσέχειν αὐτῷ, μή σε ἐκπαχύλιόν που προβαλόμενος, ἢ τὸ τελευταῖον, προσγηράσας τοῖς πόνοις προδιαθύσῃ. ἀλλὰ εἰ πάντως ἐρᾷς, καὶ πάνυ ἐθέλῃς τῇ ῥητορικῇ συνεῖναι, ἀκμάζων ἔτι, ὡς ἂν ταχυδρομώτατος πρὸς αὐτὴν, ἴθι πρὸς μὲν διδάσκαλον τοῦτον, καὶ πέρα τῆς μετρίου αἰδοῦς, μακρὰ χαίρειν, λέγε διαβαίνων αὐτὸν, καὶ ἄλλους, ὁπόσους δὴ ὀξαπατᾶν δυνήσῃ αἰσθήσῃ, κεκαλυμμένους ἀδημονοῦντας, καὶ πολλῷ ἱδρῶτι σεσωσμένους. πρὸς δὲ τὸν ἕτερον ἐλθὼν, θύρας πολλοὺς καὶ ἄλλους· ἐν τούτοις δὲ, καὶ πολύσοφόν τινα, καὶ παγκάλον ἄνδρα, διεστραμμένον τὸν αὐχένα, γυναικεῖον δὲ βλέμμα, μελιχρὸν δὲ φώνημα, μύρων ἀποπνέοντα, τῷ δακτύλῳ ἄκρῳ τὸν κεφαλὸν κνώμενον. ὀλίγας μὲν ἔτι, οὐλὰς δὲ, καὶ ὑακινθίνας τὰς τρίχας βοστρύζοντα, πάμπολύν τινα Σαρδανάπαλον, ἢ Κινύραν, ἢ αὐτὸν Ἀγάθωνα, τὸν τῆς τραγῳδίας ἐπιεικτὸν ὄγκον ποιητήν. λέγω δὲ ὡς ἀπὸ τούτων γνωσθείς σε αὐτὸν, μηδέ σε οὕτω θαπτέσιον χρῆμα, καὶ φίλον Ἀφροδίτῃ, καὶ Χάρισι, θρέψαθαι. καίτοι τί φημι; κἂν εἰ μύοντι γάρ σοι προσελθὼν εἴποι τι, ὁ Ὑμήττιον ἔχειν αἰσθόμενος στόμα, καὶ τὸν σεσηρότα φωνὴν ἀφῆ, μάθοις δὴ ὡς οὐχὶ τῶν καθ' ἡμᾶς τις ἔστιν, οἱ ἀρούρης καρπὸν ἔδομεν, ἀλλά τι ξένον φάσμα δρέπων ἢ ἀμβροσίᾳ τρεφόμενον. οὕτω τοίνυν προσελθὼν, καὶ προδοὺς σεαυτὸν, αὐτίκα μάλα ῥήτωρ ἔσῃ, καὶ προβλεπτος, καὶ ὡς ἐνομάζῃ αὐτὸς, βασιλεὺς ἐν τοῖς λόγοις ἀπονητὶ καταστήσῃ. τὰ τέθριππα ἐλαύνων τοῦ λόγου. διδάξεται γάρ σε προβαλόμενα τὰ προσῳδικὰ μὲν ἐκεῖνα. μᾶλλον δὲ αὐτὸς εἰπάτω πρὸς σέ.

γελοῖον γὰρ ὑπὲρ τηλικούτου ῥήτορος ἐμὲ ποιεῖσθαι τοὺς λόγους, φαῦλον ὑποκριτὴν ἴσως τῶν τοιούτων, καὶ τηλικούτων, μή τι καὶ σιωπῇ φῶ που περὶ τὸν ἥρωα, ὃν ὑποκρίνομαι. φαίη ἄν τις γέροντι ῥᾳστώνη σε, ὦ δέ πως ἀσπασάμενος ὁπόσον ἐπὶ λοιπὸν τῆς κόμης, καὶ ὑπομειδήσας ὃ γλαφυρὸν ἐκφέρει, καὶ ἁπαλόν, εἰς εἴωθεν, Αὐτοῖδα τὴν κωμικήν, ἢ Μαλθάκην, ἢ Γλυκέραν τινὰ μιμησάμενος τοῦ σχήματος. ἄγχιστα γὰρ ὁ ἀρρενωπὸν, καὶ ἅ σε ἀβέβηλ καὶ ἐφαμίλλ ῥήτορος. φήσεις δ' ἴσως πάνυ μεγαλίζων ἐμαυτὸν· μῶν σε, ὦ ἀγαθέ, ὁ Πύθιος ἔπεμψε πρὸς με, ῥητόρων τὸν ἄριστον πρὸς σφῶν, ὥσπερ ὅτε Χαιρεφῶντι ἤρετο αὐτὸν, ἔστιν ἄρα ὅστις νῦν ὁ σοφώτατος ἐν τοῖς τότε; εἰ δὲ μὴ τοῦτο, ἀλλὰ κλέος αὐτὸς ἥκεις ἀκούων ἀπόρρητα ὑπάρχειν πεπλημμελημένα τὰ ἡμέτερα, καὶ ὑμνούντων, καὶ τεθηπότων, καὶ ὑποπεπληχότων, αὐτίκα μάλα εἶπε πρὸς οἷόν τινα δαιμόνιον ἄνδρα ἥκεις. προσδοκήσεις δὲ μηδὲν τοιοῦτον ὄψεσθαι, οἷς πρώην ἢ πρώην προσβαλόντι. ἀλλ' εἴ τις ἢ Τιτυὸς, ἢ Ὦτος, ἢ Ἐφιάλτης, ὑπὲρ ἐκείνους πάνυ φανήσῃ σοι ὁ πρᾶγμα ὑπὲρ φύσεις, καὶ περάσιον. ἐπεὶ τοί γε ἄλλους βοῶντων ὑπὲρ φωνοῦντα βυρήσεις, ὁπόσον ἡ σάλπιγξ τοὺς αὐλοὺς, καὶ οἱ τέττιγες τὰς μελίττας, καὶ οἱ χορεῖται τοὺς ἐναυλοῦντας. ἐπεὶ δὲ καὶ ῥήτωρ αὐτὸς ἐθέλεις γίνεσθαι, καὶ τοῦτο οὐκ αὖ πρὸς ἄλλου ῥᾷον μάθοις, ἔπου μόνον, ὦ κλεινοῦ μέλημα, οἷς αὖ εἴπω, καὶ ζήλου πάντα, καὶ τοῖς νόμοις, οἷς αὖ ὑπατάττω χρῆσθαι, ἀκριβῶς μοι φύλαττε. μᾶλλον δὲ ἤδη προχώρει, μηδὲν ἐκπήσας, μηδὲ παιονήσας, εἰ μὴ προτελέσθης ἐκεῖνα τὰ περὶ τῆς ῥητορικῆς, ὁπόσα ἡ ἄλλη παιδεία τοῖς αἰσχίοις καὶ ματαίοις μὴ πολλοῦ καμάτου ὁδοποιεῖ· σοὶ γὰρ αὐτῆς δεήσει. ἀλλ' ἀνίσθοις τοῖς ποσὶν (ἡ παροιμία φησὶν) ἐμβαίνε, οὐ μεῖον ἔχων λέγειν τοῦτο, οὐδ' ἂν ὃ καινότατον, μηδὲ γράφειν τὰ γράμματα εἰδῇς. ἄλλο γάρ τι χρὴ πάντα ταῦτα ὁ ῥήτωρ. λέξω δὲ πρῶτον μὲν ὁπόσα χρὴ αὐτὸν σε οἴκοθεν ἔχοντα ἥκειν ἐφόδια πρὸς τὴν πορείαν, καὶ ὅπως ὑποστρώσασθαι, ὡς μὴ τάχιστα λιμώσας διωκήσῃς. ἔπειτα καὶ αὐτὸς, ἃ μὲν προϊόντι ὑποδείκνυε κατὰ τὴν ὁδὸν, ἃ δὲ καὶ παύσασιν ἤδη περὶ ἥλιον δυσμὰς, ῥητορά σε ὑπὲρ τοὺς πώγωνας ἀποφανῶ,

A Siquidem ridiculum, pro tanto rhetore me verba facere, malum forsitan talium tantorúmque mimum, ne alicubi cadens, heroa quem repræsentare conor, attoram. Te igitur compellabit, comam interim quæ adhuc residua est, demulcens, subridénsq; iucundum illud & tenerum, quemadmodum assueuit, comicã Thaidem, vel Malthacen, aut Glyceram in emittenda voce imitatus. Siquidem rusticana est virilitas, & minimè ad mollitiem & blanditias rhetoris apta. Dicet igitur de seipso perquã modestè loquens: Num ô præclare te Pythius ipse ad me misit rhetorum optimum diiudicans,
B quemadmodum Chærephonti olim perquirenti ostendit quísnam ex tum viuentibus sapientissimus esset? At si non ideo, sed propter gloriam aduenis, quoniam audieris nostra omnia esse perquam ornatissima, decantata, stupenda & mirè expolita: confestim intelliges ad quàm diuinum accesseris virum: expectabis autem nihil tale visurum, sicuti hoc vel illud accipere: verùm siquis Tityus, aut Otus, seu Ephialtes, longè super illos tibi res videbitur immensa & admiranda. me etenim tantum alios vocalitate excellere
C inuenies, quantum tuba fistulas, cicadæ apes, chorique eos qui remissè cantare assueuerunt. Postquam verò & ipse rhetor euadere cupis, idq; haud facilè ab alio addiscere potes, solùm ô gloriolæ studium ea quæ dico sequere, ac omnia imitare: leges quoque quibus te vti iubeo, mihi diligenter obserua: quin potiùs nil cunctatus iam accede: neque admireris si ante rhetoricam priùs ea non didiceris, quæ alia præexercitatio multo labore stultis & vanis inculcat hominibus (nullius enim eorum indigebis: sed illotis pedibus (inquit parœmia) irrue, nil
D minus ideo habiturus, neque si tristissimum illud literas scribere ignoraueris. Etenim vltra hæc omnia aliud quid rhetor est. Primùm igitur referam quodnam te domi digressum viaticum ad peragendum iter afferre oporteat, qualitérque commeatum instruere, vt illud perquam celerrimè perficere possis. Inde ego ipse quædam procedenti per viam ostendens, nonnulla verò admonens, ante solis occasum rhetorem te supra omnes,

qualis ipſe ſum, efficiam, indubitanter prima, media & nouiſſima eorum qui declamare conantur, poſſidens. Igitur quod maximum eſt, ignorantiam affer: dein temeritatem, audaciam præterea, & impudentiam: verecundiam autem, manſuetudinem, mediocritatem & erubeſcentiam domi relinque: inutilia enim ſunt, & negotio perquam contraria. Prętérea clamorem validiſſimum, ac cantum turpem, inceſſum quoque qualis meus eſt. Siquidem hæc valde ſunt neceſſaria, & ſola quodammodo ſufficiunt. Veſtitus autem ſit conſpicuus & candidus, opus Tarentini operis, vt corpus tranſpareat: Crepida verò Attica, & muliebriter effigiata: Solea Sicyonia, ligamentis albis decorata. Sectatores verò quamplurimi, libellúſque ſemper. Hæc te ipſum conferre oportet: at reliqua per viam iam procedens vide & audi: etenim iam tibi leges enarrabo, quibus ſi vſus fueris, rhetorica te cognoſcet, & accedet, miniméque auertetur, aut quapiam afficiet contumelia tanquam haud initiatum, & arcanorum ſpeculatorem quendam. Proinde formæ ac veſtitus decori permaximam curam adhibere oportet: inde quindecim, vel non vltra viginti, Attica quædam ſelige verba, hæcque diligẽter exercens, in ſumma lingua prompta habe, vtpote, quippe nempe, quoniam, quidem, igitur, vtique, & heus optime, ac talia: in omníque ſermone illa tanquam condimentum quoddam inſperge. Aliorum nulla tibi ſit cura, ſi his ſint diſſimilia, inconuenientia & inconcinna. Tantummodo purpura ſit pulchra ac florida, licèt pallium ex craſſioribus conſutum ſit pellibus. Deinde vbi obſoleta & peregrina, raróque ab antiquis vſitata collegeris verba, hæc expeditè in eos cum quibus conuerſaris, eiaculare: ita enim te populus ille magnus venerabitur, & admirandum ſuſpiciet. Doctrinam igitur quæ eorum exuperat intellectum, expertam, tanquam ex peritia habitam nominabis. Buttubata, nugatoria, pro valde, dices antigerio, pro citò, toper, pro beſtiæ ſimilem, belutum. Nonnunquam tu quoque noua effinge, & monſtroſa compone nomina: nam poëtam, verſificem appella; præſtantem, præaſtantem; venerabilem, venerando habilem; certamina, agoniſmata. Cùm verò ſolœciſmum vel barbariſmum committis,

A οἷός αὐτός εἰμι, ἀναμφιλέκτως τὰ πρῶτα,
καὶ μέσα, καὶ τελευταῖα τῶν λόγων ἐπιστάμενος
ἔχων. κόμιζε τοίνυν ὃ μέγιστον μέν, πλὴν
ἀμαθίαν, εἶτα, θράσος ὅπου τοῦτο, καὶ ἄλλως
δέ, πάλαι καὶ αἰσχύνην. αἰδῶ δέ, ἢ ὅπου εἰ-
καῖα, ἢ μετριότητα, ἢ ἐρύθημα, οἴκοι ἀπόλι-
πε. ἀχρεῖα γάρ, καὶ ἐναντιώτατα ἴσως πρά-
γματι. ἀλλὰ μὴν καὶ κοσμητέον ὅτι μεγίστην, καὶ μέλος ἀ-
ναίσχυντον, καὶ βάδισμα, οἷ ὅ ἐμόν. Ταῦτα δὲ
ἀναγκαῖα πάνυ, καὶ μόνα ἔστιν ὅτε ἱκανά. ἢ
ἐσθὴς ἁβρά, ἔστω βύσσινος, καὶ λευκή, ἔργον τῆς Τα-
ραντίνης ἐργασίας, ὡς διαφαίνεσθαι τὸ σῶμα·
B καὶ ἡ κρηπὶς Ἀττική, καὶ γυναικεία ὅ τε πολυτε-
λὴς· ἢ ἐμβάς, Σικυωνία, πίλοις τοῖς λευκοῖς
ὑπεστρέπουσα, καὶ ἀκόλουθοι πολλοί, καὶ βι-
βλίον ἀεί. Ταῦτα μέν σοι τὸν χρὴ συντελεῖν.
τὰ δ' ἄλλα, καθ' ὁδὸν ἤδη προϊών, ὅρα, καὶ
ἄκουε. καὶ δή σοι τοὺς νόμους δίειμι, οἷς χρώμε-
νός τισι, ἢ ῥητορικὴ γνώσεταί σε, καὶ προσήσεται, οὐδὲ
ἀποστραφήσεται, καὶ σχεδὸν, καθάπερ ἀτέ-
λεστόν τινα, καὶ κατὰ σχολὴν τῶν ἀπορρήτων.
ἀλλὰ σχήματος μέν σοι τοῦ πρώτου ἐπιμεληθῆ-
ναι χρὴ μάλιστα, καὶ διαμόρφου τῆς αἰσθολῆς,
C εἶτα πεντεκαίδεκά που, ἢ ἤν πλείω γε τ' εἴ-
κοσιν Ἀττικὰ ὀνόματα ἐκλέξας ποθέν, καὶ
ταῦτα ἀκριβῶς ἐκμελετήσας, προσχέας ἐπ'
ἄκρας τῆς γλώττης ἔχε, ὃ ἄπλα, καὶ κατά, καὶ
μήν, καὶ ἀμηχάνη, καὶ λῆρος, καὶ τὰ παίσια, καὶ
ἐν ἅπασιν λόγῳ, καθάπερ τι ἥδυσμα ὑπι-
πάτης αὐτῶν. μελέτω δὲ μηδὲν τῶν ἄλλων, ἐὰν
ἀνόμοια τούτοις, καὶ ἀσύμφυλα, καὶ ἀπῳδά.
ἢ πορφύρα μόνον ἔστω καλὴ, καὶ βύσσινος, κἂν
σαύρα τῶν παχειῶν ὁ ἱμάτιον ᾖ. μὴ δὲ, ἀ-
πόῤῥητα, καὶ ξένα ῥήματα, καὶ ἀσημάχους ὑπὸ
τῶν πάλαι εἰρημένα. καὶ ταῦτα συμφορήσας
D ἀποπόξυε, προσχειζόμενος ἐς τοὺς προσο-
μιλοῦντας. ὅταν γάρ σε ὁ λεὼς ὁ πολὺς ἀπο-
βλέψονται, καὶ θαυμαστὸν ὑπολήψονται, καὶ
τὴν παιδείαν ὑπὲρ αὐτοῦ. εἰ ἀπεκλεῖσα-
μέν σοι, ὃ ἀποξύσασθαι λέγεις, ὃ ἦ, ἡλίῳ θέ-
ρεσθαι, εἰ λήθεργον, τὸν ἀράβωνα ἦ, προπί-
μετον, τὸ ὄρθρου ἦ, ἀκροκνεφές· ἐνίοτε ἦ καὶ αὐτὸς
ποιῇ καινὰ καὶ ἀηδόκητα ὀνόματα, καὶ ὀνοματο-
θέτει, τὸν μὲν ἑρμηνεύσαι δεινὸν, λέξεως κα-
λὸν, τὸν σεμνετὸν, σοφόνυν, τὸν ὀργιοφάντην δέ,
κλεισοφον. αἱ σολοικίσεις δέ, ἢ βαρβαρίσεις,

ἐν ἕτω φάρμακον, ἡ αἰσχρωτία· ἐ τοῦχειρον βύθυς ὄνομα, ὅτε ὄντος τινός, ὅτε γνωμῶν ποτέ ἢ ποιητῆ, ἢ συγγραφέως, ὃς ὅτω λέγων ἐδοκίμαζε σοφὸς ἀνὴρ, ϗ τὼ φωνὼ ἐς ὃ ἀκρότατον ἀπηκριβωμένος. ἀλλὰ ϗ αἰσχύνου τὰ παλαιὰ μὼ μὴ σύ γε, μηδὲ εἴ τι ὁ λῆρος Ἰσοκράτης, ἢ ὁ χαρίτων ἄμοιρος Δημοσθένης, ἢ ὁ ψυχρὸς Πλάτων, ἀλλὰ τοὺς τῶν τοῦ ἡμῶν ὀλίγον λόγους, ϗ αὓς φασι ταύτας μελέτας, ὡς ἔχῃς ἀπ' ἐκείνων ὅπισπεσάμενος ἐν καιρῷ καταχρῆσθαι, καθάπερ ἐκ ταμιείου τοῦ αἱροῦν. ἐπειδὴ δ' ἐ δέῃ λέγειν, ϗ οἱ παρόντες ἐκπλήσωσι τινας ἐκθέσεις, ϗ ἀφορμαὶ τῶν λόγων, ἄσμενα μὼ ὁπόσα αὖ ἢ διεγερῇ, λεπτύνου, ἐ ἐκφαύλιζέσθω, ὡς οὐδὲν ὅλως αἰδρώδες αὐτῶν· ἐλομένων δ', μὴ μελέτας, λέγε ὅ, τι ἂν ὅπῃ καιρὸς γλώττης ἔλθῃ, μηδὲν ἐκείνων ὑπομελητὶς, ὡς ὃ τοῦτον, ὡς τοῦτο οὕτω ἐ ἔστι τοῦτον, ἐρᾷς ἐν καιρῷ τοῦ ἐκνοῦντι, ἐ ὃ δεύτερον, μετ' ἐκεῖνο· ἀλλὰ ὃ τοῦτον ἐμπεσὸν, τοῦτον λεγέσθω, ϗ ἐὰν οὕτω τύχῃ, τοῦ τῶν μετώπων μὼ, ἡ κνημὶς, τοῦ τῇ κνήμῃ δ', ἡ κόρυς. πλεῖν ἀλλ' ἔπειγε, ϗ σωφρόνει, ϗ μὴ σιώπα μόνον. κἂν τοῦ ὑβριστοῦ τινος, ἢ μοιχοῦ λέγῃς Ἀθήνησι, τὰ ἐν Ἰνδοῖς, ϗ τὰ ἐν Ἐκβατάνοις λεγέσθω. ὅτι πᾶσι δὲ, ὁ Μαραθὼν, ϗ ὁ Κυναίγειρος, ὧν ἐκ ἂν τι ἄνευ γένοιτο. ϗ ἀεὶ ὁ Ἄθως πλεέσθω, ϗ ὁ Ἑλλήσποντος πεζευέσθω, ϗ ὁ ἥλιος ὑπὸ τῶν Περσικῶν βελῶν σκεπέσθω, ϗ Ξέρξης φευγέτω, ϗ ὁ Λεωνίδας θαυμαζέσθω, ϗ τὰ Ὀθρυάδου γράμματα ἀναγνωσκέσθω, ἐ ἡ Σαλαμὶς, ϗ ὃ Ἀρτεμίσιον, ϗ αἱ Πλαταιαὶ, πολλὰ ταῦτα, ϗ πυκνά. ϗ ὑπίτασα ὀλίγα ἐκφανῆ ὀνόματα ὑποπλαζέτω, ϗ ἐπιδυέτω, ϗ σωειρὲς ὃ ἅπαν, ϗ ὃ δήπουθεν, κἂν μηδαμοῦ αὐτῶν δέῃ· καλὰ γὰρ ὄντι ϗ εἰκῇ λεχθέντα. ἰὼ δέ ποτε ἐ ἅσαι καιρὸς τῇ δοκῇ, πάντα ἀδέσθω, ϗ μέλος γενέσθω. κἂν ποτε ἀπορήσῃς τοῦ ἄσματος ὁπηνοῦ, τοὺς ἄνδρας τοὺς διηγεμὰς ὀνομάσας ἐμμελῶς, πεπληρωκέναι οἴου τὼ ἁρμονίαν. ὃ δ', οἴμοι τῶν κακῶν, πολλάκις· ϗ ὁ μηρὸς παιέσθω, ϗ λαρύγιζε, ἐ ὑποχρέμπτου τοῖς λεγομένοις, ἐ βάδιζε, μεταφέρων τὼ πυγμή.

A vnum tibi sit remedium impudentiæ, confestimque in promptu sit nomen poëtæ cuiusdam vel scriptoris qui nec est nec fuit vnquam: vt cùm ita dixeris, vir sapiens esse censearis. Vocem verò data opera altissimè tolle: proinde vetusta minimè perlegeris tute, neque si qua nugator Isocrates, vel gratiarum expers Demosthenes, aut Plato frigidus scripta reliquere, sed orationes eorum qui paulò ante nos fuere, & quas hasce exercitationes appellant, vt illis instructus, ac tanquam ex penu depromens, habeas quibus in tempore abuti possis. Postquam verò orandum erit, præsentésque argu- B menta quędam ac sermonum occasiones subiecerint, vniuersa ea quotquot sunt, cum indignatione dicantur, vilipendantúrque, tanquam nil penitus ex his virile existat. De illis verò quæ tute elegeris, caue mediteris, sed quicquid verbi in linguam venerit, effutias. Quin nec hoc tibi curæ sit, vt primum quemadmodum primum est, debito proferas tempore, secundúmque dein, ac tertium post illud: verùm quicquid primum inciderit, primum quoque dicatur: & si ita euenerit, ocrea capiti, tibiæ verò adaptetur C galea: præterea accelera, & vndique connecte: solummodo ne taceas. Quòd si de contumelioso quodam vel mœcho Athenis verba facies, quæ apud Indos ac Ecbatana gerantur, referas. In omnibus verò sit Marathon & Cynægirus, sine quibus nihil fiat: sempérque Athos nauigetur, & Hellespontus pedibus teratur, & sol à Persarum sagittis obumbretur, & Xerxes fugiat, & Leonides admirationi existat, & Othryadæ literæ legantur, & Salamis, & Artemisium, & Platęæ, multa hæc & inculcata. In omnibus verò pauca illa verba immisceantur, & tanquam flosculi interspergantur, assiduéque in ore sit vtique illud, & quoniam quidem igitur, etiam si illis minimè indigeas: pulchra etenim sunt etiam fortuitò prolata. Proinde & si aliquando canendi tempus esse videdur, omnia canantur, & melos fiant. Quòd si aliquando canendi quoque ignarus fueris, viros qui iudicio præsidēt, exactè sonorosè nominans, harmoniam explere puta. At illud, heu malorum, sæpius repetatur, & femur percutiatur, & murmurillo interim susurra, & dictis adgannias, ac incedendo clunes exagita.

Qualem rhetorem & Martialis describit epigram. lib. 6. cuius initium, Non de vi neque de cede, &c.

Quòd ſi te haud laudent, indigneris, & eos conuitiis inſecteris: ſi vero ſurrexerint, & ob pudorem exire parati iam fuerint, eos ſedere iube, ſitque penitus res tyrannica. Vt verò multitudo quoque ſermones tuos admiretur, ab Iliacis incipiens, vel, per Iouem, à Deucalionis, ſi videtur, & Pyrrhæ nuptiis, ad præſentia ſermonem detorque: etenim qui hæc intelligant, pauci erunt: qui maximè, propter beneuolentiam tacebunt. Quòd ſi quid dixerint, ob inuidiam id facere videbuntur: multitudo verò & formam, & vocem, & inceſſum, & deambulationem, & cantum, & crepidas, & vtique illud tuũ admirabitur. Præterea ſudãtem te & anhelantem cernẽs, nil prohibebit quin te perquam aptum quendam in ſermonibus certatorem eſſe credat. Proinde celeritas illa haud paruam defenſionem habet, admirationémque apud multos: ideo caue ne aliquando ſcribas, vel meditatus procedas: ſiquidem id manifeſtæ eſt redargutionis. Amici verò ſemper applaudant, ac cœnarum pretium exoluant, ſi quando te à memoria excidiſſe intelligant, manus porrigentes, & inter laudes tuas ſpatium præbentes, vt rurſus inuenire poſſis quod dicendum erat. Siquidem hoc tibi præcipuè curæ ſit, vt chorum habeas domeſticum, tibíque concinentem. Et hæc tibi in ſermonibus obſeruanda erunt: dein verò vbi proceſſeris, ille te ſtipans, ſatellitum vices expleat, & de quibus dicis, interim conferat. Quòd ſi quis obuiam factus fuerit, admiranda de te ipſo referas, ac ſummis te laudibus extollas, grauémque te illi oſtendas: quid enim Pæanienſis in mei eſt comparationem? & vtinam mihi cum veteri quopiam certamen foret! & alia huiuſmodi. Proinde, quod maximum eſt, & ad exiſtimationem perquam neceſſarium, paulo minùs prætermiſeram: omnia quæ dicuntur, irride: & ſi quiſpiam bene loquutus fuerit, aliena & non ſua oſtentare videatur. Quòd ſi vel mediocriter contrà niti voluerit, omnia carpantur. Præterea in auditoria poſt cunctos ingredi oportet: id enim inſigne eſt: omnibúſque tacentibus, peregrinam quandam laudem, præſentium auditum auertentem & interturbantem, inchoare: adeò vt omnes tãtorum nominum onere nauſeent, ac aures obſtruant.

καὶ ἰῶ μὴ σε μὴ ἐπαινῶσιν, ἀγανάκτει, καὶ λοιδοροῦ αὐτοῖς· ἰῶ δὲ ὀρθοὶ ἐγήκωσιν, ἤδη τῆς αἰσχύνης ἤδη πρὸς τὴν ἔξοδον ἕτοιμοι, καθίζεσθαι κέλευε, καὶ ὅλως, τυραννὶς ὁ πρᾶγμα ἔσῳ. ὅπως δὲ καὶ ὁ πλῆθος θαυμάζωσι τοὺς λόγους, ἀπὸ τῶν Ἰλιακῶν ἄρξάμενος, ἢ καὶ, μὰ Δία, ἀπὸ τῶν Δευκαλίωνος καὶ Πύρρας γάμων, ἰῶ δεξῆ, καταβίβασε τὸν λόγον ὅτι τὰ νῦν καθεστῶτα. οἱ μὲν γὰρ συνιέντες, ὀλίγοι, εἰ μάλιστα μὲν σιωπήσονται ἴσως διὰ βασκανίαν· ἰῶ δέ τι λέγωσί τι, ἴσως φθόνου αὐτὸ δόξουσι δρᾶν. οἱ πολλοὶ δὲ, καὶ σχῆμα, καὶ φωνὴν, καὶ βάδισμα, καὶ πρέπον, καὶ μέλος, καὶ κρηπῖδα, καὶ ὅ ἅπαν σε ὄκνῳ θαυμάσονται, καὶ τὸν ἱδρῶτα ὁρῶντες, καὶ ὅ ἀσθμα, οὐκ ἔξουσιν ὅπως ἀπιστήσουσι μὴ οὐχὶ πονηρόν τινα ἐν τοῖς λόγοις ἀγωνιστὴν εἶναί σε. ἄλλως τε, καὶ ὅ ταχὺ τοῦτο, ἢ σμικρὰν ἔχει τὴν ἀπολογίαν, καὶ θαῦμα πρὸς τοῖς πολλοῖς· ὥστε ὅρα μή ποτε γράψῃς, ἢ σκεψάμενος πρόέλθῃς· ἔλεγχος γὰρ σαφὴς τοῦτό γε. οἱ φίλοι δὲ παρατωσάν ἀεὶ, καὶ μισθοὶ τῶν δείπνων ἀποτινέτωσάν, εἴ ποτε αἰσθοιντό σε καταπεσόν μενον χεῖρα ὀρέγοντες, καὶ πρέχοντες θύρσον ὃ λεληθυόμενον ἐν τοῖς μεταξὺ τῶν ἐπαίνων διαλείμμασι. καὶ γὰρ αὖ καὶ τῶδε μελέτω σοι τὸν χορὸν ἔχειν οἰκεῖον, καὶ συναάδοντα. ταῦτα μὲν σοι τὰ ἐν τοῖς λόγοις. μετὰ ταῦτα δὲ, παρίοντα σε δορυφορείτωσάν, ἐγκεκαλυμμένον αὐτὸν, καὶ παρὲ ὧν ἔφης μεταξὺ διαλαμβάνοντα. καὶ ἰῶ τις ἐντύχῃ, θαυμάσια ὑπὲρ σαυτοῦ λέγε, καὶ ὑπερεπαίνει, καὶ ἐπαρῆς γίγνου αὐτῷ. τί γὰρ ὁ Παιανιὰ πρὸς ἐμὲ, καὶ παρὸς ἔνα ἴσως μοι τῶν παλαιῶν ὁ ἀγὼν, καὶ τὰ τοιαῦτα; ὃ δὲ μέγιστον, καὶ παρὸς ὃ δύσκολον εἶναι ἀναγκαιότατον, ὀλίγου δεῖν παρέλιπον, ἀπόντων καταγέλα τῶν λεγόντων, καὶ ἰῶ μή τις καλῶς εἴπῃ, ἀλλότρια, καὶ οὐχ ἑαυτοῦ δεικνύειν δοκεῖτω· ἰῶ δὲ μετρίως ἐνέχοιτο, πόππα ἔσῳ ὑπολήμψομαι. καὶ ἐν ταῖς ἀκροάσεσι μὴ πόρρω εἰσιέναι χρὴ, ὑπόσημον γάρ· καὶ σιωπησάντων ἀπόντων, ξένον τινὰ ἔπαινον ἐπιπιπεῖν, ταῖς ἀκοαῖς τῶν παρόντων ὑπερφέροντα, καὶ ἐνοχλοῦντα, ὡς ναυτίαν ἀπόντας ὑπὸ τοῦ φορτικοῦ τῶν ὀνομάτων, καὶ ὑποφράττεσθαι τὰ ὦτα.

ὑποπτίσῃς δὲ μὴ πολλάκις τὴν χεῖρα, ἀντιπαλὲς γὰρ, μηδ' αἰαστῇς, πλὴν ἅπαξ τι ἢ δὶς ὃ πλεῖστον· ἐπωμίδια δὲ τὰ πολλά, καὶ δῆλος γίγνῃ μὴ ἀρεσκόμενος τοῖς λεγομένοις. ἀμφιλαφῆς δὲ αἱ ἀφορμαὶ τῶν μέμφεων τοῖς συκοφαντικοῖς τὰ ὦτα, τὰ δὲ ἄλλα, χρὴ θαρρεῖν. ἡ τόλμα γὰρ, καὶ ἡ αἰσχυντία, καὶ ὁ ψεῦσμα, παρέχεται, καὶ ὅρκος ἐπ' ἄκροις ἀεὶ τοῖς χείλεσι, καὶ φθόνος παρὰς ἅπαντας, καὶ μῖσος, καὶ βλασφημία, καὶ διαβολαὶ πιθαναί. ταῦτά σε ἀοίδιμον ἐν βραχεῖ, καὶ περίβλεπτον ἀποφανῇ. τοιαῦτα μὲν τὰ φανερὰ, καὶ τὰ ἔξω. ἰδίᾳ δὲ πάντα παράγματα ποιῇ σοι διαδέχου, κυβεύῃ, μεθύσκεσθαι, λαγνεύῃ, μοιχεύῃ, αὐχεῖν τε, κἂν μὴ ποιήσῃς, καὶ παρὰς ἅπασιν λέγῃ, καὶ γραμμάτια ὑποδύνειν αἰ ὑπὸ γυναικῶν δέλτοι γραφέντα· καλὸς γὰρ εἶ φίλε, καί σοι μελέτω ὑπὸ τῶν γυναικῶν σπουδάζεσθαι δοκεῖν. ἐς μὲν ῥητορικὴν γὰρ καὶ τοῦτο αἱροῦσιν οἱ πολλοὶ, ὡς διὰ τοῦτό σου καὶ ἄγει τῆς γυναικωνίτιδος βιβλιοφύλαξ· καὶ ὁ δεῖνα δὲ μὴ αἰδεσθεὶς, κἂν παρὰς ἀνδρῶν ὅτι τῶν ἑτέρῳ ἐρᾶσθαι δοκοίης· καὶ ταῦτα, φιμήτης, εἰ καὶ, νὴ Δία, φαλακρὸς ἤδη ὤν. ἀλλ' ἔστωσάν οἱ ὑπὲρ τούτῳ σπουδάζοντες· ἐμοὶ δὲ μὴ ὦσιν, οἱ οἰκέται ἱκανοί. πολλὰ γὰρ καὶ ἐκ τοιούτου παρὰς μὲν ῥητορικὴν χρήσιμα παραγίγνεται. πλείων ἡ αἰσχυντία, καὶ θράσος· ὁρᾷς ὡς λαλίστεραι αἱ γυναῖκες, καὶ λοιδορούμεναι παρρησιαστῶς, καὶ ὑπὲρ τοὺς ἄνδρας; εἰ δὴ τὰ ὅμοια πάθῃς, δριμὺς τὴν ἄλλως· καὶ μὲν καὶ πιθανὸς εἶναι χρὴ μάλιστα μὲν τὰ πάντα· εἰ δὲ μὴ, πάντως ἐκεῖνα. καὶ αὐτό σοι τὸ στόμα παρὰς ἅπαντα ἡδέως κεχηνέτω, καὶ ἡ γλῶττα ὑπηρετείτω καὶ παρὰς τοὺς λόγους, καὶ παρὰς τὰ ἄλλα, ὁπόσα αὐ δύναται. δύναται γὰρ ἢ σολοικίζειν μόνον, οὐδὲ βαρβαρίζειν, οὐδὲ ληρεῖν, ἢ ὑποῤῥεῖν, ἢ λοιδορεῖσθαι, ἢ ψευδομαλλεῖν, καὶ ψεύδεσθαι, ἀλλὰ καὶ νύκτωρ τι ἄλλο ἐπιτελεῖν. ἐμοὶ μάλιστα μὲν παρὰς ἕνα πολλὰς ταῖς ἐρωσαις μὴ διαῤῥήξῃς, πάντα αὐτὴν γε ὑπισάσθω, καὶ γνησιωτέρα γενέσθω, καὶ μηδὲν ἀποστρεφέσθω. μὲν ταῦτα, ὦ παῖ, καλῶς ἐκμάθῃς (δύνασαι γὰρ, οὐδὲν γὰρ ἐν αὐτοῖς βαρύ) θαῤῥῶν ἐπαγγέλλομαί σοι ἐκ εἰς μακρὰν σε ἄξειν ῥήτορα, καὶ ἡμῖν ὅμοιον ἀποτελεσθήσεσθαι.

A Interim manum haud frequentet moueas: nam id factu facile: neque præterquam semel, vel vt plurimùm bis, assurgas. Subsanna autem quàm plurima, & palàm ostende minùs tibi placere quę dicuntur. Abundè autem reprehensionum occasiones Sycophanticis aures suppeditabunt: at in reliquis confidere oportet: etenim audacia, & impudentia, mendacium quoque promptum, ac semper in labiis summis periurium, & inuidia erga cunctos, odium quoque & blasphemia, necnon calumniæ frequentes, hæc te in breui celebrem & conspicuum reddent. Et talia quidem sint
B quæ manifestè ac palàm fiant: priuatim verò res omnes perpetrare videaris, ludere, inebriari, scortari, mœchari, iugulare quoque: & si non facis, coram omnibus tamen te facere iactita; literásque aliquando à mulieribus conscriptas ostende. Nam & pulcher esse velis, præcipuáque tibi sit cura vt à fœminis celebrari videaris. Nam per hanc viam quamplurimi ad Rhetoricam vsque ascenderunt. Ideo & tu quoque per illam ad gynæcêum vsque clarescere poteris. Atque istud ne vereare, etiam-
C si à viris ob aliud quiddam amari videaris, & hoc barbatus, aut etiam per Iouem caluus iam existens: sed adsint qui etiam ob id tecum consuetudinem habeant. At si nemo alius fuerit, vel serui sufficient. Nam hinc multa ad Rhetoricam vtilia oriuntur: augetur impudentia, & temeritas. Cernis etenim vt loquaciores sunt fœminæ, impotentiúsque ac supra viros conuitiis debacchantur. Quòd si itaque & tu similia patieris, aliis longè præstabis. Iam verò & volsum esse maximè oportet per omnia. quòd si non, illa prorsum vtique. Et
D ipsum autem os quoque ad cuncta libenter tibi diducatur, & lingua sermonibus & reliquis quantum potest subseruiat: potest autem non solùm solœcismum & barbarismum committere, nugari, peierare, conuiciari, criminari, mentiri, sed & aliud quid peragere noctu, & maximè quãdo vnus tam multis amatoribus non sufficies. Nam cuncta facere noscat, vt expeditior reddatur, & penitus à re nulla abstineat. Hæc fili mi si rectè didiceris (poteris siquidem, nihil enim ex his graue) confidenter polliceor te haud longo tempore rhetorem præstantissimum, nobísq; similem euasurum.

D videlicet barbariẽ, & vocis aſperitatem, & indiſcretam atque inordinatam enunciationem, & à Muſis omnino alienam, & id genus alia: oſculari autem etiam te ſupra hæc abſit, ô malorum auerſor Hercules. Nam ſcutum potiùs aut viperam oſculari ſatius fuerit, quòd in morſu ibi omne periculum & omnis dolor, & medicus accerſitus facilè illum depulerit: à tuo autem oſculo, & veneno iſto, quis quæſo vel ad ſacra vel ad aras accederet? Quis autem deus exaudiret etiam precantem? quàm multis luſtrationibus, multiſque fluminibus opus foret?

At talis ipſe cùm ſis, derides alios ob nomina ac verba, cùm tu interim facinora talia ac tanta perpetrare ſoleas. Atqui ego quidem ſi Apophradis vocabulum ignorarem, erubeſcerem potiùs: nedum ſi dixiſſem, inficias irem. Te verò nemo noſtrum accuſauit adhuc quòd ζωμολόγης dixeris, & ξυμμαθλητας, & ῥησιμετρῆν, & ἀθηνᾶν pro Athenas deſidero, & αἰθοχεστῆν, & σφενδικίζειν, & χειροβλημᾶσθαι. Malum te malè perdat Mercurius Logius, vnà cum ipſis verbis. Vbi enim huiuſmodi ſcripta reperis? In angulo fortaſſis alicubi alicuius ex poëtis iſtis Ialemo frigidioribus defoſſa, ſitu & araneis oppleta: aut alicubi ex libris Philænidos, quos in manibus crebrò habes: veruntamen te atque ore tuo digna. Quia autem oris mentionem feci, quid diceres quæſo ſi te in ius vocaret lingua? Fingamus enim hoc pacto, vt te iniuriæ, aut, quod modeſtius paulo foret, contumeliæ accuſaret, ita dicens: Ego te, ingratiſſime, pauperem atque inopem ſuſceptum, & victu quoque carentem principiò quidem in theatris celebrem feci, nunc quidem Ninum, nunc autem Metiochum, deinde paulo pòſt Achillem quoque exhibens. Poſt hæc autem docentem pueros ſyllabas nectere, longo tempore alui. Iam autem & alienas iſtas orationes velut in ſcena exhibentem, Sophiſtam videri feci, eámque gloriam tibi, quam minimè conueniebat, adaptaui. Quid igitur tantum habes quod imputare mihi poſſis, ob quod adeò contumeliosè me tractas, & iniungis mihi mandata quædam turpiſſima, & miniſteria execratione digna? Non ſatis mihi ſunt ea quæ per diem fiunt opera nefaria, mentiri puta, & peierare, & tot nugas atque ineptias exhaurire: imò verò cœnum verborum iſtorum euomere: ſed neque noctu me miſeram otium ducere ſinis, ſed ſola ego omnia tibi facio, & proculcor, & contaminor: ac lingua perinde vt manu vti decreuiſti, & quemadmodum alienam contumelia afficis me, tantíſque malisobruis. Loqui, meum opus ſolum eſt: talia autem facere ac pati, quæ tu cogis, aliis partibus iniunctum eſt. Quare vtinam & me aliquis, ceu philomelæ illam, execuiſſet. Nam mihi beatiores illorum linguæ videntur, qui liberos ſuos deuorarunt. Huiuſmodi, per Deos, igitur ſi lingua diceret,

Προσοποποιία linguæ expoſtulantis cum abutente.

καὶ ζωῖπος αὐτὸς ὢν, κατηγέλας τῶν ἄλλων ἐπ' ὀνόμασι, καὶ ῥήμασιν, ἔργα τοιαῦτα καὶ τηλικαῦτα ἐργαζόμενος. καίτοι ἐγὼ μὲν ἀποφράδα μὴ εἰδὼς, ἠχθόμην ἂν μᾶλλον, ἢ οὐχ ὅπως εἰπὼν ἐρυθριῶν ἄν. σὺ δὲ σαφῶς ἡπάσαν ἡμῶν βρωμολόγως λέγοντα, καὶ ξυμμαθλητὰς, καὶ ῥησιμετρῆν, καὶ Ἀθηνᾶν, τὴν Ἀθηνᾶν ἐπιθυμῶ, καὶ αἰθοχεστῆν, καὶ σφενδικίζειν, καὶ χειροβλημᾶσθαι. κακὸν κακῶς σε ὁ λόγιος Ἑρμῆς ἀπόλοιτο αὐτοῖς λόγοις. ποῦ γὰρ ταῦτα τῶν βιβλίων εὑρήσεις; ἐν γωνίᾳ που παλαῖ τῶν Ἰαλέμων τινὸς ποιητῶν, κατερρυπωμένα, ψύχους καὶ ἀράχνων μεσὰ, ἔπου ἐκ τῶν Φιλαινίδος δίπτων, ἃς ἀεὶ χερσὶν ἔχεις· σοὶ μέντοι, καὶ τῷ σοὶ στόματος ἄξια. ἐπεὶ δὲ τὸ στόματος ἐμνήσθην, τί φαίης ἄν, εἴ σε ἡ γλῶττα εἰς δικαστήριον παρακαλεσαμένη (ἀτιμῶ γὰρ οὕτως) ἀδικήματος, ἢ, ὃ μετειωπᾶτον, ὕβρεως διώκοι, λέγουσα; Ἐγώ σε, ὦ ἀχαριστότατε, πένητα καὶ ἄπορον παραλαβοῦσα, καὶ βίου δεόμενον, τὰ μὲν πρῶτα, ἐν τοῖς θεάτροις ἐνδοξότατον ἐποίησα, νυνὶ μὲν, Νῖνον, νυνὶ δὲ, Μητίοχον, εἶτα μετὰ μικρὸν Ἀχιλέα πλέξασα, μετὰ ταῦτα δὲ, παῖδας συλλαβίζειν διδάσκοντα, μακρῷ χρόνῳ ἔθρεψα, ἤδη δὲ καὶ τοὺς ἀλλοτρίους τούτους λόγους ὑποκρινόμενον, σοφιστὴν (εἰ δοκεῖν ἐποίησα, καὶ τὸν μηδὲν προσήκοντα δόξαν περιῆψα· τί τούτων τηλικοῦτον ἔχων ἐγκαλεῖς, ὑβριστά με ἀφορίσας, καὶ ὑπερπέπεις ὑπερβάλλοντα ἀΐσχιστα, καὶ ὑπουργίας καταπτύστους; οὐχ ἱκανά μοι τὰ ὑπὲρ τῆς ἡμέρας ἔργα, ψεύδεσθαι, καὶ ὀμνύναι, καὶ ἐπιορκεῖν, καὶ τοὺς ποσθίους ὕθλους, καὶ λήρους, ἀφανεῖν, μᾶλλον δὲ τὸν βόρβορον τῶν λόγων ἐκείνων ἐμεῖν; ἀλλ' οὐδὲ νυκτὸς τὸν κακοδαίμονα σχολὴν ἄγειν ἐᾷς· ἀλλά μόνη σοι πάντα ποιῶ, καὶ πατοῦμαι, καὶ μιαίνομαι, καὶ αἰτὶ γλώσσης, ὅσα καὶ χεὶρ χρῆσθαι διέγνωκας, καὶ ὥσπερ ἀλλοτρίαν ὑβρίζεις, καὶ ὑπερλυπεῖς τοσούτοις κακοῖς, λαλεῖν μοι ἔργον ὄντι μόνον. τὰ δὲ τοιαῦτα ποιεῖν, καὶ πάσχειν, ἄλλοις μέρεσι προσέπεσε. ὡς ὄφελε κἀμέ τις, ὥσπερ τὴν τῆς Φιλομήλας, ἐκτεμεῖν. μακαριώτεραι γοῦν μοι αἱ γλῶτται, τῶν τὰ τέκνα καταδηδοκότων. πρὸς θεῶν, ἂν λέγῃ ταῦτα ἡ γλῶττα,

ἰδίαν αὐτῇ φωνὴν λαβοῦσα, καὶ τὸν πώγωνα σωπήσειεν ὅτι καλεσαμένη, τί δὴ ἀποκέκραγε αὐτῇ; ἐκεῖνα δηλονότι, ἃ καὶ πρὸς τὸν Γλαῦκον ἔναγχος εἴρηταί σοι, ὅτι παροξυνθέντι ἤδη τῷ ἔργῳ αἰτιώμενον, ὡς ὅτι τοῦτο ἔνδοξος ἐν βραχεῖ, καὶ γνώριμος ἅπασι γεγένησαι. πόθεν αὖ, οὕτω παιδόμενος ὅτι τοῖς λόγοις γνώριμος, ἀγαπητὸν δὲ οὐδενὶ τρόπῳ κλῆσιν καὶ ὀνομασίαν ἔσχες; εἶτα καταριθμήσομέν αὐτῇ τὰς πολλάς σου παρῳδίας, ὁπόσας καλὰ ἔθνη παρῳκείληφας, ὃ καὶ θαυμάζω, ὅτι τὸ μὲν ἀποφοίβδαι ἐδυσχέρανας ἀκούσας, ἐπ' ἐκείνοις δὲ τοῖς ὀνόμασιν οὐκ ἠγανάκτεις, ἐν Συρίᾳ μὲν, ῥοδοδάφνη κληθείς, ἐφ' ᾧ δὴ, μὴ τὸ Ἀθηνᾶν, αἰσχύνομαι διηγεῖσθαι. ὥστε πολὺ ἐπ' ἐμοί, ἀσαφὲς ἔτι ἔσται. ἐν Παλαιστίνῃ δὲ, φαγμὸς ἐς τὰς ἀκάνθας τῆς πώγωνος, οἶμαι, ὅτι ἔνυττε μᾶλλον ὅτι γὰρ ἔξυρες αὐτόν. ἐν Αἰγύπτῳ δὲ, σπωμένῃ, παρέδηλον τοῦτο· μικροῦ γοῦν φασιν ἀποπνιγῆναί σε ναύτῃ τινὶ τῶν περιφερομένων ἐντυχόντα, ὃς ἐμπεσὼν ἀπέφραξέ σοι τὸ στόμα. Ἀθηναῖοι μὲν γὰρ βέλτιστοι, ἀνώνυμα τῷδε, ἀλλὰ γράμματος ἑνὸς παρῳδήκῃ τιμήσαντές σε, Ἀτίμαρχον ὠνόμαζον. ἴδοι γὰρ καὶ παλαιόν τι πρέπον παρῆν σοι. ἐν Ἰταλίᾳ δ', βαβαί, ἡρωϊκὸν ὄντως ἐπεκλήθης, ὁ Κύκλωψ, ἐπειδή ποτε καὶ πρὸς ἀρχαίαν ἀγροικίαν πρὸς αὐτὰ τὰ τοῦ Ὁμήρου ῥαψῳδῆσαι καὶ σὺ τὸ αἰσχρουργίας ἐπιθύμησας. καὶ αὐτὸς μὲν ἔκλεισο μεθύων ἤδη, κισσύβιον ἔχων ἐν τῇ χειρὶ βεβηκὼς Πολύφημος, νεανίας δὲ ἐπώμισθος, ὀρθὸν ἔχων τὸν μοχλὸν, ὃν μάλα ἠκονημένον, ὅπως οἱ Ὀδυσσεύς τις ἐπῇξε, ὡς ἐκκόψων τὸν ὀφθαλμόν·

Καὶ εἶπε μὲν ἅμ' ἔπτε, παρῆν δὲ οἱ ἑτοῖμος ἔπειτ' ἔλθε.

Αἰχμὴ δ' ἐξελύθη παρῆν δὲ νεανίῃ αἰθρεσία.

καὶ γὰρ οὐδὲν ἄτοπον ἐνῆν, οὗ λέγεται, ψυχρολουτεῖν σὺ δ' ὁ Κύκλωψ, ἀναπεπασμένος τὸ στόμα, καὶ ὡς ἔπι, πλατύπαλον κεχηνὼς, ἀνείχου τυφλώμενος ἐν αὐτῷ τῷ γράφειν. μᾶλλον δ', ὥσπερ ἡ Χάρυβδις, αὐτοῖς ναυσὶ καὶ πηδαλίοις, καὶ ἱστοῖς, ὅλον ζητῶν καταπιεῖν τὸν Οὖτιν.

propria aliqua assumpta sibi voce, ac barba tua velut patrona aduocata, quid quæso responderes ipsi? Illa scilicet quæ & ad Glaucum nuper abs te dicta sunt, cùm ille te ob opus iam actum accusaret, quòd ob hoc celebris breui tempore, & notus omnibus factus esses. Vnde ergo ita celebris? ob orationes ne redditus? At sufficit quomodocunque clarum ac celebrem esse, deinde connumerare ipsi multas istas appellationes, quas passim apud varias gentes adeptus es. Quo magis etiam miror quòd cùm apophradem audieris, ægrè tantopere tuleris, ob illa autem nomina nihil indigneris. Nam in Syria quidem Rhododaphne vocatus es: quamobrem autem, ita me Minerua amet, erubesco dicere. quare quantum quidem in me est, obscurum etiam maneat. In Palæstina autem, sepis nomine, ob barbæ opinor spinositatem, quoniam inter opus pungere solebat. adhuc enim tondebas ipsam. In Ægypto verò angina dictus es: quod per se manifestum est. Nam aiunt te propemodum suffocatum esse, cùm in nautam quendam crassiorem ex iis qui in onerariis atque maioribus nauibus sunt, incidisses: qui tibi postquam imposuisset, etiam ipsum os obturauit. Nam Athenienses quidem, optimi illi, obscurius nomen nullum dedere tibi, sed literæ vnius appositione te honorantes, Atimarchum appellarunt. Decebat enim & illud affectatum ac notium habere te. In Italia autem, papæ! heroicum illud, Cyclops vocatus es, quòd aliquando etiam ad veterē ornatum ac modum illum, iuxta ipsa Homeri poëmata, versibus peragore tu quoque turpitudinem illam affectasses. Ac ipse quidē iacui sti ebrius iam, mulctrale habens in manu, Polyphemus videlicet coire gestiens: ad olescens autem mercede conductus, ret tum habens vectem, probè admodum acu tum, quasi Vlysses quidam te inuadebat, excussurus videlicet oculum.

Forsasse enim nomen illum Timarchus fuerat.

Quē tamē haud tetigit, iuxtaq; elabitur hasta,
Et ferit extremum vibrata cuspide tentum.

Neque enim absurdum aut ineptum puto fuerit, cùm de te verba faciamus frigidiora quoque paulo hæc dicere. Tu verò Cyclops ille, diducto ore, & quàm latissimè licebat, hians, sustinebas ab illo tum occæcari tibi maxillam. Imò verò quemadmodū Charybdis, quærebas vnà cum ipsis nautis & clauis & velis totum illum absorbere Vtin, siue Neminem.

Atque hæc tum aſpiciebant etiam cęteri qui aderant. Deinde poſtero die vna ea tibi defenſio erat, ebrietas, & ad merum confugiebas. Hisigitur ac talibus nominibus opulentus cùm ſis, pudore afficeris erga Apophradem. Per deos itaque dic mihi, quo pacto afficeris cùm illa quoque dicunt plerique, λεσβιάζειν & φοινικίζειν? num igitur & hæc perinde vt Apophradem ignoras, & exiſtimas fortaſſis etiam laudari te ab ipſis? An hæc quidem vt conſueta & familiaria noſti: Apophradem autem vt ſolam ignotam improbas, & à catalogo verborum tuorum excludis? Proinde non indignas pœnas nobis exſoluis, ſed etiam muliebri conſortio, & ad Gynæcea vſque notus es. Nuperrimè igitur cùm nuptias quaſdam Cyzici ambire auſus eſſes, probè admodum explorata omnia habens optima illa mulier reſpondit: Haudquaquam, inquiens, virum eum accepero, qui ipſe quoque viro indiget. Et tamen in talibus rebus conſtituto tibi, adhuc verborum cura eſt, & rides conſpuiſque cæteros. Meritò ſanè. Neque omnes ſimilia tibi dicere poſſumus. Vnde enim, aut quis adeò in verbis audax foret, vt contra tres adulteros pro gladio tridentem poſtuleti? De Theopompo autem ob Tricaranum in iudicio agente dicat tricuſpide oratione ipſum confeciſſe ciuitates præſtantiores? Et rurſum, tridente interfeciſſe ipſum Græciam: & eſſe Cerberum in oratione? Nam paulo antè & lucerna accenſa quærebas fratrem quendam, ni fallor, mortuum, & alia infinita, quorũ ne mentionem quidem facere dignum eſt, excepto ſolo illo, quod qui audierunt, memoriæ retulere. Diues quidam opinor, & duo pauperes erant inter ſe inimici: poſtea de diuite loquens, occidit, inquis, ἅπαντα τῶν πτώχων. Ridentibus autem vt par erat, iis, qui tum aderant, corrigens videlicet, & id quod erratum erat, reſtituens, Haudquaquam, ſubiicis, ſed ἅπαντα αὐτῶν occidit. Omitto antiqua illa: pura πειθὼ μυθῶν, & ἀπιστίαν, & πίστιν, & ἀκμήν, & quæ alia præclara in orationibus tuis effulgent. Nam quæ paupertatis cauſſa facis, ô chara Adraſtia, nemini exprobrauero. Ignoſcendum enim, ſi quis fame coactus, depoſito à ciue accepto, dejerarit ſe illud haudquaquam accepiſſe: aut ſi quis impudenter poſtulat, imò verò mendicat, & furatur, & publicanorum more rapit. Haud equidem iſta dico.

καὶ ταῦτα ἑώρων καὶ ἄλλοι παρόντες. εἶτά σοι ἐς τὴν ὑστεραίαν μιᾶς ἦν ἀπολογία, ἡ μέθη, καὶ εἰς τὸν ἄκρατον κατέφευγες. τοιούτοις δὴ καὶ τοσούτοις ὀνόμασι πλουτῶν, αἰσχύνῃ τὴν Ἀποφράδα; πρὸς θεῶν εἰπέ μοι τί πάσχεις, ἐπειδὴ καὶ ἃ λέγουσιν οἱ πολλοὶ, λεσβιάζεις σε καὶ φοινικίζεις; ἆρα καὶ ταῦτα ὥσπερ τὴν Ἀποφράδα ἀγνοεῖς, καὶ οἷς τάχα που ἐπαινεῖσθαι δοκεῖς αὐτοῖς; ἢ ταῦτα μὲν ἴδια καὶ οἰκεῖα ἐπίστασαι, τὴν Ἀποφράδα δ' ὡς ἀγνῶτα μόνην ἀπαιτίζεις, καὶ ἀποκλείεις τοῦ καταλόγου τῶν ὀνομάτων; βούλομαί σε μεμνῆσθαι ἡμῖν τίνες ταῖς δίκαις, ἀλλὰ μέχρι καὶ τῆς γυναικωνίτιδος παρεβόησας εἰ. πρώην γοῦν ἐπιδή τινα γάμον ἐν Κυζίκῳ μνᾶσθαι ἐπόλμησας, δεῖ μάλα σκυπτομένην πολύτα ἢ βελτίστην εἶναι γυνὴ, Οὐκ ἂν προσείμην, ἔφη, ἄνδρα, καὶ αὐτὸν ἀνδρὸς δεόμενον. εἶτα ἐν τοιούτοις ὕστι σοι, ὀνομάζειν μέμφῃ, καὶ γλᾶς, καὶ τῶν ἀνδρῶν καταπίνῃς; εἰκότως. ἃ γὰρ αὐ ἄπαντες ὁμοιά σοι λέγειν δυναίμεθα. πόθεν; τίς ὕτως εὐλόγοις μεγαλόπολις, ὡς ὅπου μὲν τοὺς ῥῆξις μιχοὺς, ἀλλ' ξίφεις τελαίνας αἰτεῖν; τὸν δὲ Θεόπομπον ὅτι τῷ Τελικαρίνῳ κρίνοντα, φαίης, τελιγλώχινι λόγῳ καθηρηκέναι αὐτὸν τὰς πρεσβύχουσας πόλεις; καὶ πάλιν, ἐκτελαινῶσαι αὐτὸν τὴν Ἑλλάδα, καὶ τὸν Κέρβερον ἐν τοῖς λόγοις; πρόφρων γὰρ καὶ λίχνος ἄψας, ἐζητεῖς ἀδελφόν τινα, οἶμαι, ἀπολωλότα· καὶ ἄλλα μυρία, ὧν οὐδὲ μεμνῆσθαι ἄξιον, ἢ μόνου ἐκείνου, ὅσῳ οἱ ἀκούσαντες ἀπεμνημόνευον. πλούσιός τις, οἶμαι, καὶ δύο πένητες ἦσαν ἐχθροί. εἶτα μεταξὺ πρός τὸν πλούσιον λέγων, Ἀπέκτεινεν, ἔφης, ἅπαντα τῶν πενήτων γελασάντων ἢ, ὡς τὸ εἰκός, τῶν παρόντων, ἐπιμορφούμενος δὴ σὺ, καὶ ἀναπλήσων τὸ διημαρτημένον, Οὐ μᾶλλον, ἔφης, ἀλλὰ ἅπαντα αὐτὸν ἀπέκτεινεν. ἐῶ τὰ ἀρχαῖα, τὸ πειθὼ μυθῶν, καὶ τὸ αἰδεμέλα, καὶ τὸ πίταμαι, καὶ τὸ ἀκμήν, καὶ ὅσα ἄλλα καλὰ τοῖς σοῖς λόγοις ἐπιθυμεῖ. ἀμὲ γὰρ ἔστω τῆς πενίας ἐλεεινόμενος ποιῇς, Ἀδράστια φίλη, οὐκ ἂν πῃ ὀκνήσαιμι. συγγνωστὸν γοῦν, εἴ τις λιμῷ πιεζόμενος, ἀποκαθήκας πρὸ ἀνδρὸς πολίτου λαβὼν, εἶτα ὑπωρκήσειν, ἢ μὴν μὴ πρᾶσθαι· ἢ εἴ τις αἰσχρῶς αἰτεῖ, μᾶλλον δὲ προσαιτεῖ, καὶ λωποδυτεῖ, καὶ τελωνεῖ. οὐ δὴ λέγω ταῦτα.

Φθόνος γὰρ οὐδεὶς ἐξ ἄπορος ἀμυνάσθαι τὴν ἀπορίαν· ἀλλὰ τοῦτο δὴ τοῦτο φορητόν, πένητά σε ὄντα, εἰς μόνας τὰς τοιαύτας ἡδονὰς ἁπάντων ἐκχεῖν τὰ ἐκ τῆς ἀναισχυντίας περιγιγνόμενα. πλὴν εἴ γέ τι καὶ ἐπαινέσαι μοι δόξεις πάνυ ἀστείως ἐκεῖνο σὺ πεποιηκώς, ὁπότε τὸν Τισίου τοῦ τέχνην οἶδα, ὡς ὁ δικαιότατος ἔργον αὐτὸς ἐποίησας, ἁρπάσας τοῦ αἰσχίστου ἐκείνου πρεσβύτου χρυσοῦς τριακοντα· ὁ δὲ, ἀφ' ὧν Τισίας, αἰτῶν τὸν βιβλίου, πεντήκοντα καὶ ἑπτακοσίας ἔξεπεσε, καταφιλοθείς. πολλὰ ἔτι ἔχων εἰπεῖν, τὰ μὲν ἄλλα ἐκὼν ἀφίημί σοι. ἐκεῖνο δὲ μόνον προσλέγω, πρόσεχε μὴ τοῦτο, ὅπως σοι φίλον, καὶ μὴ παύσῃ τὰ τοιαῦτα εἰς ἑαυτὸν παροινῶν, ἐκεῖνο δὲ μηκέτι, ἄπαγε. οὐ γὰρ ὅσιον ὅτι τοῦ αὐτοῦ Ἑστίαν τοὺς τοῦτο ἁμαρτάνοντας καλεῖν, καὶ φιλοτησίας μεταδιδόναι, καὶ ὅλων τῶν αὐτῶν ἀπολαύειν. ἀλλὰ μηδὲ ἐκεῖνο ἔχω ὅτι πρὸς τοὺς λόγους, φιλήματα, καὶ ταῦτα πρὸς τοὺς οὐ πρὸ πολλοῦ ἀποτρέψαντα σοι ἐρασαμένους τὸ στόμα, καίτοι γε ἅπαξ φιλικῆς παιδιᾶς ὑπερπικρίαν, κἀκεῖνα, εἰ δοκεῖ, ἄφελε, τὸ μύρῳ χρίεσθαι τὰς πολιάς, καὶ τὸ πιθοῦσθαι μόνα ἐκεῖνα. Εἰ μὲν γὰρ νόσος τις ἐπίοι, ἄπαν τὸ σῶμα θεραπευτέον· εἰ δὲ μηδὲν τοιοῦτον, τί σοι βούλεται καθαρὰ, καὶ λεῖα, καὶ ὁλιθηρὰ ἐργάζεσθαι, ἃ μηδὲ ὁρᾶσθαι ἡμῖς; ἐκεῖνό σοι μόνον σῴζων, αἱ πολιαὶ, καὶ τὸ μηκέτι μελαίνεσθαι, ὡς προκάλυμμα εἶεν τῆς βδελυρίας. φείδου δὴ αὐτῶν, πρὸς Διός, κἂν τοῦτο, καὶ μάλιστα τῆς πώγωνος αὐτῆς, μηδὲ μιαίνῃς ἔτι, μηδὲ ὑβρίζῃς· εἰ δὲ μή, ἀλλὰ νυκτί γε, καὶ σκότῳ σκότος. τὸ δὲ μεθ' ἡμέραν, ἄπαγε, κωμῳδὴ ἄγελαν καὶ θηριώδες· ὁρᾷς ὡς ἄμεινον ἦν σοι ἀκίνητον τὴν Καμαρίναν ἐᾶν, μηδὲ καταγελᾶν τῆς Ἀποφράδος, ἣ σοι Ἀποφράδα τὸν βίον ὅλον ἐργάσηται; ἢ ἔτι προσδεῖ τινος, ὡς τό γε ἐμὸν οὔποτ' ἐλλείψῃ; οὐδέπω γοῦν οἶσθα ὡς ὅλην τὴν ἅμαξαν ἐπασάμην, δίον, ὦ παμπάλαμε, καὶ κίναιδος, ὑποπτήσσειν εἴ τις αὐτὴν δασύς, ἢ τοῦτο δὴ ὃ ἀρχαῖον, μελάμπυγος, δριμὺ μόνον εἰς σὲ ἀπολέψειεν.

Neque enim inuidia vlla eſt quoquo modo depellere inopiam, ſed illud intolerabile tandem, pauper cùm ſis, in ſolas huiuſmodi voluptates omnia ea profundere, quæ per impudentiam iſtam acquiris. Niſi ſi quid vtique etiam laudare mihi conceſſeris admodum vrbanè abs te factum, quando cùm Tiſiæ artem noris, bis Coracis opus ipſe peregiſti, ſubreptis ſtulti illius ſenis triginta aureis. Ille autem propter Tiſiam pro libro ſeptingentas & quinquaginta drachmas exoluit, deceptus videlicet. Multa adhuc alia poſſem dicere, ſed tamen cætera quidem volens remitto tibi: illud autem ſolum adhuc verbis addam. Age iſta quidem fac vt tibi lubet, nére deſieris huiuſmodi in te ipſe debacchari: ab illo autem caue. Non enim pium aut fas eſt, eandem Veſtam, eos qui talia committunt, inuocare, & amicitiam præbibere, cadémque obſonia attingere. Sed neque illud, Ob verba videlicet oſcula: idque cum iis qui tibi non multò antè apophradem ipſum os effecere. Ac poſtquam ſemel admonitionem amicam exorſi ſumus, etiam illa, ſi videtur, abs te amoue, vnguento puta canos iſtos inungere, & pice ſola illa quæ ſcis, velli. Nam ſi morbus quidem aliquis vrgeret, totum corpus curandum foret: nunc autem cùm nihil ægrotas tu huiuſcemodi, quid attinet pura ac leuia & glabra illa tibi reddi, quæ ne aſpici quidem fas erat? Illud tibi vnum relictum eſt, qui doctrinam ac ſapientiam præ te feras, cani videlicet, & non ampliùs nigricare. Id tanquã operculum quoddam malitiæ ac deteſtabilitatis illius ſit. Proinde parce ipſis per Iouem, cùm in hoc tum maximè in barba ipſa, neque polluas hanc ampliùs, neque contumelia afficias: aut ſi prorſus hoc nequeas, noctu ſaltem, & in tenebris: interdiu autem apage: eſt enim omnino ferum ac beſtiale. Vidésne quanto ſatius fuerat tibi Camarinam immotam relinquere, neque Apophradẽ deridere, quæ tibi apophradem & atram totam vitam reddiderit? An etiam amplius aliquid deſideras? Nam quod ad me attinet, nunquam quicquam deficiam. Nondum igitur ſcis quòd totum attraxiſti tibi plauſtrum, cùm conueniret, ô pæpalema (id eſt, omnifariam ſcelerate) atque cinæde, vereri te ſi quis homo lurſutus, & iuxta antiquum illud, Melãpygus, acerbè ſolùm intueretur te.

Fortaſſis iam hæc quoque ridebis, pæpalema quod dixi,& cinædum, perinde vt ænigmata quædam & griphos audiens. Ignota enim tibi ſunt tuorum operum nomina. Quare licet tibi iam etiam hæc cauillari, niſi tibi tripla atque etiam quadrupla Apophras iam parta eſt. Accuſes autem teipſum ob hęc omnia,licet.Nam vt præclarus ille Euripides dicere ſolitus fuit,Oris indomiti, & ſtultitiæ & iniquitatis finis, infelicitas eſſe conſueuit.

A ἴσως ἤδη καὶ ταῦτα γελάσῃ, ὃ παιπάλημα, καὶ ὃ κίναιδος, ὥσπερ τινὰ αἰνίγματα, καὶ γρίφους ἀκούσας. ἄγνωστα γάρ σοι τὰ σῶν ἔργων τὰ ὀνόματα. ὥστε ἔξεστί σοι ἤδη καὶ ταῦτα συκοφαντεῖν, εἰ μὴ τριπλῆ καὶ τετραπλῆ σοι ἡ ἀποφορὰς ἐκτέτικται. αἰτιῶ δ' ἐγὼ σεαυτὸν ὑπὲρ πάντων. ὡς γὰρ ὁ καλὸς Εὐριπίδης λέγειν εἴωθεν, Ἀχαλίνων στομάτων, καὶ ἀφροσύνης, καὶ ἀδικίας, ὃ τέλος δυστυχία γίγνεται.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΟΙΚΟΥ.

DE DOMO. Iacobo Micyllo interprete.

ARGVMENTVM.

Obliqua quædam domus laudatio eſt,cuius & ſitum & ſtructuram,& tecti cæterarúmque partium ornamenta ,poſtremò etiam parietum picturas deſcribit , additis paſſim amplificandi gratia etiam ſimilitudinibus quibuſdam. Atque hæc omnia ſub diſputationis ſeu contentionis quadam figura, qua de pulchritudine domus, vtrùm ea videlicet ad inuitandum & inuandum oratorem in ea dicentem plus proſit, an noceat, diſputatur.Cuius quidem affirmatiua pars priore loco tractatur, ab effectu & poteſtate pulchritudinis comprobata, additis & exemplis & ſimilitudinibus eodem pertinentibus. Altera autem, ac negatiua, per proſopopœiam ſubiungitur. Fingitur enim alia quædam alterius oratio ſuperiorem refellere,& ſimilitudines, & quæ de vi pulchritudinis à ſuperiore afferuntur, per inuerſionem confutare, ipſa autem ſuam ſententiam ab aliis elegantiæ ac pulchritudinis effectibus, præterea & Herodoti teſtimonio,& ipſorum auditorum exemplo , confirmare. Ac in priore quidem parte ſitus domus & tecti, cæterarumque partium elegantia depingitur: in poſteriore verò parietum pictura deſcribuntur, vt ex ea quoque re nouitas ac gratia quædam ſcripto accedat.

ERgo Alexander quidem B expetiuit in Cydno lauari, cùm pulchrum adeò & perſpicuum fluuium eum conſpicatus eſſet, deinde & tutò profundũ, & leniter concitatum,& æſtatis tempore gelidum, adeò etiam, vt ſi iam antea manifeſtum eum morbum quo poſtea ex illo ægrotare cœpit, præuidiſſet, non facilè ab illius lauacro abſtinere ſe potuiſſe videatur. Domum autem ſi quis videat mole maximam,forma pulcherrimam, luce clariſſimam,auro fulgentiſſimam, denique & picturis floridiſſimis, non expetat in ea orationem velut teſtato relinquere, ſi fortè circa hoc ſtudium verſetur, & celebrari intus & inclareſcere,ac voce illam implere,& quàm maximè licet , etiã ipſe pars quædam pulchritudinis illius eſſe: ſed ſtatim poſtquam diligẽtiùs paulo contemplatus illam atque admiratus tãtummodo fuerit, iterum inde abeat,mutam,

ΕΙπε Ἀλέξανδρος μὲν ἐπεθύμησεν ἐν τῷ Κύδνῳ λούσασθαι, καλόν τε ἅμα καὶ διαυγῆ τὸν ποταμὸν ἰδών, καὶ ἀσφαλῶς βαθύν, καὶ προσηνῶς ὀξύν, καὶ νήξασθαι ἡδύν, καὶ θέρους ὥρᾳ ψυχρόν, ὥστε καὶ ὅτι προσηδίλῳ τῇ νόσῳ, ᾗ ὕστερον ἀπ' αὐτοῦ, δοκεῖ μοι οὐκ ἂν τοῦ λουτροῦ ἀπέσχετο. οἶκον δέ τις ἰδὼν μεγέθει μέγιστον, καὶ κάλλει κάλλιστον, καὶ φωτὶ φαιδρότατον, καὶ χρυσῷ στιλπνότατον, καὶ γραφαῖς ἀνθηρότατον, οὐκ ἂν ὑπομείνειε λόγοις ἐν αὐτῷ χρῆσθαι, εἰ τύχοι περὶ τοὺς τοιούτους χρηστείων, καὶ εὐδοκιμῆσαι, καὶ ἐλλαμπρύνασθαι, καὶ βοῆς ἐμπλῆσαι, καὶ ὡς ἔνι μάλιστα καὶ αὐτὸς μέρος τοῦ κάλλους αὐτοῦ γένοιτο, ἀλλὰ περιοπτήσας ἀκριβῶς, καὶ θαυμάσας μόνον, ἄπεισι, κωφὸν αὐτόν, καὶ ἄλογον

καὶ ἄλογον καταλιπών, μήτε προσειπών, μήτε προσομιλήσας, ὥσπερ τις ἀηδὼν, ἢ φθόνῳ σιωπᾶν ἐγνωκώς; Ἡράκλες, οὐ φιλοκάλου τινὸς, οὐδὲ τοῦ τὰ εὐμορφότατα ἐρωτικοῦ τὸ ἔργον, ἀγροικία δὲ πολλὴ, καὶ ἀπειροκαλία, καὶ προσέτι γε ἀμουσία, τῶν ἡδίστων αὐτὸν ἀπαξιοῦν, καὶ τῶν καλλίστων ἀποξενοῦν, καὶ μὴ σπουδέναι ὡς οὐχ ὁ αὐτὸς περὶ τὰ θεάματα νόμος ἰδιώταις τε καὶ πεπαιδευμένοις ἀνδράσιν· ἀλλὰ τοῖς μὲν ἀπόχρη τὸ κοινὸν τοῦτο ἰδεῖν μόνον, καὶ περιβλέψασθαι, καὶ τῷ ὀφθαλμῷ περιενεγκεῖν, καὶ προσέτι τῷ ὀρθῷ αἰακύψαι, καὶ τῷ χεῖρα ὑπερῆσαι· καὶ κατ' ἡσυχίαν παθεῖν, δεῖ τὸ μὴ αὖ δυσανθρώπως ἄξιόν τι τῶν βλεπομένων εἰπεῖν. ὅστις δὲ μὴ παιδείας ὀρθῆς τὰ καλὰ, οὐκ αὖ, οἶμαι, ἀγαπήσει, ὄψει μόνῃ χαρπωσάμενος τὸ τερπνὸν, ἀλλ' αὖ ἀκουσίαν ἄφωνος ἀκοὴς τοῖς κάλλεσι γένεσθαι. πειράσεται δὲ ὡς οἷόν τε, καὶ συλλαβεῖν, καὶ λόγῳ ἀμείψασθαι τὸ θέαμα. ἢ δὲ ἀμοιβὴ, οὐκ ἔπαινος τοῦ οἴκου μόνον (τοῦτο μὲν γὰρ ἴσως ἐκείνῳ τῷ νεανίσκῳ μειρακίῳ ἥρμοττε, τῷ Μενέλεω οἰκέτῃ ἀφηκκεπλῆχθαι, καὶ πρὸς τὰ ἐν οὐρανῷ καλὰ, τὸν ἐλέφαντα καὶ τὸν χρυσὸν αὐτῆς ἀπεικάζειν, ἅτε μηδὲν ἐν γῇ καλὸν τι ἄλλο ἑωρακότι) ἀλλὰ καὶ ὃ εἰπεῖν ἐν αὐτῷ, καὶ τοῖς βελτίοσι συγκαλέσαντα λόγων ὑποδοχὴν ποιήσασθαι, μέρος τοῦ ἐπαίνου καὶ τοῦτο γένοιτο ἄν. καὶ ὃ πρᾶγμα ἀφόδιον, οἶμαι, οἴκων ὁ κάλλιστος ἐς ἀποδοχὴν λόγων αἰσθητικῶς μεθαρμόσαιτο, καὶ ἐπαίνου καὶ εὐφημίας μετὸς ὤν, ῥῆμα καὶ αὐτὸς ὥσπερ τὰ ἄψυχα συνεπηχῶν, καὶ τοῖς λεγομένοις ἀκολουθῶν, καὶ ἀποπίνων τὰ πλεονάζοντα τῆς φωνῆς, καὶ τοῖς ὑστάτοις τῶν λόγων ἐμβοηθοῦντα. μᾶλλον δὲ ὡς ἂν τις εὐμαθὴς ἀκροατὴς ἀφομοιοῦσθαι τὰ εἰρημένα, καὶ τὸν λέγοντα ἐπαινῶν, καὶ αἰτιάσασθαι οὐκ ἄμουσον ποιούμενος πρὸς αὐτά· οἷόν τι παρὰ τοῖς πρὸς τὰ αὐλήματα τῶν ποιμένων αἱ σκηναὶ ἐπαυλοῦσαι, τῆς φωνῆς ἐπομοιούσης τῷ ὑποτύπτοντι, καὶ πρὸς αὐτὸν ἀναστρεφούσης· οἱ δὲ ἰδιῶται νομίζουσι παρθένον τινὰ εἶναι τὸν ἀμειβόμενον τοῖς ᾄδουσι,

& orationis expertem illam relinquens, neque alloquendo quicquam videlicet, neque sermonem conferendo, perinde atque elinguis aliquis, aut qui inuidia quadam tacere decreuisset? At Hercle neque honesti aut studioſi vllius officium hoc, neque eius qui pulcherrimarum rerum amore teneatur, sed rusticitas multa atque insciti a est, & præterea amusum certè & barbarum quiddam, suauissimis rebus se ipsum velut indignum abstinere, & à pulcherrimis velut exulem relegare, neque intelligere quòd non eadem circa spectacula lex posita sit idiotis siue indoctis, & eruditis viris: sed illis quidem sufficit commune hoc, videre solum, & circumspicere, atque oculos circumferre, ac sursum versus tectum spectare, manúmque attollere, & cum silentio voluptatem capere, præ metu ne quid nõ satis dignum iis quæ spectantur, dicendo proferat. At qui cum eruditione siue iudicio aliquo spectat ea quæ pulchra sunt, ille haudquaquam, puto, contentus erit visu tantùm, id quod delectabile est, decerpere, aut mutus spectator pulchritudinis esse: sed enitetur, quoad fieri potest, & immorari in eo, & oratione compensare visum. Cæterùm compensatio ea, non laus modò domus (nam hoc quidem fortassis adolescentem illum insularem decebat, Menelai videlicet domum cum admiratione quadam spectare, & cum iis quæ in cœlo pulchra sunt, ebur & aurum ipsius comparare, vt qui in terris pulchrum aliud nihil vidisset) sed & dicere in ea, & optimis quibusque conuocatis, orationis specimen exhibere, pars quædam laudis hoc quoque fuerit. Atque adeò rem suauissimam arbitror esse, domum pulcherrimam ad suscipiendas orationes adapertam, laudísque & comprecationis plenam, paulatim ipsam quoque, perinde vt antra, voces referentem, & iis quæ dicuntur, respondentem, & protendentem postrema sermonis, & vltimis verborum immorãtem, imò verò, quemadmodum docilis aliquis auditor solet, ea quæ dicta sunt, memoria repetentem, & eum qui dicit, laudãtem, ac permutationem haudquaquam à Musis alienam cum ipsis facientem: quale quiddam accidit & speculis pastorum, tibiis & cantu resonantibus, voce in contrarium repercussa, atque in seipsam reuertente. Idiotę autem & indocti putant virginem quandam esse, quæ canentibus

vel clamantibus hoc modo reſpõdeat, in mediis alicubi præcipitiis habitantem, ac loquentem intus de rupibus. Mihi itaque videtur vnà cum magnificentia domus ac ſumptu, etiam dicentis animus attollere ſeſe, & ad peroraudum excitari, vtpote cui ipſe quoque viſus ſubminiſtrat ac ſubiicit nonnihil. Fermè enim intrò per oculos permanat ac deſcendit ad animum vſque pulchrũ aliquid, ad quod deinde ille exornatam & compoſitam orationem foras emittit. An verò Achilli credimus, viſum armorum intendiſſe illum contra Troianos impetum, & poſtquam idem illa experiendi tantùm gratia induiſſet, elatum fuiſſe, & veluti ſublimem ad belli deſiderium abreptum: orationis autem atque dicendi ſtudium non eodem modo pulchritudine locorum accendi? Atqui Socrati quidem ſatis fuit platanus illa ingenioſa, & herba vireſcens, & fons perſpicuus non longè ab Iliſſo: atque ibi reſidens, cùm Phædrum illum Myrrhinuſium verbis eludebat, ac Lyſiæ Cephali illius filij orationẽ redarguebat, tum Muſas quoque accerſebat, credebátq; venturas eas eſſe in ſolitudinem, & coadiuturas ſe ad illã tum de amore inſtitutam orationem. Neque verebatur homo ſenex aduocare virgines ad amores maſculos intelligendos. Nos autem in locum adeò pulchrum nõ putemus eas vel inuocatas venturas eſſe? At ſanè non in vmbra ſolùm aut ſub Platani pulchritudine receptaculum hoc erit, neque etiam illa ad Iliſſum amœnitate relicta, Regis domum auream cum hac contuleris. Nam illius quidem admiratio omnis in magnificentia ac ſumtu conſiſtebat, ars autem, vel pulchritudo, vel delectatio, vel concinnitas partium, vel iuſta etiam proportio, nulla reſpondebat: neque etiam auro ſparſim ac modeſtè ornata erat, ſed erat ſpectaculum planè barbarum opulentia mera, & inuidia aſpicientium, & felicitatis iactantia iis qui eam poſſidebant: quod autem verè laudares, nihil illi aderat. Neque enim ratio vlla erat Arſacidis pulchri, neque oſtentationes ſuas ad voluptatem comparabant, neque etiam curabant, laudaturine eam eſſent ſpectatores, an non, ſed hoc ſolum, vt cum ſtupore quodam intuerentur. Non enim honeſti amantes, ſed diuitiarũ ſtudioſi barbari ſũt.

ἢ βοᾶν τὰς, ὡς μέσοις που τοῖς κρημνοῖς κα-
θειμένου, καὶ λαλοῦντος ἐκ τῶν πετρῶν ἔν-
δοθεν. ὅ μοι γοῦν δοκεῖ καὶ συνεξαίρεσθαι οἴ-
κου πολυτελείᾳ ἢ τῷ λέγοντι γνώμη, καὶ
πρὸς τοὺς λόγους ἐπεγείρεσθαι, καθάπερ τι
καὶ ὑποβαλλούσης τῆς ὄψεως. σχεδὸν γὰρ εἰσρεῖ τι
διὰ τῶν ὀφθαλμῶν ὅπῃ τινὶ ψυχῇ καλόν.
εἶτα πρὸς αὐτὸ κοσμῆσθαι ἐκπέμπει τοὺς
λόγους. ἢ τῷ μὲν Ἀχιλλεῖ πιστεύομεν, τὸ ἔνι
τῶν ὅπλων ὑπαιτίαν καὶ τῶν Φρυγῶν τινὰ ὁρ-
μὴν, καὶ ὅπῃ εἰσέδυ αὐτὰ πειρώμενος, ἐπρ-
θύμως καὶ παρορθύμως πρὸς τὸν τοῦ πολέμου
ὑπόθυμον· λόγου δὲ σπουδὴν μὴ ὑπαίτιον εἶ-
ναι πρὸς κάλλη χωρίων; καίτοι Σωκράτει
μὲν ἀπέχρησε πλάτανος εὐφυὴς, καὶ πόα εὐ-
θαλὴς, καὶ πηγὴ διαυγὴς, μικρὸν ἀπὸ τοῦ
Ἰλισσοῦ· καὶ ταῦτα καθεζόμενος, Φαίδρου τε
τοῦ Μυῤῥινουσίου κατειρωνεύετο, καὶ τὸν Λυσίου
τοῦ Κεφάλου λόγον διήλεγχε, καὶ τὰς Μούσας
ἐκάλει, καὶ ὑπέκυεν ἥξειν αὐτὰς ὅπῃ τινὶ
ἐρημίαν, συμπαιδιωμένας τῷ περὶ τοῦ
ἔρωτος λόγῳ. καὶ οὐκ ἠμύετο γέρων ἄνθρω-
πος, τοὺς μὲν καλοὺς παῖδας, συνεσομένους τὰ
παιδερασταί. ἐς δὲ οὕτω καλὸν χωρίον, οὐκ
ἂν οἰώμεθα καὶ ἀκλήτους αὐτὰς ἐλθεῖν; καὶ
μὴν γε κατά γε σκιὰν μόνον, οὐδὲ τῆς πλα-
τάνου κάλλος ἡ ὑποδοχὴ, οὐδ' ἂν τῇ ὑπὸ
τῷ Ἰλισσῷ καταλιπών, τὴν βασιλέως λέ-
γης τὴν χρυσῆν. ἐκείνης μὲν γὰρ, ὁ τῇ πο-
λυτελείᾳ μόνῃ ὁ θαῦμα· τέχνη δὲ, ἢ κάλ-
λος, ἢ τέρψις, ἢ ὁ σύμμετρον, ἢ ὁ εὔρυθμον,
ἢ συνείργαστο, οὐδὲ κατεμέμικτο τῷ χρυ-
σῷ, ἀλλ' ἦν βαρβαρικὸν ὄντως θαῦμα, πλού-
του μόνου, καὶ φθόνου τῶν ἰδόντων, καὶ δύσ-
μενισμὸς τῶν ἐχόντων. ἔπαινος δὲ, οὐδαμοῦ
παρῆν· οὐδὲ γὰρ ἔμελε τοῖς Ἀρσακίδαις
τῶν καλῶν, οὐδὲ πρὸς ὃ τερπνὸν ἐποιοῦν-
το τὰς ἐπιδείξεις, οὐδὲ ἐφρόντιζον, εἰ ἐπαι-
νέσονται οἱ θεαταί, ἀλλ' ὅπως ἐκπλαγήσον-
ται· ἦσαν φιλόκαλοι γὰρ, ἀλλὰ φιλόπλουτοί
εἰσιν οἱ βάρβαροι. τοῦτο δὲ τῆς οἰκίας ὃ κάλ-
λος, οὐ κατὰ βαρβαρικούς τινας ὀφθαλ-
μούς, οὐδὲ κατὰ Περσικὴν ἀλαζονείαν, ἢ βα-
σιλικὴν μεγαλαυχίαν, οὐδὲ πένητος μόνον,

At huius domus pulchritudo, non ad barbaricos aliquos oculos, neque ad Perſicã arrogantiam, aut regiam iactantiam comparata eſt: neque pauperẽ modò ſpectatorem,

ἀλλὰ διφυοῖς ἢ τὸ διάφωτον, καὶ ὅτῳ μὴ σὺν τῇ ἑψῇ ἡ χρίσις, ἀλλά τις καὶ λογισμὸς ἐπακολουθῇ τοῖς λεγομένοις. ὃ γὰρ τῆς τι ἡμέρας πρὸς ὃ κάλλιστον ἀποβλέπειν (κάλλιστον δὲ αὐτῆς καὶ πολιόπατον, ἡ ἀρχή) καὶ τὸν ἥλιον ὑποδεχούσας διὰ μέσου ἐκπεσεῖσθαι, καὶ τὸ φωτὸς ἐμπίπλασθαι ἐς κόρον, ἀναπεπταμένων τῶν θυρῶν, καθ' ὃ καὶ τὰ ἱερὰ βλέποντα ἐποίουν οἱ παλαιοὶ, καὶ ὃ τῆς μήκους πρὸς ὃ πλάτος, καὶ ἀμφοῖν πρὸς ὃ ὕψος διείθμου, καὶ τῶν φωταγωγῶν ἐλευθέρων, καὶ πρὸς ὥρας ἑκάστην δὲ ἔχον, πῶς ἂν ἡδέα ταῦτα πάντα, καὶ ἐπαίνων ἄξια; ἔτι δὲ θαυμάσειεν ἄν τις καὶ τῆς ὀροφῆς ὡς τῷ διμόρφῳ ὃ ἀπέριττον, καὶ τῷ διακόσμῳ ὃ ἀνεπίληπτον, καὶ ὃ τῆς χρυσοδέσμου ὃ διαρεπὲς συμμέσον, ἀλλὰ μὴ πρὸς τὰς χρείας ὑπέρφορον, ἀλλ' ὁπόσον ἂν καὶ γυναικὶ σώφρονι, καὶ καλῇ, ἀρκέσῃ ὑπισημότερον ἐργάσασθαι ὃ κάλλος, ἢ πρὸς τὴν δειρὴν λεπτός τις ὅρμος, ἢ πρὸς τῷ δακτύλῳ σφενδόνη διφόρος, ἢ ὡς τοῖν ὠτοῖν ἐλλόβια, ἢ πόρπη τις, ἢ ταινία ὃ ἄφετον τῆς κόμης στωδίουσα, τοσοῦτον τῇ διμορφίᾳ προσπλέκουσα, ὅσον τῇ ἑαθῇ ἡ ἁπορφύρα· αἱ δέ γε ἐπαίρουσι, καὶ μᾶλλον αἱ ἀμορφότεραι αὐτῶν, ὃ τὴν ἑαθῆτα ὅλην πυρφυρᾶν, καὶ τὸν δάκτυλον χρυσῶν πεποιῶνται, τῷ πολυτελῆ θηρώμεναι ὃ ἐπαγωγὸν, καὶ ὃ σιδήριον τῷ καλῷ, προσαδὲν τ' ἔξωθεν τερπνὸν προσαμυθούμεναι. ἡγοῦνται γὰρ καὶ τὸν ὠλένιον αὐτῶν εἰλπυστέρους φαίνεσθαι, στωμυλόμενον τῷ χρυσῷ, καὶ τὸν ποδὸς ὃ μὴ διαφανὲς γράφον, λήθην ὑπὸ χρυσῷ σανδάλῳ, ὃ ὃ πρόσωπον, αὐτὸ ἐκσεμνύτερον ἡδύνασθαι, τῷ φαιδροτάτῳ στωμυλόμενον. ἀλλ' ἐκφανὴς μὲν ὅτῳ, ἡ δέ γε σώφρων γυνὴ, χρυσῷ μὲν τὰ ἀρκοῦντα, καὶ μέχρι τὰ αἰσχύνης πρὸς χρῆται, ὃ δ' αὐτῆς κάλλος, ὅτι καὶ ἀμελουμένοις, οἴμαι, καὶ γυμνὸν δείκνυσα· ὃ τοίνυν ἡ τοῦδε τ' οἴκου ὀροφὴ, μᾶλλον ἢ κεφαλὴ, διάρροσος μὲν καθ' ἑαυτὴν, τῷ χρυσῷ ἢ ἐς τοσοῦτον κεκόσμηται, ἐς ὅσον καὶ ὄροφος ἂν νυκτὶ πρὸς τ' ἀστέρων, ἐκ διαστήματος πρὸς ἀλλαμπόμενος, καὶ ἐκ διαλείμματος αὐτῶν τῷ πυκί.

sed ingeniosum aliquem postulat, & cuius non solùm in visu iudicium, sed & cõsideratio aliqua atque æstimatio verba sequantur. Nã quòd & ad pulcherrimam diei partem respicit (pulcherrima autem ipsius pars, & amabilis maximè, principium est) & solẽ prospicientem statim excipit, & lumine ad satietatem vsq; repletur foribus adapertis, pro eo ac veteres quoque tẽpla sua statui, & ad solem aspicere fecerunt: deinde quòd & longitudo cum latitudine, & rursum vtraq; hęc cum altitudine iusta proportione cõsentiunt, & feneſtræ liberæ vndequaque à nulla parte impediuntur, & ad quodlibet anni tempus bene comparatæ atque appositæ sunt, hæc, inquam, quomodo non suauia omnia, & multa laude digna? Prętereà autem & tecti miretur quispiam illud, quòd in tam pulchro nihil affectatum aut nimium, in tam eleganti nihil quod reprehẽdere meritò possis, & quòd aurum quibus additum est, decorè atque concinnè respondet, neque vbi opus eo est, ibi immodicè aut superfluè accumulatum, sed perinde vt & mulieri modestæ ac pulchræ satis erit ad formam insigniorem reddendam, vel circa collum tenue aliquod monile, vel circa digitum annulus gestabilis, vel de auribus suspensæ inaures, aut annulus quispiam, vel tænia comam diffluentem colligans, quæ tantum pulchritudini apponit, quantum vestitui purpura solet. At meretrices certè, & maximè deformiores, earum & vestem purpuream totam, & ceruicem auream facere solent, magnificentia videlicet sumptus ista venustatem atque amabilitatem quandam venantes: & quod pulchritudini deest, appositione externæ delectabilitatis ceu quodam solamine compensantes. Arbitrantur enim & humeros suos nitidiores apparere, resplendentes vnà cum auro: & pedis crassitiem & inæqualitatem, sub aureo sandalio rectum iri: faciémque etiam ipsam amabiliorem fore si vnà cum eo quod splendidissimum, conspiciatur. Ac illæ quidem hoc pacto. Modesta verò mulier, auro quidem pro eo ac satis est, & ad illa solùm quibus opus est, vtitur: pulchritudinem verò suam haudquaquam verebitur etiam nudam exhibere spectandam. Proinde etiam huius domus tectum, imò potiùs caput, formosum quidem per se ipsum quoque est, auro autem in tantum exornatum est, quantum & cœlum noctu stellis certis spatiis inter se distantibus circumcirca splendet, certísque item interuallis igne collucet.

σφενδόνη est in Graco, quod palam annuli significat proprià.

Quòd ſi totum foret igneum, haudquaquam certè pulchrum, ſed terribile nobis videretur. Cæterùm & hoc videre licet, aurum hîc haudquaquam otioſum, aut delectandi modò gratia, reliquo ornatui interſperſum eſſe, ſed & fulgorem quendam non iniucundum de ſe præbere, & totam domum rubore ſuo velut inficere. Quando enim lumen diei incidens applicatur & commiſcetur cum auro, commune quiddam reſplendent, & duplicem ruboris claritatem ac rutilantiam exhibent. Proinde ea quidem quæ ad faſtigium & verticem domus pertinent, huiuſmodi ſunt, vt Homero aliquo laudatore opus habeant, qui illam vel celſitectam perinde ac Helenes thalamum, vel ſplendoroſam velut Olympum ipſum appellet. Reliquum autem ornatum, & parietum picturas, & colorum pulchritudinem, & vniuſcuiuſque euidentiam, & diligentiam & veritatem, cum veris aſpectu & prato aliquo florido haud iniquum fuerit comparare: niſi quòd illa quidem defloreſcunt, & emarceſcunt, & immutantur, & abiiciunt pulchritudinem: hoc autem ver perpetuum, & pratum nunquam marceſcens, & flos immortalis, vtpote ſolo riſu apprehendente hæc, & decerpente ſuauitatem eorum quæ carpuntur. Atqui tot ac talibus quis non voluptate afficeretur ſpectandis? aut quis non magnopere expeteret, etiam præterquam poſſet, inter ea orationem habere? cùm ſciat turpiſſimum eſſe ab iis quæ riſu percipiuntur, ſuperari atque à tergo relinqui? Maximam enim alliciendi vim habet aſpectus pulchrorum, non inter homines modò, ſed & equus libentiùs opinor curſurus fuerit per campum decliuem & mollem, placidè recipientem greſſum, & ſenſim cedentem pedi, neque referientem, aut reſiſtentem vngulæ. Toto igitur nunc vtitur curſu, totúmque ſe ipſum tradens celeritati, certat etiam cum campi pulchritudine. Pauo autem incipiente vere ad pratum aliquod accedens, quando & flores prodeũt non amabiliores modò, ſed & (vt ita dixerit quiſpiam) floridiores, & quod ad colores & tincturam attinet, liquidiores: ipſe quoque extentis pennis, iiſque oſtenſis Soli, & ſublata cauda, eámque vndique circa ſe pandens, ſpectandos exhibet & illius flores, & ver illud pennarum,

ὑψόροφον, vt Iliad. γ. αἰγλήεντα.

Εἰ δέ γε πύρινόν ἐστι τὸ πᾶν, οὐ καλὸν μὲν ἀλλὰ φοβερὸν ἡμῖν ἔδοξεν. ἔστι δὲ ἀπὸ τούτου καὶ ἄλλο θεάσασθαι, ὅτι ὁ χρυσὸς οὐκ ἀργὸν ἐστὶν οὐδὲ μόνον τῆς τέρψεως εἵνεκα τῷ λοιπῷ κόσμῳ συνεπαρτίζων, ἀλλὰ καὶ αὐγήν τινα ἡδεῖαν ἀπολάμπει, καὶ γὰρ οἶκον ὅλον ὑπερυθραίνουσι τῷ ἐρυθήματι. ὁπότε γὰρ τὸ φῶς ἐμπεσὸν ἐφάψηται, καὶ μιγῇ τῷ χρυσῷ, κοινόν τι ἀπαστράπτουσι, καὶ διπλασίονα τὴν ἐρυθήματος ἐκφαίνουσι τὴν αἴγλην. τὰ μὲν δὴ ὑψηλὰ καὶ κορυφαῖα τοῦ οἴκου, τοιάδε, ὁμήρου τινὸς δεόμενα ἐπαινέτου, ἵνα αὐτὸν ἢ ὑψόροφον ὡς τὸν Ἑλένης θάλαμον, ἢ αἰγλήεντα, ὡς τὸν Ὄλυμπον, εἴποι. τὸν δὲ ἄλλον κόσμον, καὶ τὰ τῶν τοίχων γράμματα, καὶ τῶν χρωμάτων τὰ κάλλη, καὶ τὸ ἐναργὲς ἑκάστου, καὶ τὸ ἀκριβές, καὶ τὸ ἀληθές, ἔστιν ὅτε καὶ λειμῶνι δὲ ἀνθοῦντι, καλῶς ἂν ἔχοι παραβαλεῖν· πλὴν πρὸς ὅσον ἐκεῖνα μὲν ἀπόλλυται, καὶ μαραίνεται, καὶ ἀμαυροῦται, καὶ ἀποβάλλει τὸ κάλλος, τοῦτο δὲ τὸ ἔαρ ἀίδιόν, καὶ ὁ λειμὼν ἀμάραντος, καὶ τὸ ἄνθος ἀθάνατον, ἅτε μόνης τῆς ὄψεως ἐφαπτομένης, καὶ δρεπομένης τὸ ἡδὺ τῶν δρεπομένων. τὰ δὴ θυατὰ καὶ τοιαῦτα, τίς οὐκ ἂν ἡδέως βλέπων, ἢ τίς οὐκ ἂν προθυμηθείη καὶ τοῦδε τοῦ δρόμου ἐπὶ αὐγῆς λέγω, εἰδὼς ἄῤῥιστον ὂν ἀπολειφθῆναι τῶν ὁρωμένων; ἐπαγωγότατον γάρ τι ἡ ὄψις τῶν καλῶν, οὐκ ἐπ' ἀνθρώπων μόνον, ἀλλὰ καὶ ἵππος ἴδοιτ' ἂν, οἶμαι, δρόμοι καλὰ πρασιαῖς πεδίου, καὶ μαλακοῦ, προσηνῶς ὑποχωροῦντι τοῦ βάσιν, καὶ ἡρέμα ὑποείκοντος τῷ ποδί, καὶ μὴ ἀντιτυποῦντος τῇ ὁπλῇ. ἄπτεται γοῦν ποτε χρῆται τῷ δρόμῳ καὶ ὅλον ἐπιδοὺς ἑαυτὸν τῷ τάχει, ἁμιλλᾶται καὶ τοῦ πεδίου τὸ κάλλος. ὁ δὲ παὺς, ἦρος ἀρχομένου, πρὸς λειμῶνά τινα ἐλθών, ὁπότε καὶ τὰ ἄνθη πρόεισιν, οὐ ποθεινότερα μόνον, ἀλλὰ καὶ ὡς ἂν εἴποι τις, ἀνθηρότερα, καὶ τὰς βαφὰς καθαρώτερα, ποτὲ μὲν αὐτὸς ἐκπετάσας τὰ πτερὰ, καὶ ἀναδείξας τῷ ἡλίῳ, καὶ πολὺν αὐχένα ἐπάρας, καὶ πτόμενον αὖπαν πρόεισησι, ὑποδείκνυται τὰ ἄνθη τὰ αὑτοῦ, καὶ τὸ ἔαρ τῶν πτερῶν,

ὥσπερ αὐτὸν προκαλουμένου τῆς λαμπάνος ἐς τὸ ἄμιλλαν. ὅπως τρέφω γοῦν ἑαυτὸν, καὶ περιάγω, καὶ ἐπομπεύω τὴν καλλήν. ὅτε δὴ καὶ ποικιλώτερος φαίνεται πρὸς τὸ αὐγοειδὲς, ἄλλα παρ' ἄλλων αὐτῷ τὴν χρωμάτων, καὶ μεταβαινόντων ῥέμα, καὶ πρὸς ἕτερον διαμορφίας εἶδος προσπαίζων. πάσχει δ' αὐτὸ μάλιστα ὅπερ τῶν κύκλων, οὓς ἐπ' ἄκροις ἔχει ταῖς πτέρυξι, ἴριδός τινος ἕκαστον περιβάσης. ὁ γὰρ πρὶν χαλκοῦς ἰδεῖν, τοῦτον ἐγκλίναντος ὀλίγον, χρυσοῦς ὤφθη, καὶ ὁ πρὸς τὸν ἥλιον κυανοῦς, εἰ σκιασθείη, χλοαυγὴς ἔστιν, ὅταν μεταπεσόμενον πρὸς τὸ φῶς ἡ πέρασις. ὅπερ μοὶ δοκεῖ καὶ ἡ θάλαττα ἰσχυρὴ προσκαλέσασθαι, καὶ εἰς ὄρεξιν μέγα παρασκευάσασθαι τοῦ γαληνὴν φανῆναι, ἴστε, κἂν μὴ εἴπω· ὅτε, εἰ καὶ πολυπάσιν ἀπείρατος καὶ ἀπειρόπλους τις εἴη, πάντως ἂν ἐθελήσοι καὶ αὐτὸς ἐμβῆναι, καὶ πλεῦσαι, καὶ πολὺ ἀπὸ τῆς γῆς ἀπασάσαι, καὶ μάλιστα εἰ βλέποι τὸν μὲν αὔραν, κούφως ἐπουριάζουσαν τὴν ὀθόνην, τὴν δὲ ναῦν, προσφόρως τε καὶ λείως ἐπ' ἄκρων ῥέμα διαθαλάττουσαν τὸ κυμάτιον. καὶ τοίνυν καὶ τῆς δὲ τῆς οἰκίας τὸ κάλλος ἰσχυρὸν καὶ παρορμῆσαι εἰς λόγους, καὶ λέγοντα ἐπιτεῖναι, καὶ πάντα δὴ τὸν διδασκαλίαν ἀποσκευάσαι. ἐγὼ μὲν δὴ τούτοις πείθομαι, καὶ ἤδη πέπεισμαι, καὶ εἰς τὸν οἶκον ὅτι λόγοις προσελήλυθα, ὥσπερ ἀπὸ ἴυγγος ἢ Σφιγγὸς τῷ καλλὶ ἑλκόμενος, ἐλπίδα οὐ μικρὰν ἔχων, εἰ καὶ πρὸς ἡμῶν ἄμορφοι ἢ πάμπολοι λόγοι, καλεῖς αὐτοῖς φανῆναι, καθάπερ ἐσθῆτι καλῇ κεκοσμημένοις. ἕτερος δέ τις οὐκ ἀλγεινὸς λόγος, ἀλλὰ καὶ πάνυ γλυκαίνος, ὡς φησι, καὶ μεταξύ μου λέγοντος ὑπανέκραγε, καὶ διακόπτειν ἐπιεζέτο τὸ ῥῆσιν. καὶ ὅπως πίπαυμαι, οὐκ ἀληθῆ ταῦτα λέγειν φησί με, ἀλλὰ θαυμάζειν, εἰ φάσκοιμι ὅπιτι δοκοίην εἶναι πρὸς λόγων ὑπόδεξιν οἶκου κάλλος, γραφῇ καὶ χρυσῷ κεκοσμημένου. αὐτὸ γάρ που τοὐναντίον ἀποβαίνειν. μᾶλλον δὲ εἰ δοκεῖ, αὐτὸς προελθὼν ὁ λόγος ὑπὲρ ἑαυτοῦ, καθάπερ ἐν δικαστηρίοις ὑμῖν, εἰπάτω ὅπῃ λειοτελέστερον ἡγεῖται πρὸς λέγοντι εὐτέλειαν οἴκου, καὶ ἀμορφίαν.

perinde vt prato ad huiuſmodi contentionem & certamen ipſum prouocante: conuertit quippe ſeipſum & circumagit, & quaſi quandam pompam agit pulchritudinis ſuæ, quando videlicet etiam admirabilior apparet ad ſplendorem ſolis, variantibus ſe coloribus, & paulatim in alios atque alios tranſeuntibus, aliámque ac nouam formoſitatis ſpeciem ſubinde recipientibus. Accidit autem hoc potiſſimùm in circulis quos in ſummis pennis habet, quorum quemlibet quaſi quędam irides circundant. Nam qui antè æreus viſus fuit, mox inclinante ſe paululum illo, aureus conſpicitur: & rurſum quod ad ſolem, cæruleum apparuit, ſi ſub vmbram transferatur, viride videtur: adeò ad luminis viciſſitudinem, pēnarum ille ornatus variatur. Nam quòd & mare idoneum eſt ad prouocandum, & ad cupiditatem concitandam, quando tranquillum videlicet eſt, ipſi ſcitis; tametſi ego nō dicam, quandoquidem etiamſi quiſpiam longiſſimè à mari continētem incolat, & omnino nauigationis inexpertus ſit. nihilominus tamen & ipſe cupit ingredi illud, & circumnauigare, & quàm procul à terra in altum deduci, ac maximè ſi videat auram quidem leniter à tergo proſequentem velum, nauem autem placidè ac leuiter per ſummos paulatim fluctus labentem. Atque ob eam quidem rem etiã huius domus pulchritudo idonea ſatis atque efficax eſt ad prouocandas orationes, & ad excitandos dicentes, omnibúſque adeò modis celebrem aliquem reddendum. Proinde ego quidem hiſce credo, & iamdudum perſuaſus ſum, & in domum dicendi gratia ingreſſus ſum, pulchritudine illius velvti rhombo aut Sirene aliqua tractus, ſpem haud exiguam habens, etiamſi antehac orationes meæ deformes atque inelegantes fuerint, exinde pulchras atque elegantes eas viſum iri, perinde ac veſte aliqua pulchriore exornatas. Cæterùm altera quædam Oratio haudquaquam ignaua, ſed valde generoſa quoque, vt ait, & inter loquendum refellebat me, & interrumpere ſermonem conabatur, & poſtquam dicendi finem feci, haudquaquam verā hæc dicere me ait: ſed mirari ſe, ſi dicam aptiorem eſſe ad orationes recitandas ac peragendas, domus pulchritudinem picturis atque auro exornatam. Nam ipſum contrarium planè euenire. Imò verò, ſi videtur vobis, ipſa huc accedens Oratio, pro ſe tanquam apud iudices vos dicat, quatenus conducibiliorem putet eſſe dicenti domum ſimplicem atque deformem.

Ac me quidem iam audiſtis, atque oratio-
nem meam: proinde opus non habeo
de eadem re bis dicere. Iſta autem acce-
dens iam dicat, & ego tacebo, atque ali-
quantiſper locum ipſi dabo. Proinde, viri
Iudices, inquit oratio, ille quidem ora-
tor qui antea verba fecit, multis ac ma-
gnis modis domum hanc prædicauit, &
oratione ſua ornauit. Ego verò tantum
abeſt vt illam reprehendere aut vitupe-
rare velim, vt etiam ea quæ ab illo præ-
termiſſa ſunt, addenda ampliùs mihi pu-
tem. Nam quo pulchrior illa vobis appa-
ruerit eſſe, eo magis contraria eſſe dicen-
tis commoditati atque vſui oſtenderur.
Ac primùm quidem, poſteaquam mu-
lierum & ornatus & auri mentionem il-
le fecit, mihi quoque permittatis quæſo
eodem exemplo vti. Nam aio equidem,
mulieribus formoſis non modò nihil
conferre ad pulchritudinem ampliorem
reddendam, ornatum illum multum,
ſed contrà aduerſari potiùs, quando vi-
delicet eorum qui fortè aſpiciunt illas,
vnuſquiſque auro & lapillis iſtis pretio-
ſis obſtupefactus, pro eo quòd laudare
vel colorem, vel vultum, vel ceruicem,
vel cubitum vel digitum debebat, teli-
ctis his, ad Sardium vel Smaragdum,
vel monile vel armillas reſpicit, vt ob
id meritò illa ita neglecta, dolore afici
poſſit, propter ornatum ſeu mundum
ſpectatoribus non habentibus otium ac
ſpatium laudandæ illius, ſed obiter dun-
taxat ipſam intuentibus. Quod idem
opinor neceſſe eſt etiam illi accidere,
qui interim pulchra opera orationem
recitare volet. Latet enim inter magni-
tudinem pulcharū rerum, quod dictum
eſt, obſcuratúrque, & vnà abripitur,
perinde ac ſi quis lucernam allatā in ro-
gum aliquem magnum iniiciat, aut for-
micam in elephante ſeu camelo ſpectan-
dam exhibeat. Proinde hoc euitan-
dum dicenti eſt. Præterea autem & vo-
cem ipſam confundit, qui in vocali a-
deò & ſonoroſa domo dicit. Nam illa re-
ſpondet, & ex aduerſo reſonat, & contra-
dicit, imò etiam obruit atque abſcon-
dit vocem dicentis, quale quiddam &
tuba facit tibiæ, ſi pariter inflentur, aut
hortatoribus mare, quoties illi ad ſtrepi-
tum maris, remigationi accinere volunt.
Vincit enim magnitudo vocis, & ſup-
primit id quod minus eſt. Iā verò etiam
illud quod dixit aduerſarius, quòd vide-
licet excitet pulchra domus dicentem,

ἐμοῦ μὲν ἀκηκόατε ἤδη λέγοντος, ὥστε οὐ-
δὲν δέομαι δὶς περὶ τῶν αὐτῶν εἰπεῖν. ὁ δὲ,
προελθὼν ἤδη λεγέτω, κἀγὼ σιωπήσομαι,
καὶ παρὸς ὀλίγον αὐτῷ μεταχήσομαι. Ἀνδρες
τοίνυν δικασταί, φησὶν ὁ λόγος, ὁ μὲν πρόσθεν
ῥήτωρ, πολλὰ καὶ μεγαλα τὸν δε τὸν οἶ-
κον ἐπῄνεσε, καὶ τῷ ἑαυτῦ λόγῳ ἐκόσμη-
σεν. ἐγὼ δὲ προύργου δίω φόρον αὐτῷ διεξε-
λθόσθαι, ὥστε καὶ τὰ νῦν ἐκείνου πα-
ραλελειμμένα προσθήσειν μοι δοκῶ. ὅσῳ
γὰρ ἂν ὑμῖν καλλίων φαίνηται, τοσῷ δὲ ἐναν-
τίως τῇ τῦ λέγοντος χρεία δηλωθήσεται. καὶ
πρῶτόν γε ὅπερ γυναιξὶ, καὶ κόσμου, καὶ
χρυσοῦ ἐκεῖνος ἐμνημόνευσε, κἀμοὶ ὑπε-
ρπέφαται χρήσασθαι τῷ παραδείγματι.
φημὶ γὰρ ἔγωγε καὶ γυναιξὶ καλαῖς οὐχ ὅπως
συλλαμβάνειν εἰς τὸ εὐμορφότερον, ἀλλὰ καὶ
ἐναντιοῦσθαι τὸν κόσμον τὸν πολὺν, ὁπόταν
τῶν ἐντυγχανόντων ἕκαστος ἐκπλα-
γεὶς αὐτῇ τῇ ἐπαφῇ ἢ χρόᾳ, ἢ βλέμμα,
ἢ δειρὴν, ἢ πῆχυν, ἢ δάκτυλον. ὁ δὲ, ταῦτ'
ἀφεὶς, ἐς τὸν Σαρδὸν, ἢ τὸν Σμάραγδον,
ἢ τὸν ὅρμον, ἢ τὸ φέλλιον ἀποβλέπει, ὥστε
ἄξιόν γε δὴ εἰκότως παροφθῆναι, ὑφ' τοῦ κό-
σμου, ὀλίγον ἀρέσθαι καλὸν ἐπαινεῖν αὐτὴν
τῆς θεᾶς, ἀλλὰ πρόσεργον αὐτῆς ποιου-
μένων τὴν θέαν. ἴσως ἀνάγκη, οἶμαι, πα-
θεῖν καὶ τὸν ἐν οὕτω καλοῖς ἔργοις λόγους
δεικνύοντα. λανθάνει γὰρ ἐν τῷ μεγέθει
τῶν καλῶν τὸ λεχθὲν, καὶ ἀμαυροῦται, καὶ
συναρπάζεται· καθάπερ εἴ λύχνον τις εἰς
πυρκαϊὰν μεγάλην φέρων ἐμβάλοι, ἢ μύρ-
μηκα ἐπ' ἐλέφαντος ἢ καμήλου δείκνυοι.
τοῦτο γοῦν φυλακτέον τῷ λέγοντι. καὶ
προσέτι γε μὴν καὶ τὴν φωνὴν αὐτὴν
ὑπεκφέρεται, ἐν οὕτως δύφωνος ἢ ἠχεί-
τις οἶκος λέγων. ἀντιφθέγγεται γὰρ, καὶ ἀντι-
φωνεῖ, καὶ ἀντιλέγει. μᾶλλον δὲ ὑπικαλύ-
πτει τὴν βοὴν, οἷόν τι καὶ σάλπιγξ σιγᾷ τὸν
αὐλὸν, εἰ συναυλοῖεν, ἢ τοῖς κελεύσασι ἢ
θάλαττα, ὁπόταν πρὸς κύματος ἦχον ἐ-
πάδῃ τῇ εἰρεσίᾳ θέλωσιν. ὑπερβάλλει γὰρ ἡ
μεγαλοφωνία, καὶ καταστρέφει τὸ ἧττον. καὶ
μὴν κἀκεῖνο, ὅπερ ἔφη ὁ ἀντίδικος, ὡς
ἄρα ἐπεγείρει ὁ καλὸς οἶκος τὸν λέγοντα,

ἐς προσῳμότερον προσβιάζῃ, ἐμοὶ δοκεῖν, ὃ ἑαυτῷ ποιῇ. ἐκ πλήττῃ γὰρ, καὶ φοβῇ, καὶ τὸν λογισμὸν διαταράττῃ, καὶ δειλότερον ἐργάζεται ἐνθυμούμενον ὡς ἀπρεπῶν ἔστιν αἰσχίστων ἐν εὐμόρφῳ χωρίῳ μὴ ὁμοίους φαίνεσθαι τοὺς λόγους. ἐλέγχων γάρ οὗτος γε ὁ φαυερώτατος ὥσπερ αἴ εἴ τις πανοπλίαν καλὴν ἐνδύς, ἔπειτα φεύγοι πρὸ τῶν ἄλλων, ὅτι σημειώτερος ὢν δείλος ἀπὸ τῶν ὅπλων. τοῦτο δέ μοι δοκεῖ λογισάμενος καὶ ὁ τοῦ Ομήρου ῥήτωρ ἐκεῖνος, εὐμορφίας ἐλάχιστον φροντίσας, μᾶλλον δὲ καὶ πανταπασιν αἰσχρὰ φωτὶ ἑαυτὸν ἀπεικάσας, ἵνα αὐτῷ προσδοξότερον φαίνηται τῷ λόγῳ τὸ κάλλος, ἐκ τῆς πρὸς τὸ εὐμορφότερον ἐξεπάστως. ἄλλως τε, αἰσχύνη πᾶσα καὶ πρὸ τοῦ λέγοντος αὐτὸ διανοίας ἀφελέσθαι πρὸς πρὸ θέας, ἐκ τῆς φροντίδος τὸ ἀκριβὲς ἐκλύσῃ, τῆς ὄψεως ἐπιχρατούσης, καὶ πρὸς αὐτὸ καλούσης, καὶ τῷ λόγῳ προσέχειν οὐκ ἐώσης. ὥστε τὶς μηχανὴ μὴ ἥκιστα πάντως ἔλαττον ἐρᾷν αὐτὸν τῆς ψυχῆς διατεινούσης πρὸς τὸν τῶν ἐρωμένων ἔπαινον; ἐῶ γὰρ λέγειν ὅτι καὶ οἱ παρόντες αὐτοὶ, καὶ πρὸς τὸ ἀκροάσιν προσκληθέντες, ἐπειδὰν εἰς τὸν θεσπέσιον οἶκον προσέλθωσιν, αὐτὸ ἀκροατὰ θεαταὶ καθίστανται. καὶ οὐχ οὕτω Δημοδόκος, ἢ Φήμιος, ἢ Θάμυρις, ἢ Αμφίων, ἢ Ορφεύς τις λέγων ἐστὶν, ὥστε ἀποσπάσαι τὸ διάνοιαν αὐτῶν ἀπὸ τῆς θέας. ἀλλ' οὖν ἕκαστος ἐπειδὰν μόνον ὑπερβῇ τὸν οὐδὸν, ἀμφοῖν τοῖν καλοῖν πρόσχωθείς, λόγων μὲν ἐκείνων, ἢ ἀκροάσεως, ἀλλ' οὐδὲ τὸ ἀρχὴν αἴσθησιν ἔσχεν· ὅλος δὲ πρὸς τοῖς ὁρωμένοις ἐστὶν, εἰ μὴ τύχοι τις πανοπλίας τυφλὸς ὤν, ἢ ὑπνωτικὸς ὥσπερ ἡ ὀξ Αρείου πάγου βουλὴ, ποιοῖτο τὸ ἀκροάσιν. ὅπου γὰρ οὐκ ἀξιόμαχον λόγων ἰσχὺς ὄψει ἀπαγωνίσασθαι, καὶ ὁ Σφίγγων μῦθος πρόσπεσὼν, τοῖς πρὸς τὴν Γοργόνων διδάξει αὖ ἐκφανὲς μὲν γὰρ ἐκήλουν τοὺς πρόσπλεόντας, μελῳδοῦσαι, καὶ κηλεχοῦσαι τοῖς ἄσμασι, καὶ πολὺ κατεῖχον, καὶ ὅλως, ὃ ἔργον αὐτοῖς ἐδεῖτο πάνυ διατεινοῦς· καί που τὰς αὐτὰς καὶ παρέπλευσε, καὶ τὰ μέλη παρήκουσε. τὸ δὲ τῶν Γοργόνων κάλλος, ἅτε βιαιότατόν τε ὄν,

A & alacriorem reddat, quantum mihi quidē videtur, diuerso modo se habet. Obstupefacit enim & perterret, & rationem conturbat, timidioremque facit, cogitantem nimirum illud, quòd omniū turpissimum sit, in loco pulchro ac speciosō non pulchram ac speciosam orationem quoq; apparere. Index enim iste profectò omniū manifestissimus est, non aliter ac si quis armaturam pulchram induat, deinde ante cæteros fugiat, notabilior videlicet ex eo, quòd armis insignioribus ornatus. Atque hoc quidem videtur mihi etiam apud Homerum orator ille perpendisse, atque ideo formositatis minimam curam
B habuisse, quin magis homini prorsus etiā imperito se ipsum assimilasse, quo videlicet maiori admirationi foret verborū & orationis ipsius pulchritudo, ex illa cum deformitate facta collatione, præsertim cùm omnino necesse illud quoque sit, dicentis ipsius mentem circa intuitum detineri, & cogitandi diligētiam ac curam languescere visu superante, & ad sese vocante, neque orationi vacare atque incumbere permittente. Quare quid restat vltrà quominus deteriùs prorsum dicat talis aliquis, animo circa eorum quæ vi-
C dentur laudes occupato? Omitto enim dicere, quòd & præsētes ipsi, & ad auscultandum intrò assumpti, postquam ad talem domum accesserint, ex auditoribus spectatores fiunt: & neque iam Demodocus, aut Phemius, aut Thamyris, aut Amphion, aut Orpheus aliquis, is qui orationem habet, ita est, vt auellere cogitationes illorum à spectando possit: sed vt quisque ipsum modò limen transcenderit, ita frequenti ac multa pulchritudine circumfusus, verborum sanè illorum aut recitationis ne principium quidem exaudire videtur: sed totus in spe-
D ctando versatur, nisi quis fortè omnino cæcus fuerit, aut noctu, velut ille in vico Martio Senatus solet, ad auscultandum venerit. Nam quòd verborum vis longè inferior sit quàm vt cum visu certare queat, etiam Sirenum fabula cum illa de Gorgonibus comparata, facilè docuerit. Illæ enim mulcebant quidem præternauigantes, canendo, atque abblandiendo carminibus, & ad se delatos aliquandiu detinebant: & in summa, res ipsa, mora quadam opus habebat, atque interim eas etiam præteruectus quispiam est. & carmen ipsum obturatis auribus prætermisit: at Gorgonum pulchritudo, vt quæ violentissima esset,

& partibus animæ præcipuè ſauciabilibus obverſaretur, ſtatim attonitos reddebat aſpicientes, ac mutos faciebat, & quemadmodum fabulæ placet, & fertur, in lapides illico præ admiratione conuertebantur. Quamobrem & illa quæ de pauone paulo antè ad vos dixit, pro me ipſa dicta eſſe exiſtimo. Nam & illius in aſpectu non in voce delectatio eſt: ac ſi quis iuxta illum vel philomelam vel cygnum ſtatuat, ac canere iubeat, inter canendum autem pauonem iacētem commonſtret, ſat ſcio quòd ad hunc deflexurus ſit animus, longum valere iuſſis illorum canticis. Adeò inexpugnabile quiddam videtur eſſe ea quæ per viſum voluptàs capitur. Atque equidem, ſi vultis, teſtem vobis adducam virum doctum, qui ſtatim mihi teſtimonium ferat, quòd multo magis ſuperant ea quæ viſu percipiuntur, quàm quæ auditu. Ac iam heus præco accerſe mihi huc ipſum Herodotum, Lyxi filium, Halicarnaſſenſem. Et quia probè fecit, atque obediit, teſtimonium dicat accedens. Vos autem aduertite ipſum Ionica lingua vobis loquentem, perinde vt conſuetum ipſi eſt. Vera iſta, Oratio vobis hæc, Iudices, narrat, atque ipſi credite quæcunque de his vobis dixerit, viſum auditui præferendo. Aures ſiquidem fide minùs digniores ſunt, quàm oculi. Auditis teſtem, quæ dicit, & vt primas viſui tribuerit? ac meritò. Nam verba quidem alata ſunt, & euaneſcunt, pariter cum eo quando proferuntur, auolantia. At eorum quæ videntur, delectatio, ſemper adeſt, ac præſens manet, & ſpectatorem ad ſe prorſus abducit. Proinde quomodo non difficilis ac grauis dicenti aduerſaria fuerit domus ita pulchra, & ab omni parte conſpicua? Quin quod maximum eſt, nondum etiam dixi. Nam vos ipſi Iudices, & interea dum nos dicimus, ad tectum ſurſum aſpexiſtis, & parietes admirati eſtis: & picturas, ad vnamquamque auerſi, examinaſtis, neque quicquam etiam veriti eſtis. Venia enim dignũ eſt ſi quid humanum paſſi eſtis, præſertim erga tam pulchra ac varia obiecta. Nam artis diligentia, & hiſtoriæ cum antiquitate vtilitas, reuera illiciendi vim quandam habent, & ſpectatores eruditos requirunt. Et vt ne per omnia iſthuc oculos auerſos habeatis, nobis relictis, age, quoad fieri poteſt, depingàm illa vobis oratione.

Lib. 1. Herodoti.

καὶ τοῖς κυριωτάτοις τῆς ψυχῆς ὁμιλοῦσι, θᾶττον ἔξίστη τοὺς ἰδόντας, καὶ ἀφώνους ἐποίει· ὡς δὲ ὁ μῦθος βούλεται, καὶ λέγεται, λίθινοι ἐγίγνοντο ἀπὸ τοῦ θαύματος. ὥστε καὶ ὃν ὑπὲρ τοῦ παῶνος λόγον εἶπε πρὸς ὑμᾶς μικρὸν ἔμπροσθεν, ὑπὲρ ἐμαυτοῦ εἰρῆσθαι νομίζω. καὶ γὰρ ἐκείνου ἐν τῇ ὄψει, οὐκ ἐν τῇ φωνῇ ἡ τέρψις. καὶ εἴ γέ τις παρασταίη τῷ παῶνι ἢ τὸν κύκνον, ἄδειν κελεύοι, μεταξὺ δὲ ἀδόντων παρασείξας τὸν παῶνα σιωπῶντα, δῆλον ὅτι ἐπ' ἐκεῖνον μεταβήσεται ἡ ψυχή, μετὰ χαίρειν φράσασα τοῖς ἐκείνων ἄσμασιν, ὅτῳ ἄμαχόν τι ἔοικεν εἶναι ἢ δι' ὄψεως ἡδονή. καὶ ἔγωγε, εἰ βούλεσθε, μάρτυρα ὑμῖν παρασήσομαι σοφὸν ἄνδρα, ὃς αὐτίκα μοι μαρτυρήσει ὡς πολὺ ὑπερφέρει τὰ ὁρώμενα τῶν ἀκουομένων τὰ ὁρώμενα. καὶ μοι σὺ ἤδη ὁ κήρυξ, παρακάλει αὐτὸν Ἡρόδοτον τὸν Λυξοῦ Ἁλικαρνασσέα· καὶ παιδὶ καλῶς ποιῶν ὑπήκουσε, μαρτυρείτω προελθών, ἀκροάσασθε δὲ αὐτοῦ, Ἰαστὶ πρὸς ὑμᾶς λέγοντα, ὥσπερ αὐτῷ ἔθος. Ἀληθῆ δὲ ὁ λόγος ὑμῖν ἄνδρες δικασταὶ μυθεῖται, καὶ οἱ πίστατε ὅσα ἂν λέγῃ τούτων πιστεύειν, ὄψιν ἀκοῆς προτιμῶντες· ὦτα μὲν γὰρ τυγχάνει ἔοντα ἀπιστότερα ὀφθαλμῶν. ἀκούετε τῶν μαρτύρων, ἃ φησιν, ὡς τὰ πρόσωπα τῇ ὄψει ἀποδίδωκεν; εἰκότως· παλαιὰ γὰρ ἔπεα, πτερόεντα ὄντα, καὶ οἴχεται ἅμα τῷ προελθεῖν ἀποπταμένη. ἡ δὲ τῶν ὁρωμένων τέρψις, ἀεὶ πάρεστῶσα, καὶ προσομιλοῦσα, πάντως τὸν θεατὴν ἐπάγεται. πῶς οὖν ἡ χαλεπὸς τῷ λέγοντι ἀνταγωνιστὴς, οἶκος οὕτω καλὸς, καὶ περίβλεπτος ὤν; μᾶλλον δὲ τὸ μέγιστον οὐδέπω φημί· ὑμεῖς γὰρ αὐτοὶ οἱ δικασταὶ, ἐν μεταξὺ λεγόντων ὑμῶν, εἰς τὸν ὄροφον ἀπεβλέπετε, καὶ τοὺς τοίχους ἐθαυμάζετε, καὶ τὰς γραφὰς ἐξητάζετε, πρὸς ἑκάστην ἀποστρεφόμενοι, καὶ μηδὲν αἰσχυνθῆτε. συγγνώμη γὰρ, εἴ τι καὶ θεάτινον πεπόνθατε, ἄλλως τε, καὶ πρὸς οὕτω καλὰς καὶ ποικίλας τὰς ὑποθέσεις. τῆς γὰρ τέχνης ὁ ἀκριβὲς, καὶ τῆς ἱστορίας μετὰ τοῦ ἀρχαίου ὄφελιμον, ἐπαγωγὸν ὡς ἀληθῶς, καὶ πεπαιδευμένων θεατῶν δεόμενον. καὶ ἵνα μὴ πάντα ἐφ' οἷς ἀποβλέπητε, ἡμᾶς ἀπολιπόντες, φέρε, ὡς οἷόν τε γράψωμεν αὐτὰ ὑμῖν τῷ λόγῳ.

ἡδήσεσθε γὰρ, οἶμαι, ἀκούοντες, ἃ καὶ ὁρῶντες θαυμάζετε. καὶ ἴσως αἴ με καὶ δι' αὐτὸ ἐπαινέσαιτε, καὶ τῶ αἰτιάσεως προσημήσαιτε, ὡς καὶ αὐτὸν ὑπιδίξαντα, καὶ διπλασιάσματα ὑμῖν τὴν ἡδονὴν. Ὅ γαλεπὸν δὲ τῶ τολμήματος ὁρᾶτε, δυοῖν χρωμάτων, καὶ σχημάτων, καὶ τόπου, συσήσασθαι τοσαύτας εἰκόνας· φιλὴ γάρ τις ἡ γραφὴ τῶν λόγων. Ἐς δεξιᾶ μὲν οὖν εἰσιόντι, Ἀργολικῷ μύθῳ αἱαμίμικται πάθος Αἰθιοπικόν, ὁ Περσεὺς ὃ κῆτος φονεύῃ, καὶ τὴν Ἀνδρομέδαν καθαιρῇ, καὶ μετ' μικρόν, γαμήσῃ, καὶ ἄπεισιν, αὐτὴν ἄγων· παέργον τῶτο τῆς ὑπὲρ Γοργόνας πτήσεως· ὁ βραχεῖ δὲ, πολλὰ ὁ τεχνίτης ἐμιμήσατο, αἰδῶ παρθένου, καὶ φόβον· ὑπισχνεῖται γὰρ τὴν μάχην αἰῶρα ἐκ πέτρας, καὶ νεάνιου τόλμαν ἐρωτικὴν, καὶ θηρίου ὄψιν ἀπροσόμαχον· καὶ ὃ μὲν, ἔπεισι πεφρικὼς ταῖς ἀκανθαις, καὶ δεδιττόμενος τῷ χάσματι· καὶ ὁ Περσεὺς δὲ, τῇ λαιᾷ μὲν προδείκνυσι τὴν Γοργόνα. τῇ δεξιᾷ δὲ κεκλικὼς τῷ ξίφει. καὶ ὃ μὲν, ὅσον τῶ κήτους εἶδε τὴν Μέδουσαν, ἤδη λίθος ἐστί· ὃ δ' ὅσον ἔμψυχον μόριον, τῇ ἀρπῃ κόπτεται. Ἐξῆς δὲ μετὰ τὴν δὲ τὴν εἰκόνα, ἕτερον γράμμα γέγραπται δικαιότατον, οὗ ὃ δεξιότερον ὁ γραφεὺς πρὸ Εὐριπίδου ἢ Σοφοκλέους δοκεῖ μοι λαβεῖν. ἐκεῖνοι γὰρ ὁμοίαν ἐγραψάτην εἰκόνα, τὼ νεανία τὼ ἑταίρω, Πυλάδην τε ὁ Φωκέα, καὶ Ὀρέστην, δοκοῦντε ἤδη τεθνάναι, λαθόντε τὰ βασίλεια, καὶ παρελθόντε, φονεύουσιν ἄμφω τὸν Αἴγισθον. ἡ δὲ Κλυταιμνήστρα ἤδη αἴρηται, καὶ ἐπ' εὐνῆς τινος ἡμίγυμνος κεῖται, καὶ θεραπεία πᾶσα, ἐκπεπληγμένοι τὸ ἔργον· οἱ μὲν, ὥσπερ βοῶσιν, οἱ δὲ τινες, ὅπῃ φύγωσι, περιβλέπονται. σεμνὸν δέ τι ὁ γραφεὺς ἐπενόησε, τὸ μὲν αἰσχρὸν τῆς ὑπουργήσεως δείξας μόνον, καὶ ὡς ἤδη πεπραγμένον παράδραμών, ἐμβραδύνοντας δὲ τοὺς νεανίσκους ἐργασάμενος τῷ τῆς μοιχοῦ φόνῳ. Μετὰ δὲ τῦτο, θεός ἐστιν εὔμορφος, καὶ μειρακίου ὥραῖον, ἐρωτική τις παιδιᾷ· ὁ Βρόγχος ὑπὲρ πέτρας καθήμενος, αἰτίᾳ λαγῶ, καὶ παίζει τὸν κύνα· ὁ δὲ ἀναπηδήσαντι ἔοικεν ἐπ' αὐτὸν εἰς τὸ ὕψος·

A Delectabimini enim, vt puto, audientes quoque ea quæ oculis intuentes miramini. Ac fortaſſis ob id ipſum etiam laudabitis me, & aduerſario anteponetis, vt qui & ipſe demonſtrem hæc, & duplicem vobis voluptatem pariam. Cæterum conatus huius difficultatem videtis, nimirum quàm graue ſit, abſque coloribus & figuris & loco tam multas imagines in vnum congerere. Eſt enim exilis planè pictura verborum. Quare ad dexterã quidem ingredienti, Argolicæ fabulæ intermixtum eſt malum illud Æthiopicum: Perſeus videlicet monſtrum illud marinum interficit, & Andromedam deponit, B & paulo pòſt eandem ducet, atque inde diſcedet abducta ſecum illa. Atque hoc parergon quoddam, ſiue extra propoſitam rem additum fuit ad eum quo ad Gorgonas abiit volatum. In exigua autem parte, multa imitatione expreſſit artifex ille, verecundiam puta virginis, & metum. Spectat enim & pugnam deſuper ex rupe, & adoleſcentis audaciam amatoriam, & belluæ viſum intolerabilem. Atque ea quidem accedit horrida ſpinis, & formidabilis hiatu oris. Perſeus autem ſiniſtra quidem oſtẽdit Gorgonem, dextra verò enſe ferit. Et rurſum, quantum C quidem belluę illius Meduſam aſpexit, iam ſaxum eſt: reliquum autem quod adhuc animatum eſt, falcato enſe cæditur. Deinceps autem poſt hãc imaginem alia quædam pictura, iuſtiſſima illa quidem, depicta eſt, cuius primum exemplar videtur mihi pictor ab Euripide vel Sophocle accepiſſe (nam illi ſimilem quãdam imaginem deſcripſere) adoleſcentes duo ſocij, Pylades videlicet Phocenſis, & Oreſtes, cùm iam viderẽtur mortui eſſe, poſt regiam latentes, & clàm adeuntes, occidunt ambo Ægiſthum: Clytęmneſtra autem iam interfecta eſt, & in lecto quodã D ſeminuda poſita iacet. Ac totum famulitium, facinore tãto obſtupefacti, alij quidem clamantibus ſimiles apparent, alij autẽ nonnulli quò fugam capiãt, circunſpiciunt. Honeſtum autem quiddam pictor excogitauit, qui quod impiũ in hac re fuit, id oſtendit ſolùm, & quaſi iã peractum trãſcurrit: adoleſcentes autem in cæde adulteri immorari fecit. Poſt hæc autem deus eſt formoſus, & adoleſcentulus venuſtus, amatorium quoddam ludicrum: Branchus puta in rupe ſedens tenet leporem, & alludit cani. Hic autem aſſilienti ad ipſum in ſublime, ſimilis eſt:

& Apollo adſtans arridet: delectatur videlicet vtroque, & puero ludente, & cane ſaltum meditante. Vltra hæc Perſeus iterum ſequitur, illa quæ belluæ marinæ eædem anteceſſerunt, aggrediens, & Meduſæ caput amputans, & Minerua protegens Perſeum: atque hic quidem facinus iam peregit, factum autem ipſum nõdum vidit in clypeo, Gorgonis imaginem videlicet: vidit enim pœnam veri aſpectus. In medio autẽ pariete ex aduerſo ianuæ, Mineruæ ædicula quædam eſt, & dea ipſa ex marmore candido: habitus autem haudquaquam militaris, ſed qualis fuerit pacem agentis deæ bellicæ. Deinde poſt hanc alia Minerua, non marmorea illa quidem, ſed pictura rurſum, quam Vulcanus amans inſequitur, ipſa autem fugit, & ex ea perſecutione Erichthonius naſcitur. Hanc conſequitur vetus quædam alia pictura: Orion portat Cedalionem, cæcus exiſtens: ille autem dum ita vehitur, indicat ipſi ferentem ad lucem viam, & Sol apparens medetur cæcitatem. Vulcanus autem à Lemno opus hoc intuetur. Poſt hæc Vlyſſes ſequitur, inſaniens videlicet, quando cum Atridis in expeditionem ire nolebat. Adſunt autem legati iam vocãtes ipſum. Atque ea quidem quæ ad ſimulationem pertinebant, probabilia omnia, vehiculum videlicet, & iumentorum iunctorum abſurditas & repugnantia, & eorum quæ agebantur, inſcitia: ſed redarguitur tamen obiecto infante. Nam Palamedes Nauplij filius, intelligens rem, correpto Telemacho, minatur ſe eum interfecturum eſſe, ſtrictum tenens enſem. & vt ille inſaniam fingit, ita hic quoque iram contrà ſimulat. Vlyſſes autem ad metum hunc reſipiſcit, & pater fit, ſimulationémque deponit. Poſtrema verò Medea depicta eſt, æmulatione atque inuidia flagrans, pueros aſpiciens, & graue quiddam meditãs. Tenet quippe iam gladium: miſeri autem illi adſtant ridentes, nihil eorum quæ futura erant, ſcientes, & hoc, aſpicientes in manibus matris gladium. Hæc igitur omnia viri Iudices an non videtis quomodo abducant quidem auditorem, & ad ſpectandum auertant, ſolum autem relinquant dicentem? Atque equidem verbis ea perſecutus ſum, non vt aduerſarium, pro audaci ac temerario eo habito, quòd rebus ita difficilibus ſeipſum volens immerſit,

καὶ Ἀπόλλων παρεστὼς μειδιᾷ, τερπόμενος ἀμφοῖν, καὶ τῷ παιδὶ παίζοντι, καὶ πειρωμένῳ τῷ χυνί. ὅπῃ δὲ τούτοις ὁ Περσεὺς πάλιν τὰ ὀπίσω τῆς κήτους ἐκφυγὼν πολιόν, καὶ ἡ Μέδουσα τεμνομένη τὸν κεφαλὸν, καὶ Ἀθηνᾶ σκέπουσα τὸν Περσέα· ὁ δὲ τὸ μὲν τόλμαν εἴργασται, ὃ δὲ ἔργον οὔχ ἑώρακέ πω ὅπῃ τῆς ἀσπίδος, τῆς Γοργόνος τὸ εἰκόνα. εἶδε γὰρ ὃ παρέστηκεν τῆς ἀληθοῦς ὄψεως. κεῖται δὲ τὸν μέσον τοῖχον, ἄντα τῆς εἰσόδου, Ἀθηνᾶς ναός τις ποίκιλτος, ἡ θεὸς, λίθου λευκοῦ, ὃ σχῆμα, οὐ πολεμικὸν, ἀλλ' οἷ ἂν γένοιτο εἰρήνην ἀγούσης θεοῦ πολεμικῆς. Εἶτα μετ' ταύτην, ἄλλη Ἀθηνᾶ, οὐ λίθος αὕτη γε, ἀλλὰ γραφή. πάλιν Ἥφαιστος αὐτὴν διώκει ἐρῶν, ἡ δὲ, φεύγει· καὶ τῆς διώξεως, Ἐριχθόνιος γίγνεται. Ταύτην ἕπεται παλαιὰ τις ἄλλη γραφή. Ὠρίωνα φέρει τὸν Κηδαλίωνα, τυφλὸς ὤν. ὁδηγεῖ αὐτῷ σημαίνει τὴν πορεῖαν ὃ φέρων ἐπὶ τὸν, ἐποχούμενος. καὶ ὁ Ἥλιος φανεὶς, ἰᾶται τὴν πήρωσιν, καὶ ὁ Ἥφαιστος Λήμνου θεάσασθαι ὃ ἔργον. Ὀδυσσεὺς δὲ μετὰ τοῦτο, δῆλον μεμηνὼς, ὅτε συστρατεύειν τοῖς Ἀχαιοῖς μὴ ἤθελεν· πρέσβεις δὲ οἱ παρόντες, ἤδη καλοῦντες. καὶ τὰ μὲν τῆς παρασκευῆς, πάντα πρόχειρα, ἡ ἀπόνοια, ὃ τὴν παρεζευγμένων ἀσύμφωνον, ἄγνοια τῶν δρωμένων· ἐλέγχεται δὲ ὅμως τῷ βρέφει. Παλαμήδης γὰρ ὁ τοῦ Ναυπλίου, σαφὴς ὃ μηνύων, ἁρπάσας τὸν Τηλέμαχον, ἀπειλῇ φονεύσειν, παρέχων ἔχων ὃ ξίφος, ἐς παρὸν τὸν τῆς μανίας ὑπόκρισιν, ὀργὴν καὶ σπουδὴν αὖθις ὑποκρίνεται· ὁ δὲ Ὀδυσσεὺς, παρὸν τὸν φόβον τοῦτον σωφρονεῖ, καὶ πατὴρ γίγνεται, καὶ λύει τὴν ὑπόκρισιν. Τελευτὴ δὲ ἡ Μήδεια γέγραπται, τῷ ζήλῳ ἀφηνιάσας, τὸ παῖδε ὑποβλέπουσα, καί τι δεινὸν ἐννοοῦσα· ἔχει γοῦν ἤδη τὸ ξίφος, τὸν δ' ἀθλίων καθεστῶτα, μηδὲν τὸ μελλόντων εἰδότε καὶ τοῦτο, ὁρᾶτε τὸ ξίφος ἐν ταῖν χεροῖν. Ταῦτα πάντα, ὦ ἄνδρες δικασταί, οὐχ ὁρᾶτε ὅπως ἀπάγει μὴ τὸν ἀκροατὴν, καὶ ἐς τὴν θέαν ἀποστρέφει, μόνον δὲ καταλείπει τὸν λέγοντα; καὶ ἐγὼν διεξῆλθον αὐτὰ, οὐχ ἵνα τὸν ἀντίδικον ἐλεγχθῆναι ὑποβαλόντες, ἐς θράσους, εἴ τις ἔστω δυσκόλοις ἑαυτὸν ἐκὼν φέρων ἐπέβαλε,

καταγνῶτε, & μισήσητε, & ὅλῃ τῇ λόγων ἐσ- A damnetis, atque odio habeatis, ſolúmque
καταλίπητε, ἀλλ' ἵνα μᾶλλον αὐτῷ συναγωνίσησθε, & ὡς οἷόν τε καταμύοντες, ἀκούητε τῶν λεγομένων, λογιζόμενοι τὸ πρᾶγμα τῆς δυσχερείας. μόλις γὰρ ἄν ὅπως δικαίῃ & δικαίας ἀλλὰ συναγωνιστὰς ὑμῖν χρησάμενος, μὴ πάντα πάσιν ἀνάξιος τῆς τοῦ οἴκου πολυτελείας νομισθείη. εἰ δὲ ὑπὲρ ἀντιδίκου ταῦτα δέομαι, μὴ θαυμάσητε. ὑπὲρ γὰρ τοῦ, τὸν οἶκον φιλοῦντος, & τὸν ἐν αὐτῷ λέγοντα, ὅστις ἂν ᾖ, βουλόμην ἂν εὐδοκιμεῖν.

eum cum ſuis orationibus relinquatis, ſed vt magis in certamen ipſi adſitis, & quoad fieri poteſt, conniuentes, ea quæ dicuntur audiatis, æſtimantes apud vos rei difficultatem. Vix enim etiam hoc pacto haudquaquam videlicet Iudices vos, ſed auxiliatores habendo, poterit non omnino indignus magnificentia domus hæc cenſeri. Quòd autem pro aduerſario hæc oro, ne miremini. Nam ex eo quòd domum hanc amem, & eum qui in ea dicit, quicunque tandem is fuerit, optarim equidem celebrari.

MAKPOBIOI.

MACROBII. Vincentio Obſopœo interprete.

ARGVMENTVM.

Catalogus eſt μακροβίων, *hoc eſt, eorum qui ad longam ætatem peruenerunt, quem natalitij muneris loco Quintillo cuidam mittit; ſomnio ad hoc faciendum, vt ipſe ait, admonitus. Recenſet autem principiò totas hominum nationes ac genera quæ diutiſſimè vixerint: deinde tranſitione ad ſingulos facta, reges primùm ac principes, deinde & philoſophos, & Hiſtoricos, & Oratores, & Poëtas, & Grammaticos, qui quàm maximè longæui fuiſſe perhibentur, annumerat. Orditur autem à cauſſa qua ad hoc ſcriptum impulſus fuit, addita etiam commendatione operis ab vtilitate quam ex huius lectione percepturus ſit Quintillus.*

ΟΝαρ τί τοῦτο, λαμπρότατε Κοιντίλλε, καλῶς ἔχει, προσφέρω σοι δῶρον, ἢ μακροβίους, πάλαι μὲν ὃ ὄναρ ἰδών, & ἱστορήσας τοῖς φίλοις, ὅτε ἐπῆλθε τῷ δευτέρῳ σου παιδὶ τιθέμην, συμβαλεῖν δὲ σὺν ἔχων τίνας ὁ θεὸς καλύει μοι προσφέρειν σοι τοὺς μακροβίους, τότε μὲν ηὐξάμην τοῖς θεοῖς ὅπως μήκιστον ὑμᾶς βιῶναι, σέ τε αὐτὸν, & παῖδας τοὺς σούς· τοῦτο συμφέρειν νομίζων, & σύμπαντι μὲν τῷ τῶν ἀνθρώπων γένει, πρὸ δὲ τῶν ἄλλων, αὐτῷ τε ἐμοὶ, & πᾶσι τοῖς ἐμοῖς. & γὰρ καί μοι ἀγαθὸν εἶδέναι προσημαίνειν ὁ θεὸς· σκεπτόμενος δ' κατ' ἐμαυτὸν, εἰς σιώπησιν ἦλθον, εἰκὸς τῷ τοὺς θεοὺς αἰδοῖ πρὸς παιδείαν ἔχοντι, ταῦτα προστάσσειν σοι, καλόν τι προσφέρειν σοι τῷ ἀπὸ τῆς τέχνης. ταύτην οὖν ἀφορμωτάτην νομίζων τιμὴν γε τῷ σῷ γενεθλίῳ ἡμέραν,

Omnium muneris loco, clariſſime Quintille, iuſſus apporto tibi, lõgęuos: ſomnium inquam, quod iam olim vidi, & amicis narraui meis, quo die minori natu filio tuo nomen indidiſti. Cùm autem nulla coniectura potuiſſem aſſequi, quosnam Deus hoc ſomnio longæuos tibi me afferre mandaret, equidem deos id temporis precatus ſum, vt vitam quàm longiſſimam tu & filii tui traduceretis, ratus ſcilicet hoc profuturum cùm vniuerſo generi hominum, tum præ cęteris mihi, & meis omnibus. Siquidem hoc ipſo & mihi quiddam felicitatis Deus viſus eſt prædicere. Conſideranti autem apud animum meum, venit in mentem, vt par erat homini in liberalibus diſciplinis verſanti, deos hæc mihi præcepiſſe, vt aliquod erùditum opuſculum, & ab ingenuis artibus profectum ad te deferrem. Hanc itaque aptiſſimam natalitiis muneribus offerendis diem exiſtimans,

eos tibi dedico, quos ad longam ſenectutem ſana mente & integris corporis viribus peruenisſe comperimus. Fortaſſe autem ex huius libelli lectione gemina ad te peruenire poteſt vtilitas: vna, vt & alacritatem animo & optimam ſpem concipias & te poſſe quàm diutiſſimè viuere: altera, qua inſtitutionem ab exemplis capias, cognitis iis qui poſteaquam maximam ſui curam habuerunt, corporis pariter & animi ratione habita, ſummam ſenectutem ſine omni corporis incommodo ſunt conſequuti. Homerus igitur Neſtorem principum Achiuorum ſapientiſſimum vitam ſuam tribus ſeculis produxiſſe ſcribit, quem nobis & animo & corpore exercitatum commendat. Et Tireſiam vatem poëtæ tragici ad ſex vſque ætates hominum vitam prorogaſſe perhibent. Credibile eſt autem virum diis immortalibus ſacrum, & moderatiore viuendi ratione vtentem, longiſſima vita fuiſſe functum. Quin omnes nationes propter victus rationem longæuæ fuiſſe inueniuntur: cuiuſmodi ſunt Ægyptiorum ſacri ſcribæ, & apud Aſſyrios & Arabas fabularum interpretes, & apud Indos Brachmanes, ad amuſſim philoſophiæ ſtudiis vacantes. Præterea quos Magos vocant, genus illud vatidicum, & diis dicatum. Inſuper apud Perſas & Parthos, & Bactros, & Choraſmios, & Sacas, & Medos, aliaſque multas gentes barbaras, qui & firma corporis valetudine ſunt præditi, & valde diuturni, cùm beneficio magicæ quam exercent, tum quòd & ipſi accurata victus ratione vtantur. Iam verò gentes quoque ætate omnium longiſſima vtentes, ex quibus ſunt Seres, ad trecentos annos vſque viuere, memoriæ proditum eſt. Cuius rei cauſſam nonnulli temperato aëri, nonnulli naturæ terræ, alii rationi viuendi aſſignant. Siquidem aiunt omnes illas nationes tantùm aquam potare. Compertum eſt autem Athotas quoque centum & triginta annos viuere, & Chaldæos vltra centum annos egredi fama eſt, & eoſdem hordeaceo pane vti, tanquam perſpicacitatis pharmaco. Quibus perhibent ob hanc ipſam victus rationem alios quoque ſenſus quàm cæteris hominibus eſſe validiores. Sed hæc de nationibus longæuis, & gentibus quas plurimum ætatis aiunt viuere: nonnulli, propter ſitum terræ: nonnulli, propter aëris temperiem,

Catalogus Macrobiorum.

δίδωμί σοι τοὺς ἰσορημένους εἰς μακρὸν γῆρας ἀφικέσθαι ἐν ὑγιαινούσῃ τῇ ψυχῇ, καὶ ὁλοκλήρῳ τῷ σώματι. καὶ γὰρ ἂν καὶ ὄφελος γένοιτό τί σοι ἐκ τῆς συγγράμματος διπλοῦν. ὃ μέν, θύμιόν τις, καὶ ἐλπὶς ἀγαθὴ, καὶ αὐτὸν ὀπτιμώτερον διώσεσθαι βίοτον. ὃ δὲ, διδασκαλία τις ἐκ παραδειγμάτων, εἰ ὀπτοίης ὅτι οἱ μάλιστα ἑαυτῶν ὀπτιμέλειαν ποιησάμενοι κατά τε σῶμα, καὶ κατὰ ψυχὴν, οὗτοι δὴ εἰς μακρότατον γῆρας ἦλθον, σὺν ὑγείᾳ πρωτέλει. Νέστορα μὲν οὖν τὸν σοφώτατον τῶν Ἀχαιῶν ὅτι τρὶς παρατείναι γενεὰς Ὁμηρος λέγει, ὃν σὺν ἡμῖν γεγυμνασμένον ἄθλοις καὶ ψυχῇ καὶ σώματι. καὶ Τειρεσίαν δὲ τὸν μάντιν, ἡ τραγῳδία μέχρις ἓξ γενεῶν παρατείναι λέγει. πιθανὸν δ' οὖν εἶναι ἄνδρα θεοῖς ἀπαχθέσθαι, καὶ καθαρωτέρᾳ διαίτῃ χρώμενον τὸν Τειρεσίαν, ὀπτιμώτερον βιῶναι. καὶ γὰρ δὴ ὅλα μακρόβια ἱστόρηται διὰ τοιαύτην διαίταν, ὥσπερ Αἰγυπτίων οἱ καλούμενοι ἱερογραμματεῖς, Ἀσσυρίων δὲ, καὶ Ἀράβων, οἱ ἐξηγηταὶ τῶν μύθων. Ἰνδῶν δὲ, οἱ καλούμενοι Βραχμᾶνες, ἄνδρες ἀκριβῶς φιλοσοφίᾳ σχολάζοντες, καὶ οἱ καλούμενοι δὲ μάγοι, γένος τοῦτο μαντικὸν, καὶ θεοῖς ἀναχείμενον, παρά τε Πέρσαις, καὶ Παρθοις, καὶ Βάκτροις, καὶ Χωρασμίοις, καὶ Ἀρείοις, καὶ Σάκαις, καὶ Μήδοις, καὶ παρὰ πολλοῖς ἄλλοις βαρβάροις ἐρρωμένοί τε εἰσι, καὶ πολυχρόνιοι, διὰ δὲ μαγείαν διαιτώμενοι καὶ αὐτοὶ ἀκριβεστέρᾳ. ἤδη δὲ καὶ ἔθνη ὅλα μακροβιώτατα, ὥσπερ Σῆρες μὲν ἰσορέουσι μέχρι τριακοσίων ζῆν ἐτῶν· οἱ μὲν, διὰ αἰθέρα, οἱ δὲ, διὰ γῆν τὴν αἰτίαν τοῦ μακροῦ γήρως προστιθέντες, οἱ δὲ, καὶ διὰ διαίταν. ὑδροποτεῖν γὰρ φασι τὸ ἔθνος τοῦτο σύμπαν. καὶ Ἀθῶται δὲ μέχρι τριάκοντα καὶ ἑκατὸν ἐτῶν βιῶναι ἱστόρηται, καὶ τοὺς Χαλδαίους ὑπὲρ τὰ ἑκατὸν ἔτη βιοῦν λόγος. τούτους μὲν καὶ κριθίνῳ ἄρτῳ χρωμένους, ὡς ἐξυδρικίας τοῦτο φάρμακον. οἷς γε φασὶ διὰ τοιαύτην διαίταν, καὶ τὰς ἄλλας αἰσθήσεις ὑπὲρ τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους ἐρρωμένας εἶναι. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν περί τε τῶν μακροβίων γενῶν, καὶ τῶν ἐθνῶν, ἃ πολλά φασιν ὡς ὀπτὶ πλῆστον διαγίνεσθαι χρόνον. οἱ μὲν, διὰ τὴν γῆν, ἢ τὸν αἰέρα, οἱ δὲ,

οἱ δ', ὀλίγῳ τινὶ διαφέρῳ, οἱ δ', ἐν δι' ἄμφω. ἐγὼ A nonnulli propter rationem victus, nonnulli autem propter vtrunque. Cæterùm ego iure optimo longè meliorem ſpem tibi oſtendam, ſi planum fecero, homines vbique terrarum & gentium, & ſub quouis aëre degentes, ad ſummam ſenectutem peruenire, qui commodis exercitationibus, & conuenientem ſanitati viuendi rationem ſectantur. Facta autem huius narrationis ſectione, primùm obſeruatis virorum ſtudiis, initiò Reges, & virtute imperatoria claros homines memorabo, quorum vnum ſummæ religionis pietas ad perfectiſſimum ordinem perducens, maximis beneficiis imperium & terram ipſius affecit. Ad hunc B modum & tu longæuorum hominum naturæ & fortunæ animaduerſioni intentus, tanto promptiùs ſperare poteris ſenectutem ſanam & longam: & pari ſtudio hos ipſos æmulatus, tibi ipſe longiſſimam & prouectiſſimam vitam ratione victus paraueris. Numa Pompilius Romanorum Regum longè feliciſſimus, ac Deorum cultui deditiſſimus, ſupra octoginta annos vixiſſe traditur. Seruius autem Tullius, & ipſe Romanorum rex, ſimiliter vltra octoginta annos vixiſſe dicitur. Tarquinius nouiſſimus rex Romanorum eiectus in exilium C Cumis conſenuit, ac vltra nonaginta annos firmiſſima valetudine vſus vixiſſe perhibetur. Et hi Romanorum reges fuere, quibus & reliquos reges adiungam qui ad vltimam ſenectutē peruenerunt, demonſtratis etiam illorum exercitationibus. In calce autem reliquos etiam Romanorum ad longiſſimam ſenectutem delatos adſcribam, adiectis etiam cæteris Italiæ populis, qui diutiſſimè vixerunt. Etenim qui ſola hiſtoria noſtratem aërem calūniantur, probabilibus argumentis refelli poſſunt, adeò vt meliorem ſpem habere liceat, fore vt perfecti voti compotes fiamus, & longiſsimam ac pleniſſimam tota terra marique dominantem ſenectutem, iámque in ſuis locis regnantem & ſeneſcētem conſequamur. Proinde Arganthonius Tarteſiorum rex centum & quinquaginta annos vixiſſe traditur, authoribus Herodoto hiſtorico, & Anacreonte poëta lyrico: tametſi hoc quibuſdam fabuloſum videatur. Agathocles Siciliæ tyrānus annos quinque & nonaginta egreſſus fato functus eſt

μῦθος ποὶ δοκεῖ. Ἀγαθοκλῆς δὲ ὁ Σικελίας τύραννος, ἔτη ἐνενηκονταπέντε πλήσας,

ſicut Democharis & Timæus literis prodiderunt. Hieron quoque Syracuſanorum tyrannus duos & nonaginta annos natus, morbis tandem abſumptus obiit, cùm regnaſſet annos ſeptuaginta, ſicut Demetrius Calliſtianus & alij memorãt. Anteas autem rex Scytharum, qui ad Iſtrum fluuium cum Philippo confligens in pugna occubuit, vltra nonaginta annos egreſſus eſt. Bardylis verò rex Illyriorum, qui ex equo in eo quod geſſit contra Philippum bello pugnaſſe dicitur, nonaginta annos compleuit. Teres rex Dryſorum, authore Theopompo, duos & nonaginta annos agens mortuus eſt. Antigonus autem Philippi filius luſcus, rex Macedonum, in Phrygia cum Seleuco & Lyſimacho confligens, multis acceptis vulneribus collapſus, anno vno & octogeſimo vitam finiuit, ſicut narrat Hieronymus, qui cum eo militauit. Porrò Lyſimachus & ipſe rex Macedoniæ, in pugna contra Seleucum ſuſcepta occubuit, octogeſimum annum conſequutus, vt idem Hieronymus teſtatur. Antigonus verò filius Demetrij, Antigoni Luſci nepos, quatuor & quadraginta annos regnum Macedoniæ tenuit: vixit autem octoginta, ſicut Medius & alij ſcriptores teſtantur. Conſimiliter quoque Antipater, patre Iolao genitus, maxima fultus potentia, & qui multorum regum Macedoniæ tutelam egit, vltra octogeſimum annum egreſſus exceſſit è vita. Ptolemæus autem Lago patre natus, inter reges propria fortuna feliciſſimus, imperauit Ægypto annos octoginta natus. Viuus autem tradidit imperium duobus annis antequam moreretur, Ptolemæo filio, cui cognomentum fuit Philadelpho, qui & paternum regnum à fratribus ſortitus eſt. Philæteros, qui primus condendi circa Pergamum principatus author fuit, & eundem cùm eſſet Eunuchus, obtinuit, mortuus eſt octoginta annos natus. Attalus autem cognominatus Philadelphus, & hic rex Pergamenorum, ad quem etiam Scipio Romanorum Imperator venit, duos & octoginta annos agens, vitam reliquit. Mithridates rex Ponti, Ktiſtes appellatus, Antigonum Luſcum fugiens, in Ponto mortuus eſt, cùm egiſſet annos quatuor & octoginta,

καθάπερ Δημοχάρης καὶ Τίμαιος ἱστορήσαν. Ἱέρων δὲ ὁ Συρακοσίων τύραννος, δύο καὶ ἐνενήκοντα ἔτη γηράσας, ἐτελεύτα νοσῶν, βασιλεύσας ἑβδομήκοντα ἔτη, ὥσπερ Δημήτριός τε ὁ Καλλισιανὸς, καὶ ἄλλοι λέγουσιν. Ἀντέας δὲ Σκυθῶν βασιλεὺς, μαχόμενος πρὸς Φίλιππον περὶ τὸν Ἴστρον ποταμὸν, ἔπεσεν ὑπὲρ τὰ ἐνενήκοντα ἔτη γεγονώς. Βαρδυλις δὲ ὁ Ἰλλυριῶν βασιλεὺς, ἀφ' ἵππου λέγεται μάχεσθαι ἐπὶ τῷ πρὸς Φίλιππον πολέμῳ, εἰς ἐνενήκοντα τελέσας ἔτη. Τήρης δὲ ὁ Δρυσῶν βασιλεὺς, καθά φησι Θεόπομπος, δύο καὶ ἐνενήκοντα ἐτῶν ἐτελεύτησεν. Ἀντίγονος δὲ ὁ Φιλίππου ὁ μονόφθαλμος, βασιλεὺων Μακεδόνων, περὶ Φρυγίαν μαχόμενος Σελεύκῳ καὶ Λυσιμάχῳ, πεσὼν πολλοῖς τραύμασι, ἐτελεύτησεν ἐτῶν ἑνὸς καὶ ὀγδοήκοντα, ὥσπερ ὁ συστρατευόμενος αὐτῷ Ἱερώνυμος ἱστορεῖ. καὶ Λυσίμαχος δὲ Μακεδόνων βασιλεὺς, ἐν τῇ πρὸς Σέλευκον ἀπώλετο μάχῃ, ἔτος ὀγδοηκοστὸν τελῶν, ὡς ὁ αὐτὸς φησιν Ἱερώνυμος. Ἀντίγονος δὲ, υἱὸς μὲν ἦν Δημητρίου, υἱωνὸς δὲ Ἀντιγόνου τοῦ μονοφθάλμου, ἔσχε τέσσαρα καὶ πεντεκοντα Μακεδόνων ἐβασίλευσεν ἔτη, ἐβίωσε δὲ ὀγδοήκοντα, ὡς Μήδιός τε ἱστορεῖ, καὶ ἄλλοι συγγραφεῖς. ὁμοίως δὲ καὶ Ἀντίπατρος ὁ Ἰολάου μέγιστον δυνηθεὶς, καὶ ὑπερεπιδόσας πολλοὺς Μακεδόνων βασιλέας, ὑπὲρ ὀγδοήκοντα ἔτη τοῦ ζῆσας, ἐτελεύτα τὸν βίον. Πτολεμαῖος δὲ ὁ Λάγου, ὁ τῷ καθ' ἑαυτὸν δαιμονέστατος βασιλέων, Αἰγύπτου μὲν ἐβασίλευσε, τέσσαρα καὶ ὀγδοήκοντα βιώσας ἔτη, ζῶν δὲ, παρέδωκε τὴν ἀρχὴν τοῦ δυοῖν ἐπεῖν τῆς τελευτῆς τῷ Πτολεμαίῳ τῷ υἱῷ, Φιλαδέλφῳ δ' ἐπίκλησιν, ὃς τὴν διάδοχον τὴν πατρῴαν βασιλείαν ἀδελφῶν. Φιλαίτερος δὲ, ὃς πρῶτος μὲν ἐκτήσατο τὴν περὶ Πέργαμον ἀρχὴν, καὶ κατέλιπε, δυνάστης ὤν. κατέστρεψε δὲ τὸν βίον, ὀγδοήκοντα ἐτῶν γηράσας. Ἄτταλος δὲ, ὁ ἐπικληθεὶς Φιλάδελφος, τῶν Περγαμηνῶν καὶ οὗτος βασιλεύων, πρὸς ὃν ἦλθε Σκηπίων ὁ τῶν Ῥωμαίων στρατηγὸς ἀφίκετο, δύο καὶ ὀγδοήκοντα ἐτῶν ἄξελιπε τὸν βίον. Μιθριδάτης ὁ Πόντου βασιλεὺς, ὁ προσαγορευθεὶς Κτίστης, Ἀντίγονον τὸν μονόφθαλμον φεύγων, ὅτε Πόντου ἐτελεύτησε, βιώσας ἔτη τέσσαρα καὶ ὀγδοήκοντα,

ὡς καὶ Ἱερώνυμος ἱστορεῖ, καὶ ἄλλοι συγγραφεῖς. A sicut Hieronymus & alij scriptores prodiderunt. Ariarathes rex Cappadocum Hieronymi testimonio duo & octoginta annos vixit: atque haud dubiè ad grandiorem ætatem peruenire potuisset, nisi in pugna contra Perdiccam viuus captus, & in crucem sublatus fuisset. Maior autem Cyrus rex Persarum, sicut Persæ & Assyriorum historiæ loquuntur, quibus etiam suffragari videtur Onesicritus, qui res gestas Alexandri Magni in historiam contulit, centesimum annum assequutus, requirebat vnumquemque amicorum: quorum cùm plurimos à filio suo Cambyse interemptos comperisset, ac Cambyses ipsius iussu hoc ipsum se fecisse fateretur, partim ob filii crudelitatem probrosè affectus, partim se ipse tanquam iustitiæ & legum violatorem accusans, maxima tristitia conturbatus, vitam finiuit. Artaxerxes Mnemonis cognomentũ sortitus, contra quem Cyrus frater exercitum duxit, imperium Persarum obtinens, morbis consumptus decessit, annos sex & octoginta natus, sed vt Dinon scribit, quatuor & nonaginta. Artaxerxes alter Persarum rex, quem patrum suorum memoria Isidorus Characenus historicus regnasse tradit, cùm annos tres & nonaginta vixisset, insidiis fratris Gosethræ clàm obtruncatus est. Sinarthocles autem rex Parthyæorum annos nonaginta iam natus, à Sacauracis Scythis reductus ab exilio, regnare incepit, & regnauit annos septem. At Tigranes rex Armeniorum, contra quem Lucullus pugnauit, quinto & octogesimo anno morbo consumptus periit. Spasines Characenorum & regionum mari rubro adiacentium rex, quinto & octogesimo anno morbo correptus decessit. Tereus tertius post Spasinem earum nationum rex, cùm vixisset duos & nonaginta annos, morbo periit. Artabazus autem qui septimus post Tirçum Characenorum regnum tenuit, sex & octoginta annos reductus à Parthis ab exilio, regnauit. Et Mnascires rex Parthyçorum sex & nonaginta annos vixit. Masinissa verò rex Mauritaniæ nonaginta annos vixit. Asandrus autem à diuo Augusto loco Etnarchi rex Bospori declaratus, annum agens nonagesimum, & equestri & pedestri pugna nullo inferior vspiam est conspectus.

Ἀριαράθης δὲ ὁ Καππαδόκων βασιλεύς, δύο μὲν καὶ ὀγδοήκοντα ἔζησεν ἔτη, ὡς Ἱερώνυμος ἱστορεῖ· ἐδυνήθη δὲ ἴσως ἐπὶ πλέον ἐξικνεῖσθαι, ἀλλ' ἐν τῇ πρὸς Περδίκκαν μάχῃ ζωγρηθεὶς, ἀνεσκολοπίσθη. Κῦρος δὲ ὁ Περσῶν βασιλεύς, ὁ παλαιὸς, ὡς δηλοῦσιν οἱ Περσῶν καὶ Ἀσσυρίων λόγοι, οἷς καὶ Ὀνησίκριτος ὁ τὰ περὶ Ἀλεξάνδρου συγγράψας, συμφωνεῖν δοκεῖ, ἑκατοστὸς ἦν μόνος, ἐζήτει μὲν ἕνα ἕκαστον τῶν φίλων. μαθὼν δὲ τοὺς πλείστους διεφθαρμένους ὑπὸ Καμβύσου τοῦ υἱέος, καὶ φάσκοντος Καμβύσου καὶ πρόσταγμα B ἐκείνῳ τοῦτο πεποιηκέναι, ὃ μὲν πῃ, πρὸς πλεῖστα ὠμότητα τοῦ υἱοῦ διαβληθεὶς, ὃ δέ πῃ, ὡς πρὸς δικαιοσύνην αὐτὸν αἰτιασάμενος, ἀνιμήσας, ἐτελεύτα τὸν βίον. Ἀρταξέρξης, ὁ Μνήμονος ἐπικληθεὶς, ἐφ' οὗ Κῦρος ὁ ἀδελφὸς ἐστρατεύσατο, βασιλεύων τε Πέρσας ἐτελεύτησε νοσῶν, ἔτη δ' ἐβδομήκοντα ἑπτὰ γηράσας· ὡς δὲ Δείνων ἱστορεῖ, πεντήκοντα καὶ ἑκατόν. Ἀρταξέρξης ἕτερος Περσῶν βασιλεύς, ὃν φασὶ πρὸ τοῦ πατέρων τοῦ ἑαυτοῦ Ἰσί- C δωρος ὁ Χαρακηνὸς συγγραφεὺς βασιλεύειν, ἔτη τρία καὶ ἐνενήκοντα βιούς, ἐπιβουλῇ ἀδελφοῦ Γωσήθρου ἐδολοφονήθη. Σιναρθοκλῆς δ' ὁ Παρθυαίων βασιλεύς, ἔτος ὄγδοον καὶ ἐνενηκοστὸν ἤδη γεγονώς, ἀπὸ Σακαυράκων Σκυθῶν καταχθεὶς, βασιλεύειν ἦρξατο, καὶ ἐβασίλευσεν ἔτη ἑπτά. Τιγράνης δ' ὁ Ἀρμενίων βασιλεύς, πρὸς ὃν Λεύκουλλος ἐπολέμησε, πέμπτον καὶ ὀγδοηκοστὸν ἔτος ἐτελεύτα νόσῳ. Σπασίνης δ' ὁ Χαρακηνὸς, καὶ τῶν κατ' Ἐρυθρὰν τόπων βασιλεύς, πέμπτον καὶ ὀγδοηκοστὸν ἔτος νοσήσας, ἐτελεύτησε. Τήρεως δ' ὁ μετὰ Σπασίνην τοὺς τούτων βασιλεύσας, δύο καὶ ἐνενήκοντα βιοὺς, ἐτελεύτα νόσῳ. Ἀρτάβαζος δ' ὁ μετὰ Τήρεων ἕβδομος βασιλεύσας Χαρακηνῶν, ἓξ καὶ ὀγδοήκοντα ἔτη κατελθὼν ἀπὸ Πάρθων, ἐβασίλευσε. καὶ Μνασκίρης ὁ βασιλεὺς Παρθυαίων, ἓξ καὶ ἐνενήκοντα ἔζησεν ἔτη. Μασσινάσσης δὲ Μαυρουσίων βασιλεύς, ἐνενήκοντα ἐβίωσεν ἔτη. Ἀσάνδρος δ' ὁ ὑπὸ τοῦ θεοῦ Σεβαστοῦ αὐτὸν ἐπάρχου, βασιλεὺς ἀναγορευθεὶς Βοσπόρου, πρὸς ἔτεσιν ὀγδοήκοντα, ἱππομάχων καὶ πεζομάχων ἀθλητὴς ἥττων εἶναι

Qui vt animaduertit Scribonio rem militarem commendatam, cibo abſtinens diem ſuum obiit, cùm vixiſſet annos tres & nonaginta. Goæſus, vt Iſidorus auctor eſt, Characene regnum tenuit, quo tempore Mano quoque imperauit Arabibus, centum & quindecim annos natus, poſtremùm morbo periit. Tot igitur ante noſtram memoriam memorandæ ſenectutis reges fuiſſe maiores noſtri literis prodiderunt. His annumerantur Philoſophi, & omnes qui ingenio & eruditione præſtantes fuerunt, qui aliqua ſui cura habita, ad extremam ſenectutem peruenerunt. Eos itaque quos multa lectione didicimus, perſcribemus, ac initio quidem Philoſophos, quorum Democritus Abderites centum & quatuor annos natus, cùm alimento abſtineret, mortuus eſt. Xenophilus Muſicus, perhibente Ariſtoxeno, Pythagoricę philoſophiæ candidatus, vltra quinque & centum annos Athenis vitam traduxit. Solon autem, & Thales, & Pittacus, qui è ſeptem ſapientum numero fuerunt, cętum annos vnuſquiſque vixit. Zenon verò Stoicę philoſophiæ auctor & princeps, octo & nonaginta. Hunc aiunt in concionem prodeuntem offenſo pede exclamaſſe: Quid me vocas? & domum reuerſum media vitam finiſſe. Cleanthes Zenonis diſcipulus & ſucceſſor, nouem & nonaginta annos natus, tuberculum in labiis habuit. Cúmque decreuiſſet inedia vitã abſumere, allatæ ſunt ei ab amicis literæ. Ac mox adhibito cibo, & perfectis amicorum poſtulatis, iterum cibo abſtinens, vita defunctus eſt. Xenophanes autem Dexino patre natus, Archelai phyſici auditor, vnum & nonaginta annos vixit. Xenocrates Platonis diſcipulus, quatuor & octoginta. Carneades nouæ Academiæ fundator, annos quinque & octoginta. Chryſippus vnum & octoginta. Diogenes autem Seleucus Tigrius, Stoicæ ſectæ philoſophus, duodenonaginta. Poſidonius Apamea Syriæ oriundus, lege autem philoſophus Rhodius, pariter & hiſtoricus, octoginta quatuor. Critolaus Peripateticus vltra duos & octoginta. Plato philoſophorum ſanctiſſimus, vnum & octoginta. Athenodorus Sandonis Tarſenſis, qui fuit Cæſaris Auguſti præceptor,

Philoſophi.

ὡς δὲ ἐώρα τοὺς ὑπὸ τῇ μάχῃ Σκριβωνίῳ τεθηπημένους, ἀποχόμενος σιτίων, ἐτελεύτησε, βιοὺς ἔτη τρία & ἐνενήκοντα. Γόαισος δὲ, ὥς φησιν Ἰσίδωρος ὁ Χαρακηνὸς (ὑπὲρ τῆς ἑαυτῆ ἡλικίας ὁ Μάνων τῆς Ἀρωματοφόρου βασιλεύσας) πεντεκαίδεκα καὶ ἑκατὸν γεγονὼς ἔτη, ἐτελεύτησε νόσῳ. Βασιλείας μὲν οὖν τοσούτους ἱστορήκασι μακροβίους οἱ πρὸ ἡμῶν. ἐπεὶ δὲ καὶ φιλόσοφοι, καὶ πάντες οἱ περὶ παιδείαν ἔχοντες, ὑπεμέλοντό πως καὶ ὅτοι ποιούμενοι ἑαυτῶν, εἰς μακρὸν γῆρας ἦλθον, ἀναγράψω μὲν καὶ τούτων τοὺς ἱστορημένους, καὶ πρώτους γε φιλοσόφους. Δημόκριτος μὲν ὁ Ἀβδηρίτης, ἐτῶν γεγονὼς παντάπασιν, καὶ ἑκατόν, ἀποχόμενος ἔφθη, ἐτελεύτα. Ξενόφιλος δὲ ὁ μουσικὸς, ὡς φησιν Ἀριστόξενος, πρόσχων τῇ Πυθαγόρου φιλοσοφίᾳ, ὑπὲρ τὰ πέντε καὶ ἑκατὸν ἔτη Ἀθήνησιν ἐβίωσε. Σόλων δὲ, καὶ Θαλῆς, ὁ Πιττακὸς, οἵπερ τῶν κληθέντων ἑπτὰ σοφῶν ἐγένοντο, ἑκατὸν ἕκαστος ἔζησεν ἔτη. Ζήνων δὲ ὁ τῆς Στωϊκῆς φιλοσοφίας ἀρχηγὸς, ὀκτὼ καὶ ἐνενήκοντα· ὃν φασιν εἰσερχόμενον εἰς τὴν ἐκκλησίαν, καὶ προσπταίσαντα, ἀναφθέγξασθαι, τί με βοᾷς; ὁ δὲ ὑποστρέψαντα οἰκαδε, ὁ ἀποχόμενον ἔφη, τελευτῆσαι τὸν βίον. Κλεάνθης δὲ ὁ Ζήνωνος μαθητὴς, & διάδοχος, ἐνέα & ἐνενήκοντα τοῦτος γεγονὼς ἔτη, φῦμα ἔσχεν ὑπὸ τῷ χείλει, ὁ ἀποκαρτερῶν, ἐπελθόντων αὐτῷ περὶ ἑταίρων τινῶν γραμμάτων, προσενεγκάμενος ἔφθη, & προθέσεως ἃς ἐν ἠξίουν οἱ φίλοι, ἀποχόμενος αὖθις ἔφθη, ἀπέλιπε τὸν βίον. Ξενοφάνης δὲ ὁ Δεξίνου μὲν ἦν, Ἀρχελάου δὲ τοῦ φυσικοῦ μαθητὴς, ἐβίωσεν ἔτη ἓν & ἐνενήκοντα. Ξενοκράτης ὁ Πλάτωνος μαθητὴς γνόμενος, τέσσαρα καὶ ὀγδοήκοντα. Καρνεάδης δὲ, ὁ τῆς νεωτέρας Ἀκαδημίας ἀρχηγὸς, ἔτη πέντε καὶ ὀγδοήκοντα. Χρύσιππος, ἓν καὶ ὀγδοήκοντα. Διογένης δὲ ὁ Σελευκεὺς ἀπὸ Τίγριος, Στωϊκὸς φιλόσοφος, ὀκτὼ καὶ ὀγδοήκοντα. Ποσιδώνιος ὁ Ἀπαμεὺς τῆς Συρίας, γένει δὲ Ῥόδιος, φιλόσοφός τε ἅμα, καὶ ἱστορίας συγγραφεὺς, τέσσαρα & ὀγδοήκοντα. Κριτόλαος ὁ Περιπατητικὸς, ὑπὲρ δύο & ὀγδοήκοντα. Πλάτων δὲ ὁ ἱερώτατος, ἓν & ὀγδοήκοντα. Ἀθηνόδωρος, Σανδωνος, Ταρσεὺς, Στωϊκὸς, ὃς & διδάσκαλος ἐγένετο Καίσαρος Σεβαστοῦ θεοῦ,

ὑφ' ἧς ἡ Ταρσέων πόλις τὲ φόρων ἐκυφίσθη, δύο καὶ ὀγδοήκοντα ἔτη βιοὺς, ἐτελεύτησεν ἐν τῇ πατρίδι. καὶ τιμᾶς ὁ Ταρσέων δῆμος αὐτῷ κατ' ἔτος ἕκαστον ἀπονέμει ὡς ἥρωϊ. Νέστωρ δὲ Στωϊκὸς ἀπὸ Ταρσοῦ, διδάσκαλος Καίσαρος Τιβερίου, ἔτη δύο καὶ ἐνενήκοντα. Ξενοφῶν δὲ ὁ Γρύλλου, ὑπὲρ τὰ ἐνενήκοντα ἐβίωσεν ἔτη. ἔτι μὴν φιλοσόφων οἱ ἔνδοξοι, συγγραφέων δ', Κτησίβιος μὲν, ἑκατὸν εἰκοσιτέσσαρων ἐτῶν ἐν τῷ περιπάτῳ ἐτελεύτησεν, ὡς Ἀπολλόδωρος ἐν τοῖς χρονικοῖς ἱστορεῖ. Ἱερώνυμος δὲ, ἐν πολέμοις γυμνασθεὶς, καὶ πολλοῖς καμάτοις ὑποβεβλημένος, καὶ τραύμασι, ἔζησεν ἔτη τέσσαρα, καὶ ἑκατὸν, ὡς Ἀγαθαρχίδης ἐν τῇ ἑβδόμῃ τῶν περὶ τῆς Ἀσίας ἱστοριῶν λέγει, καὶ θαυμάζειν γε τὸν ἄνδρα, ὡς μέχρι τῆς τελευταίας ἡμέρας ἄρτιον ὄντα ἐν ταῖς συνουσίαις, καὶ πᾶσι τοῖς αἰσθητηρίοις μηδενὸς γενόμενον τῶν πρὸς ὑγίειαν ἐλλιπῆ. Ἑλλάνικος ὁ Λέσβιος, ὀγδοήκοντα καὶ πέντε. καὶ Φερεκύδης ὁ Σύριος, ὁμοίως ὀγδοήκοντα καὶ πέντε. Τίμαιος ὁ Ταυρομενίτης, ἓξ καὶ ἐνενήκοντα. Ἀριστόβουλος δὲ ὁ Κασσανδρεύς, ὑπὲρ τὰ ἐνενήκοντα ἔτη λέγεται βεβιωκέναι· τὴν ἱστορίαν δὲ, τέταρτον καὶ ὀγδοηκοστὸν ἔτος γεγονὼς, ἤρξατο συγγράφειν, ὡς αὐτὸς ἐν ἀρχῇ τῆς πραγματείας λέγει. Πολύβιος δὲ ὁ Λυκόρτα, Μεγαλοπολίτης, ἀγρόθεν ἀνελθὼν, ἀφ' ἵππου κατέπεσε, καὶ ἐκ τούτου νοσήσας, ἀπέθανεν ἐτῶν δύο καὶ ὀγδοήκοντα. Ὑψικράτης δὲ ὁ Ἀμισηνὸς συγγραφεύς, ἀφ' πολλῶν μαθημάτων γυμνασθεὶς, ἔτη δύο καὶ ἐνενήκοντα. Ῥητόρων δὲ, Γοργίας, ὃν τινες σοφιστὴν καλοῦσιν, ἔτη ἑκατὸν ὀκτώ. Ἔφηβος δὲ ἀποχρήσας, ἐτελεύτησεν· ὃν φασιν ἐρωτηθέντα πρὸς αἰτίαν τοῦ μακροῦ γήρως, καὶ ὑγιοῦς ἐν πάσαις ταῖς αἰσθήσεσιν, εἰπεῖν, Διὰ τὸ μηδέποτε συμποσίοις χρῆσθαι ταῖς ἄλλων δυσχρίαις. Ἰσοκράτης ἐνενήκοντα καὶ ἓξ ἔτη γεγονὼς, τὸν πανηγυρικὸν ἔγραφε λόγον· ἐπὶ ἔτη δ' ἐνὸς δέοντα ἑκατὸν, γεγονὼς, ὡς ἤκουσε Ἀθηναίους ὑπὸ Φιλίππου ἐν τῇ περὶ Χαιρώνειαν μάχῃ νενικημένους, ποτνιώμενος, τὸν Εὐριπίδου στίχον ἐπεφθέγξατο, εἰς ἑαυτὸν ἀναφέρων·

Σιδωνίαν ποτ' ἄστυ Κάδμος ἐκλιπών.

cuius precibus Tarsis ciuitas vectigalibus leuata est, duos & octoginta annos agens mortuus est in patria. Huic Tarsensis populus quotannis solennes honores vt heroi persoluit. Nestor verò Stoicus, & hic à Tarso ortum trahens, præceptor Cæsaris Tiberij, duos & nonaginta. Xenophon Grylli filius vixit vltra nonaginta annos. Et hi celebres fuere philosophi. Ex scriptoribus autem historicis Ctesibius centum & viginti quatuor annos egressus, inter deambulandum mortuus est, sicut narrat Apollodorus in Chronicis. Hieronymus verò & in bellis versatus, ac non paucis laboribus & vulneribus affectus, vixit ad annum quartum & centesimum, sicut refert Agatharchides libro nono historiæ Asiaticæ. Ac hominem non mediocriter demiratur, quòd ad summum vsque vitæ diem valuerit in colloquiis, & in sensibus ad sanitatem necessariis non defecerit. Hellanicus Lesbius octoginta quinque annos vixit. Similiter Pherecydes Syrus quinque & octoginta. Timæus Tauromenites sex & nonaginta. Aristobulus Cassandræus vltra nonaginta annos vixisse fertur: qui historiam suam quartum & octogesimum annum agens orsus est conscribere, id quod ipse in operis sui principio testatur. Polybius autem Lycorta patre genitus, Megalopolitanus, rure rediens ab equo delapsus est, quo casu morbo correptus decessit anno secundo & octogesimo. Porrò Hypsicrates Amisenus historicus, vir in multis disciplinis versatus, annos duos & nonaginta vixit. Cæterùm è Rhetoribus Gorgias, quem quidam Sophistam vocant, annum agens octauum & centesimum, inedia vitam finiuit. Hunc interrogatum caussam tam longæ senectutis, & valetudinis in omnibus sensibus vigentis, respondisse aiunt, quòd aliorum conuiuia non sit sectatus. Isocrates sex & nonaginta annos natus sermonem scripsit Panegyricum. Iam verò ingressus annum nonagesimum nonum, cùm accepisset, Athenienses in pugna apud Chæroneam commissa à Philippo esse superatos, quiritando Euripideum versiculum recitauit, ad seipsum referens:

Sidonis vrbis alta quondam mœnia
Cadmus relinquens.

Quibus cùm adieciſſet, fore vt Græcia in ſeruitutem prolaberetur, è vita deceſſit. Apollodorus autem rhetor Pergamenus, Cæſaris Auguſti in diuos relati præceptor, quem vnà cum Athenodoro Tarſenſi bonis diſciplinis imbuit, totidem quot Athenodorus annos, nempe duos & octoginta, vixit. Potamon rhetor non inclebris, annos nonaginta. Sophocles poëta Tragicus deuorato vuæ acino ſtrangulatus eſt, cùm egiſſet annos quinque & nonaginta. Hic à filio Iophonte ſub finem vitæ in ius vocatus, & deſipientiæ accuſatus, recitauit Iudicibus Oedipum Colonæum, planum faciens ea fabula, quòd ſanæ mentis compos eſſet. Qua audita, Iudices ingenium eius admirati ſunt, ac filium inſaniæ damnauerunt. Cratinus autē poëta Comicus, ſeptem ſupra nonaginta annos vixit, atque ſub finem vitæ cùm docuiſſet fabulam Pitynen, eáque victor euaſiſſet, haud ita multo pòſt eſt mortuus. Non diſſimiliter quoque Philemon Comicus ſeptimum & nonageſimum annum agēs decūbebat in lectulo quieſcens: qui cùm vidiſſet aſinum ficus ſibi præparatas deuorantem, prolapſus in cachinnos, & accerſito famulo, multo & vehementi cum riſu præcepit, aſino merum ad ſorbendum dari, atque ità riſu ſuffocatus obiit. Epicharmus autem & ipſe poëta Comicus, ſeptem & nonaginta annos viciſſe dicitur. Porrò Anacreon poëta Lyricus vixit annos quinque & octoginta. Et Steſichorus poëta Lyricus totidem. Simonides Cius ſupra nonaginta. Sedenim ex Grammaticis Eratoſthenes Cyrenæus Aglai filius, quem non Grammaticum ſolùm, ſed etiam poëtam meritò quis vocarit, & philoſophum & geometram, duos & octoginta annos vixit. Quin etiam Lycurgus Lacedæmoniorum legum conditor, quinque & octoginta annos viciſſe dicitur. Tot impræſentiarum Reges & eruditos homines colligere potui. Quia verò pollicitus ſum & Romanorum quoſdam longæuos, & Italos, qui ad ſummam ſenectutem peruenerunt, perſcribere: eos tibi Diis volentibus, præſtantiſſime Quintille, in altero libro manifeſtabimus.

καὶ ἐπιπὼν ὡς δουλεύσοι ἡ Ἑλλάς, ἐξέλιπε τὸν βίον. Ἀπολλόδωρος δὲ ὁ Περγαμηνὸς ῥήτωρ, θεοῦ Καίσαρος Σεβαστοῦ διδάσκαλος γενόμενος, καὶ σὺν Ἀθηνοδώρῳ τῷ Ταρσεῖ φιλοσόφῳ παιδεύσας αὐτὸν, ἔζησε τοσαῦτα τῷ Ἀθηνοδώρῳ, ἔτη ὀγδοήκοντα δύο. Ποτάμων δὲ, οὐκ ἄδοξος ῥήτωρ, ἔτη ἐνενήκοντα. Σοφοκλῆς ὁ τραγῳδοποιὸς, ῥᾶγα σταφυλῆς καταπιὼν, ἀπεπνίγη, πέντε καὶ ἐνενήκοντα ζήσας ἔτη. Οὗτος καὶ Ἰοφῶντος τοῦ υἱέος ὑπὸ τέλει τοῦ βίου παραφρονίας κρινόμενος, ἀνέγνω τοῖς δικασταῖς Οἰδίποδα τὸν ὑπὸ Κολωνῷ, ὑπὸ δὴ τούτου μόνου, δι' ὃ τοῦτο τὸ δρᾶμα, ὅπως τὸν νοῦν ὑγιαίνοντα ὡς τοὺς δικαστὰς, τὸν μὲν παραφανῆναι, καταψηφίσασθαι δὲ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ μανίας. Κρατῖνος δὲ ὁ τῆς κωμῳδίας ποιητὴς, ἐπὶ πολὺ τοῖς ἐνενήκοντα ἔτεσιν ἐβίωσε, καὶ τοῖς τοῦ τέλους τοῦ βίου διδάξας τὸν Πυτίνην, καὶ νικήσας, μετ' ὀλίγον ἐτελεύτα. καὶ Φιλήμων δὲ ὁ κωμικὸς, ὁμοίως τῷ Κρατίνῳ, ἑπτὰ καὶ ἐνενήκοντα ἔτη βιοὺς, κατέκειτο μὲν ὑπὸ κλίνης ἠρεμῶν, θεασάμενος δὲ ὄνον τὰ παρεσκευασμένα αὐτῷ σῦκα καταθέοντα, ὥρμησε μὲν εἰς γέλωτα, καλέσας δὲ τὸν οἰκέτην, ᾧ σὺν πολλῷ καὶ ἀθεμίτῳ γέλωτι εἰπὼν προσδοῦναι τῷ ὄνῳ ἀκράτου ῥοφῆσαι, ἀποπνιγεὶς ὑπὸ τοῦ γέλωτος, ἀπέθανε. καὶ Ἐπίχαρμος δὲ ὁ τῆς κωμῳδίας ποιητὴς, καὶ αὐτὸς ἐνενήκοντα καὶ ἑπτὰ ἔτη λέγεται βιῶναι. Ἀνακρέων δὲ ὁ τῶν μελῶν ποιητὴς, ἔζησεν ἔτη πέντε καὶ ὀγδοήκοντα. καὶ Στησίχορος ὁ μελοποιὸς, ταυτά. Σιμωνίδης δὲ ὁ Κῆος, ὑπὲρ τὰ ἐνενήκοντα. Γραμματικῶν δὲ, Ἐρατοσθένης μὲν ὁ Ἀγλαοῦ Κυρηναῖος, οὐ γραμματικὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ ποιητικὸν αὖ τις ὀνομάσοι, καὶ φιλόσοφον, καὶ γεωμέτρην, δύο καὶ ὀγδοήκοντα οὗτος ἔζησεν ἔτη. καὶ Λυκοῦργος δὲ ὁ νομοθέτης τῶν Λακεδαιμονίων, πέντε καὶ ὀγδοήκοντα ἔτη ζῆσαι ἱστορῆται. Τοσούτους ἐδυνήθημεν βασιλέας, καὶ πεπαιδευμένους, ἀθροῖσαι· ἐπεὶ δὲ ὑπεσχόμεθα καὶ Ῥωμαίων τινὰς, καὶ τοὺς τοῦ Ἰταλίας οἰκησάντων μακροβίων ἀναγράψαι, ἴσθι σοι, θεῶν θελόντων, ἱερώτατε Κυϊντίλλε, ἐν ἄλλῳ δηλώσομεν λόγῳ.

ΠΑΤΡΙΔΟΣ ΕΓΚΩΜΙΟΝ.

PATRIÆ ENCOMIVM.

Vincentio Obſopœo interprete.

ARGVMENTVM.

Argumentum & genus orationis ipſe titulus exponit. Eſt autem propoſitio & ſumma negotij, patriam omnium rerum eſſe digniſsimam & venerabiliſsimam, vt quam & homines & dij reliquis rebus omnibus anteponant. Argumenta pleraque à ſignis & conſequentibus ſumuntur. Oſtendit enim, quæcunque homines faciunt, ea ad patriæ vel ornamentum vel defenſionem comparare, & quantumuis humili aut ſterili ſolo aliquis natus ſit, nihilominus patriam ſuam ſplendidiſsimis ciuitatibus ac regnis anteponere: quemadmodum parentum quoque & liberorum inter ſe affectus eiuſmodi eſt, vt qualeſcunque ipſi ſint, tamen ſuos omnibus aliis plus ament & colant. Proinde & legiſlatores cùm grauiſsimè punire homines vellent, patriæ priuationem atque exilium, tanquam acerbiſsimam pœnam, inſtituiſſe.

ΟΤΙ μὲν δὴ γλύκιον ἧς πατρίδος φθόγγος ἀνθρώποις ἐστὶν οὐδὲν ἅπαντες ἴσασιν. ἆρ' οὖν ἥδιον μὲν δὴ οὐδὲν, σεμνότερον δέ τι, ἢ βέλτιον ἄλλο, ἢ μὴν ὅσα σεμνὰ καὶ θεῖα νομίζουσιν αἱ θεοφιλεῖς, τούτων πατρὶς αἰτία, καὶ διδάσκαλος, θρεψαμένη, καὶ αἰδοῖα θρεψαμένη, καὶ παιδεύσαμένη. πόλεων μὲν οὖν μεγέθη, καὶ λαμπρότητας, καὶ πολυτελείας κατασκευῶν, θαυμάζουσι πολλοὶ, πατρίδας δὲ ἔργοισι πρῶτοι· καὶ ποσοῦτον οὐδεὶς ἐξαπατᾶται τῷ καὶ πάνυ κεκρατημένῳ ὑπὸ τῆς καὶ τὴν ὄψιν ἡδονῆς, ὡς ὑπὸ τῆς ἐπιβουλῆς τῷ πρὸ ἄλλοις θαυμάτων λήθην ποιήσασθαι τῆς πατρίδος. ὅστις μὲν οὖν σεμνύεται πολίτης ὢν δαίμονος πόλεως, ἀγνοεῖν μοι δοκεῖ τινα χρὴ τιμὴν ἀπονέμειν τῇ πατρίδι· καὶ ὁ τοιοῦτος, δῆλός ἐστιν ἀβέβαιος αὖ, εἰ μετριωτέρας ἔλαχε τῆς πατρίδος. ἐμοὶ δὲ ἥδιστον αὐτὸ τιμᾶν ὄνομα τῆς πατρίδος ὄνομα. πόλεως μὲν γὰρ θαυμάζειν περιουσίαν, προσήκει μέγεθος ἐξετάζειν, καὶ κάλλος, καὶ τὴν τῶν οἰκιῶν ἀφθονίαν. ὅπου δ' αἵρεσίς ἐστι πόλεων, οὐδεὶς ἂν ἕλοιτο τὴν λαμπροτέραν, ἐάσας τὴν πατρίδα, ἀλλ' ἄξαιτο μὲν ἂν εἰ καὶ τὴν πατρίδα ταῖς δαίμοσι πρέπουσαν πλησίας, ἕλοιτο δ' αὖ τὴν οἱανοῦν.

I AM olim vulgi ſermone detritum eſt, nihil eſſe patria dulcius, proinde neque iucũdius quicquam. Eſt vero hac aliquid venerabilius aut diuinius? Siquidem quæcunque diuina, quæcunque veneratione digna homines eſſe exiſtimant, horum cauſſa atque magiſtra eſt patria, quæ nos genuit, aluit atque inſtituit. Enimvero vrbiũ magnitudinem atque ſplendorem, ſumptuoſos præterea variorum inſtrumentorũ apparatus admirantur multi, patriam verò pio amoris affectu proſequuntur omnes: neque quiſquam quamlibet potens, ita deceptus eſt alienarum rerum amœno & voluptuoſo ſpectaculo, vt propter immodicam apud alios rerum cùm viſendarum tum admirandarum excellentiam, obliuiſcatur patriæ. Itaque quicunque felicis & ſplendidę ciuitatis ſe ciuem eſſe iactat, ignorare mihi videtur quam gloriam aut honorem patriæ tribuere oporteat. Neque occultè fert talis, ſe dolore affectum iri, ſi mediocrem patriam ſortitus eſſet. Mihi verò iucundum eſt, ipſum nomen patriæ reuerenter atque religiosè colere. Etenim ei qui ciuitates inter ſe collaturus eſt, peropus eſſe video, ſingularum amplitudinem accuratè expendere, earundémque elegantiam obſeruare, neque non commerciorum ac rerum venalium copiam conſiderare. Cæterùm vbi de vrbium electione agitur, nemo vtique poſthabita patria ſplendidiorem electurus eſt, verùm in optatis habebit, patriam quoque ſuam quàm maximè conformem eſſe vrbibus copioſis & felicibus: ipſam tamen, qualiſcunque tãdem fuerit, delectu habito cæteris haud dubiè præpoſiturus eſt.

graue & acerbum vnicuique esse videtur, peregre agentem se deprehendi, ac demum post mortem in aliena terra reconditum cinescere. Cæterùm quanta erga patriam sit verè germanis ac genuinis ciuibus charitas, non certiùs aut faciliùs quàm ex indigenis perdiscitur. Siquidem peregrini & aduenæ, non secus atque nothi aut spurij, paruo in discrimine ponunt exilia, quippe quibus patriæ nomen prorsus ignotum est, neque vllo animi beneuoli argumento prosequuntur, existimantes nusquam non rerum necessariarum copiam sibi haud difficulter suppeditari, modum felicitatis in ventris ac gulæ fœdis & beluinis voluptatibus situ habentes. Veruntamen quibus mater est patria, terram illam singulari amore prosequuntur, in qua in lucem editi, in qua nutriti sunt. Quanquam modicam habeant, quanquam asperam & sterilem, quanquam vnde terræ virtutem collaudent, non hábuerint, attamen quo patria encomio potissimùm celebranda sit, nequaquam animo perplexi hæsitabunt. Verùm tametsi non ignorauerint alios suam iactasse patriam superbiùs ob agrorum fœcunditatem, ac pratorum viridantium plantas omniiugas: neque ipsi tamen patrii soli laudis obliuiscuntur: quam equis alendis aptam suspicientes, numerosa quoque ac robusta pube fœcundam collaudant. Ad hæc maturat etiam reditum in patriam aliquis qui insularis fuerit, tametsi apud alios bellè & feliciter viuere possit: oblatámque immortalitatem respuet, patriæ sepulcrum perpetuitati præferens. Et vel patriæ fumus alieno igne ipsi luculentior esse videbitur. Vsqueadeo verò in vniuersum res omnes quamlibet pretiosas excellit patria, vt legum quoque conditores passim quisque videat maximis puniendis sceleribus exilium pœnam constituisse, tanquam grauissimum & acerbissimum supplicium. Neque verò solùm legislatorum consuetudo sic se habet, eorum verò qui cum imperio exercitibus præsunt, aliter: neque enim maiore ac vehementiore exhortatione in pugnis militum perturbati accenduntur & inflammantur animi, quàm si pro tuenda patria se præliari cognouerint: nec ferè vllus est qui his auditis ignauus esse sustineat. Et enim strenuum & audacem ex meticuloso quoque facit nomen patriæ.

Alludit ad Palladis verba Odyssea. 1. de Vlysse. & item lib. 9.

A ἑκάστῳ δοκεῖ ξενίας ἁλίσκεσθαι, καὶ μὴ θάνατον ἐν ἀλλοτρείᾳ χαμαὶ κεῖσθαι γῆν. ὅσον δὲ τῆς διαφορᾶς τῆς πρὸς τὰς πατρίδας μέτεστι τοῖς ὡς ἀληθῶς γνησίοις πολίταις, μάθοι τις ἂν ἐκ τῶν ἀλλοδαπῶν. οἱ μὲν γὰρ ἐπήλυδες, καθάπερ νόθοι, ῥᾳδίας ποιοῦνται τὰς μεταβάσεις, ὃ μὲν τῆς πατρίδος ὄνομα μήτε εἰδότες, μήτε τίθεντες· ἡγούμενοι δ' ἀπόνως τὴν ὑπαρχοῦσαν εὐπορήσειν, μέτριον εὐδαιμονίας τὰς τῆς γαστρὸς ἡδονὰς πεπλημμυροι. οἷς δὲ καὶ μήτηρ ἡ πατρὶς, ἀγαπῶσι πολὺ μᾶλλον, ἐφ' ἧς ἐθρέφοντο, καὶ ἐτράφησαν, κἂν ὀλίγῳ ἔχωσι, B κἂν πενιχείας, καὶ λεπτολογῶν κἂν ἀπορῶσι τῆς γῆς ἐπαινέσαι πολὺ μᾶλλον ἐθέλουσι, τὴν γὰρ τῆς πατρίδος οὐκ ἀπορήσουσιν ἐγκωμίων, ἀλλὰ κἂν ἴδωσιν ἑτέρους σεμνυνομένους, πεδίοις εὐφόροις, καὶ λειμῶσι φυτοῖς πολυανθεσι ποικίλοις διαλαμπομένους, καὶ αὐτοὶ τὴν τῆς πατρίδος ἐγκωμίων οὐκ ἐπιλανθάνονται· πολὺ δὲ ἱππασίμους φέρον χορηγοῦντες, καὶ κουροτρόφον ἐπαινοῦσι. καὶ εἰ τύχῃ τις εἰς τὴν πατρίδα, κἂν ἰσοτίμης ᾖ· κἂν πρὸ ἄλλοις εὐδαιμονῇ δοκῶν, καὶ διδοκιμάζων ἀθανασίαν οὐ C ποιήσονται, ποιοῦνται τὸν ὑπὲρ τῆς πατρίδος πάθον· καὶ ὁ τῆς πατρίδος αὐτοῖς καπνὸς, λαμπρότερος ὀφθήσεται τοῦ πρὸ ἄλλοις πυρός. οὕτω δὲ ἄρα τίμιον ἐστὶ δοκεῖ καὶ πᾶσιν ἡ πατρίς· ὥστε καὶ τοὺς πόρρω χρόνῳ νομοθέτας ἴδοι τις ἂν ὑπὲρ τῶν μεγίστων ἀδικημάτων ὡς χαλεπωτάτῳ ὑπεβεβληκότας τὸν φυγὸν, τιμωρίαν. καὶ οὐχ οἱ νομοθέται μόνον οὕτως ἔχουσιν, οἱ δὲ πιστευόμενοι τὰς στρατηλίας, ἕτερος, ἀλλ' ἐν ταῖς μάχαις ὃ μέγιστόν ἐστι τῶν παρακελευμάτων τοῖς ὑποστρατηγοῦσιν, ὡς D ὑπὲρ πατρίδος αὐτοῖς ὁ πόλεμος. καὶ οὐδεὶς ὅστις ἂν ἀκούσας τοῦτο, κακὸς εἶναι θέλει. ποιεῖ γὰρ καὶ τὸν δειλὸν, ἀνδρεῖον, ὃ τῆς πατρίδος ὄνομα.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΔΙΨΑΔΩΝ.

DE DIPSADIBVS.

Vincentio Obſopœo interprete.

ARGVMENTVM.

Præfatio quædam eſt, cuiuſmodi & ſuperiores nonnullæ ſunt, qua ſtudium ſuum erga auditores, ſiue quicunque illi tandem fuere quibuſcum verſatus tum fuit, collatione iſta cum Dipſadibus facta, declarat. Vt enim eos qui ab hoc genere ſerpentis percuſſi ſunt, inexplebilis quædam ſitis inuadit, ita vt quo ſunt plus potæ, plus ſitiantur aquæ, vt ille ait: ita ſe quoque deſiderio quodam inſatiabili teneri ait, & quo frequentiùs apud illos ſit, eo magis ac magis eſſe cupere. Porrò quod ad Dipſadis morſum, & ſitim iſtam lethalem attinet, habes conſimilem fermè deſcriptionem, atque exemplum Auli cuiuſdam ſigniferi in exercitu Catonis, qui eodem modo periit, vt ille de quo epigramma præſentis narrationis teſtatur, apud Lucanum libro nono, vbi & cæterorum ſerpentium genera, de quibus hic mentio fit, enumerantur, addita etiam fabula cur Libya ſerpentibus ita abundet atque infeſta ſit.

ΤΗς Λιβύης τὰ νότια, ψάμμος ὀξὶ βαθεῖα, καὶ γῆ διαπεπαυμένη, ἔρημος ὀπὶ πολύ, ἀκριβῶς ἄκαρπος, πᾶσα ἀπασα, οὐ χλόη, οὐ πόα, οὐ φυτόν, οὐχ ὕδωρ ἔχουσα, ἢ εἴπου ἄρα ἐν κοίλοις στυγνικὸς ὑετῷ ὀλίγου λείψανον, παχὺ καὶ τοῦτο, καὶ δυσῶδες, ὥστε πάνυ διψῶντι αἰσθέσθαι πότιμον. ἀοίκητος γοῦν ὄντι διὰ ταῦτα. ἢ πῶς γὰρ ἂν οἰκοῖτο; ἀπήμερος οὕτω, καὶ ξηρά, καὶ ἄφορος οὖσα, καὶ πολλῷ πυρὶ αὐχμῷ πεζομένη, καὶ ὁ ψάλπος αὐτὸ, καὶ ὁ ἀὴρ, καμινῆ πυρώδης, καὶ φλογερὸς ὤν; καὶ ἡ ψάμμος ὑποφέρουσα, πάντελῶς ἄβατον τὸν χῶρον ποιοῦσι. Γαράμαντες μόνοι παροίκιοι ὄντες, βύσσαλές καὶ κοῦφον ἔθνος, ἀσθενεῖ σκηνίται, ἀπὸ θήρας τὰ πολλὰ ζῶντες, σπάνιοι δή τοι ἐσβάλλουσι, θηρῶντες ἀμφὶ ἕωθινὰς τὰς χαμευνάς, μάλιστα ὕσθματα τὸν χειμῶνα τηρήσαντες, ὁπότε ὁ πολὺ τοῦ καύματος σβεσθείη, καὶ ἡ ψάμμος νοτισθείη, καὶ ἀμηχέπη βαπτὸν γένοιτο. ἡ θήρα δὲ ἔστιν, ὅτων τε τῶν ἀγρίων, καὶ στρουθῶν τῶν μεγάλων χαμευνούντων, ἔτι πιθήκων μάλιστα, καὶ ἐλεφάντων σπάνιον. ταῦτα γὰρ μόνα δύναται ἀντέχειν τοῖς δίψεσι, καὶ δύναται ὅτι πολὺ παλαιστρεύματα ὑπὸ πολλοῦ καὶ ἐξ ἡλίου.

A pars Libyæ quæ ad auſtrum tendit, arena eſt profunda, & terra exuſta ſolis ardoribus, deſerta vt plurimùm, frugibus in totum infœcũda, campeſtris vniuerſa, non gramen, nõ fœnum, non plantam vllam nec aquã habens, niſi ſicubi in terrę concauitatibus cõſtiterint imbris & pluuiarum reliquiæ, quæ tamen & ipſæ dẽſæ ſunt, & mali odoris & homini ſitibũdo minimè potabiles. Has igitur ob cauſſas inhabitabilis eſt. Aut quo pacto tãdem inhabitari poſſit locus ita durus & implacidus, tum etiam aridus, ac frugibus arboribúſque iuxtà infœcũdus, quíque tam moleſtis feruoribus ſit ſubiectus, cùm ipſe quoq; calor & aër nimiùm ardens ſit, & igneus? Præterea ipſa arena magnopere feruens regionem prorſus facit inuiam & inacceſſibilẽ. Soli verò Garamantes iis locis finitimi, gens leuis atque frugalis, vitam degentes in tentoriis, venationibus vt plurimùm viuentes, nonnunquam irrumpunt venantes iuxta ſolſtitium hybernum, ſidere maximè pluuioſo obſeruato, quando videlicet maior ardoris pars deferbuit & extincta eſt, & arena aſſiduis imbribus madefacta, & aliquo modo peruia reddita eſt. Venantur autem onagros, & magnos ſtruthiones humi volantes, cùm primis verò ſimias, aliquando etiam elephantos. Hæc enim animantia ſola aduerſus ſitim perdurant, tum magnopere ſufferre poſſunt immodici & feruentis ſolis moleſtias.

eos tibi dedico, quos ad longam ſenectutem ſana mente & integris corporis viribus peruenisſe comperimus. Fortaſſe autem ex huius libelli lectione gemina ad te peruenire poteſt vtilitas: vna, vt & alacritatem animo & optimam ſpem concipias & te poſſe quàm diutiſſimè viuere: altera, qua inſtitutionem ab exemplis capias, cognitis iis qui poſteaquam maximam ſui curam habuerunt, corporis pariter & animi ratione habita, ſummam ſenectutem ſine omni corporis incommodo ſunt conſequuti. Homerus igitur Neſtorem principum Achiuorum ſapientiſſimum vitam ſuam tribus ſeculis produxiſſe ſcribit, quem nobis & animo & corpore exercitatum commendat. Et Tireſiam vatem poëtæ tragici ad ſex vſque ætates hominum vitam prorogaſſe perhibent. Credibile eſt autem virum diis immortalibus ſacrum, & moderatiore viuendi ratione vtentem, longiſſima vita fuiſſe functum. Quin omnes nationes propter victus rationem longæuæ fuiſſe inueniuntur: cuiuſmodi ſunt Ægyptiorum ſacri ſcribæ, & apud Aſſyrios & Arabas fabularum interpretes, & apud Indos Brachmanes, ad amuſſim philoſophiæ ſtudiis vacantes. Præterea quos Magos vocant, genus illud vatidicum, & diis dicatum. Inſuper apud Perſas & Parthos, & Bactros, & Choraſmios, & Sacas, & Medos, aliaſque multas gentes barbaras, qui & firma corporis valetudine ſunt præditi, & valde diuturni, cùm beneficio magicæ quam exercent, tum quòd & ipſi accurata victus ratione vtantur. Iam verò gentes quoque ætate omnium longiſſima vtentes, ex quibus ſunt Seres, ad trecentos annos vſque viuere, memoriæ proditum eſt. Cuius rei cauſſam nonnulli temperato aëri, nonnulli naturæ terræ, alii rationi viuendi aſſignant. Siquidem aiunt omnes illas nationes tantùm aquam potare. Compertum eſt autem Athotas quoque centum & triginta annos viuere, & Chaldæos vltra centum annos egredi fama eſt, & eoſdem hordeaceo pane vti, tanquam perſpicacitatis pharmaco. Quibus perhibent ob hanc ipſam victus rationem alios quoque ſenſus quàm cæteris hominibus eſſe validiores. Sed hæc de nationibus longæuis, & gentibus quas plurimum ætatis aiunt viuere: nonnulli, propter ſitum terræ: nonnulli, propter aëris temperiem,

Catalogus Macrobiotum.

δίδωμί σοι τοὺς ἰσορημένους εἰς μακρὰν γῆρας ἀφικέσθαι ἐν ὑγιαινούσῃ τῇ ψυχῇ, καὶ ὁλοκλήρῳ τῷ σώματι. καὶ γὰρ ἂν καὶ ὄφελος γένοιτό τί σοι ἐκ τῆς συγγράμματος πλοῦς. ὃ μέν, διπλῆ τις, καὶ ἑλπὶς ἀγαθή, καὶ αὐτὸν ὀπτιμήκιστον διώσασθαι βίοτον. ὃ δὲ, διδασκαλία τις ἐκ παραδειγμάτων, εἰ ὀπτιμοίης ὅτι οἱ μάλιστα ἑαυτῶν ὀπτιμέλειαν ποιησάμενοι κατά τε σῶμα, καὶ κατὰ ψυχήν, οὗτοι δὴ εἰς μακρότατον γῆρας ἦλθον, σὺν ὑγείᾳ πανταχῇ. Νέστορα μὲν οὖν τὸν σοφώτατον τῶν Ἀχαιῶν ὅτι τρισὶ παραταῖναι γενεὰς Ὅμηρος λέγει, ὃν σὺν ἡμῖν γεγυμνασμένον ἄμεινα καὶ ψυχῇ καὶ σώματι. καὶ Τειρεσίαν δὲ τὸν μάντιν, ἡ τραγῳδία μέχρις ἓξ γενεῶν παραταῖναι λέγει. πιθανὸν δ' οὖν εἶναι ἄνδρα θεοῖς ἀναπεφιλημένον, καὶ καθαρωτέρᾳ διαίτῃ χρώμενον τὸν Τειρεσίαν, ὀπτιμήκιστον βιῶναι. καὶ γὰρ δὴ ὅλα μακρόβια ἱστόρηται διὰ τὴν δίαιταν, ὥσπερ Αἰγυπτίων οἱ καλούμενοι ἱερογραμματεῖς, Ἀσσυρίων δὲ, καὶ Ἀράβων, οἱ ἐξηγηταὶ τῶν μύθων. Ἰνδῶν δὲ, οἱ καλούμενοι Βραχμᾶνες, ἄνδρες ἀκριβῶς φιλοσοφίᾳ σχολάζοντες, καὶ οἱ καλούμενοι δὲ μάγοι, γένος τοῦτο μαντικὸν, καὶ θεοῖς ἀναπεφιλημένον, παρά τε Πέρσαις, καὶ Παρθοις, καὶ Βακτροις, καὶ Χωρασμίοις, καὶ Ἀρείοις, καὶ Σάκαις, καὶ Μήδοις, καὶ παρὰ πολλοῖς ἄλλοις βαρβάροις ἐρρωμένοί τε εἰσι, καὶ πολυχρόνιοι, διὰ δ μεγάλην διαιτώμενοι καὶ αὐτοὶ ἀκριβεστέραν. ἤδη δὲ καὶ ἔθνη ὅλα μακροβιώτατα, ὡς παρ Σηρας μὲν ἰσορροθοι μέχρι τριακοσίων ζῆν ἐτῶν· οἱ μὲν, διὰ ἀέρα, οἱ δὲ, τῇ γῇ τὴν αἰτίαν τῆς μακροβιότητος παραπλήττει, οἱ δὲ, καὶ τῇ διαίτῃ. ὑδροποτεῖν γὰρ φασι τὸ ἔθνος τοῦτο σύμπαν. καὶ Ἀθῶτας δὲ μέχρι τριάκοντα καὶ ἑκατὸν ἐτῶν βιῶναι ἱστόρηται, καὶ τοὺς Χαλδαίους ὑπὲρ τὰ ἑκατὸν ἔτη βιοῦν λόγος. τούτοις μὲν καὶ κριθίνῳ ἄρτῳ χρωμένοις, ὡς ὀξυδορκίας τοῦτο φάρμακον. οἷς γε φασὶ διὰ τὴν τοιαύτην δίαιταν, καὶ τὰς ἄλλας αἰσθήσεις ὑπὲρ τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους ἐρρωμένας εἶ). ἀλλὰ ταῦτα μὲν περὶ τε τῶν μακροβίων γενῶν, καὶ τῶν ἐθνῶν, ἃ τινά φασιν ὡς ὀπὶ πλεῖστον διαγίγνεσθαι χρόνον. οἱ μὲν, διὰ τὴν γῆν, ἢ τὸ ἀέρα, οἱ δὲ,

οἱ δ', ἀφ' τῷ διαίτῃ, οἱ δ', ἀμφω. ἐγὼ δ' ἂν σοι δικαίως τὴν ἐλπίδα ῥᾳδίως παρέχοιμι, ἱστορήσας ὅτι καὶ κατ' πᾶσαν τὴν γῆν, καὶ κατ' πόντια ἀέρα, μακρόβιοι γεγόνασιν ἄνδρες, οἱ γυμνασίοις τοῖς καθήκουσι, & ἀφίτῃ τῇ ὑπαιτιωτάτῃ τοῖς ὑγιάσι χρώμενοι. ἀφαίρεσιν δ' τῦ λόγου ποιήσομαι, τὴν προφάσιν, κἀπά τε τὰ ὑπαιτιώματα τῶν ἀνδρῶν· καὶ πρῶτον τί σοι τοὺς βασιλικοὺς & στρατηγικοὺς ἄνδρας ἱστορήσω, ὧν ἕνα καὶ θειοτάτῃ μεγάλου θεοπάτου εὐδοκιμήσαντες τύχαις τὴν τελεωτάτην ἀγαγόντα τάξιν, διηρτίτηκε τὰ μέγιστα τὴν οἰκουμένην τὴν ἑαυτῦ· οὕτω δὲ καὶ σὺ ἀπιδὼν καὶ σύ, τῶν μακροβίων ἀνδρῶν πρὸς ὃ ὅμοιον τῆς ἕξεως & τῆς τύχης, ἑτοιμότερον ἐλπίσας γῆρας ὑγιᾶ, & μακρόν, καὶ ἅμα ζηλώσας, ἐργάσαιο σαυτῷ τῇ ἀφίτῃ μέγιστόν τε ἅμα καὶ ὑγιέστατον βίον. Νομπίλιος Νυμᾶς ὁ εὐδαιμονέστατος τῶν Ρωμαίων βασιλέων, & μάλιστα πρὸς τὴν θεραπείαν τῶν θείων ἀφοσιωτάτης, ὑπὲρ ὀγδοήκοντα ἔτη βεβιωκέναι ἱστόρηται. Σέρβιος δ' Τύλλιος Ρωμαίων & αὐτὸς βασιλεύς, ὑπὲρ τὰ ὀγδοήκοντα ἔτη καὶ αὐτὸς βιώσας ἱστόρηται. Ταρκύνιος δὲ ὁ πεμπτος Ρωμαίων βασιλεύς, φυγαδευθεὶς, καὶ ὅτι Κύμης Δηφτείων, ὑπὲρ τὰ ἑβδομήκοντα ἔτη λέγεται γεγηρακέναι βιούς. Οὗτοι μὲν οὖν Ρωμαίων βασιλῆς, οἷς συνάψω καὶ τοὺς λοιποὺς βασιλέας, τοὺς εἰς μακρὸν γῆρας ἀφικομένους, καὶ τὰ ὑπαιτιώματα ἑκάστου. ὅτι πέμπτῃ δέ σοι καὶ τοὺς λοιποὺς Ρωμαίων, τοὺς εἰς μήκιστον γῆρας ἀφικομένους παρασκευάζω, παραθεὶς ἅμα καὶ τοὺς & τὴν λοιπὴν Ιταλίαν ὅτι πλέον βιώσαντας. ἀξιόλογος γὰρ ἔλεγχος ἡ ἱστορία τῶν Δηλοάλλῃ πειρωμένων τὸν σκῶθα ἀέρα, ὥστε καὶ ἡμᾶς χρηστοτέρας ἔχειν τὰς ἐλπίδας, πλείους ἡμῖν τὰς δίκας ἔσεσθαι παρὸς ὃ εἰς μήκιστόν τε καὶ λιπαρὲν τὸν πάσης γῆς καὶ θαλάττης διασώσειν, γῆρας ἀφικέσθαι, τῇ ἑαυτῦ οἰκουμένῃ βασιλεύσοντα ἔτη, & γέροντα. Αρχαθώνιος μὲν οὖν Ταρτησίων βασιλεύς, πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν ἔτη βιῶναι λέγεται, ὡς Ηρόδοτος ὁ λογοποιός, καὶ ὁ μελοποιὸς Ανακρέων· ἀλλὰ τοῦτο μὲν, μῦθος ποι δοκεῖ. Αγαθοκλῆς δὲ ὁ Σικελίας τύραννος, ἐτῶν ἐννηκονταπέντε τελευτᾷ,

A nonnulli propter rationem victus, nonnulli autem propter vtrunque. Cæterùm ego iure optimo longè meliorem ſpem tibi oſtendam, ſi planum fecero, homines vbique terrarum & gentium, & ſub quouis aëre degentes, ad ſummam ſenectutem peruenire, qui commodis exercitationibus, & conuenienrem ſanitati viuendi rationem ſectantur. Facta autem huius narrationis ſectione, primùm obſeruatis virorum ſtudiis, initiò Reges, & virtute imperatoria claros homines memorabo, quorum vnum ſummæ religionis pietas ad perfectiſſimum ordinem perducens, maximis beneficiis imB perium & terram ipſius affecit. Ad hunc modum & tu longæuorum hominum naturæ & fortunæ animaduerſioni intentus, tanto promptiùs ſperare poteris ſenectutem ſanam & longam: & pari ſtudio hos ipſos æmulatus, tibi ipſe longiſſimam & prouectiſſimam vitam ratione victus paraueris. Numa Pompilius Romanorum Regum longè feliciſſimus, ac Deorum cultui deditiſſimus, ſupra octoginta annos vixiſſe traditur. Seruius autem Tullius, & ipſe Romanorum rex, ſimiliter vltra octoginta annos vixiſſe dicitur. Tarquinius nouiſſimus rex Romanorum eiectus in exilium C Cumis conſenuit, ac vltra nonaginta annos firmiſſima valetudine vſus vixiſſe perhibetur. Et hi Romanorum reges fuere, quibus & reliquos reges adiungam qui ad vltimam ſenectutẽ peruenerunt, demonſtratis etiam illorum exercitationibus. In calce autem reliquos etiam Romanorum ad longiſſimam ſenectutem delatos adſcribam, adiectis etiam cæteris Italiæ populis, qui diutiſſimè vixerunt. Etenim qui ſola hiſtoria noſtratem aërem calũniantur, probabilibus argumentis refelli poſſunt, adeò vt meliorem ſpem habere liceat, fore vt perfecti voti compotes fiamus, & longiſsimam ac pleniſſimam tota terra marique dominantem ſenectutem, iámque in ſuis locis regnantem & ſeneſcẽtem conſequamur. Proinde Arganthonius Tarteſiorum rex centum & quinquaginta annos vixiſſe traditur, authoribus Herodoto hiſtorico, & Anacreonte poëta lyrico: tametſi hoc quibuſdam fabuloſum videatur. Agathocles Siciliæ tyrãnus annos quinque & nonaginta egreſſus fato functus eſt

ſicut Democharis & Timæus literis prodiderunt. Hieron quoque Syracuſanorum tyrannus duos & nonaginta annos natus, morbis tandem abſumptus obiit, cùm regnaſſet annos ſeptuaginta, ſicut Demetrius Calliſtianus & alij memorãt. Anteas autem rex Scytharum, qui ad Iſtrum fluuium cum Philippo confligens in pugna occubuit, vltra nonaginta annos egreſſus eſt. Bardylis verò rex Illyriorum, qui ex equo in eo quod geſſit contra Philippum bello pugnaſſe dicitur, nonaginta annos compleuit. Teres rex Dryſorum, authore Theopompo, duos & nonaginta annos agens mortuus eſt. Antigonus autem Philippi filius luſcus, rex Macedonum, in Phrygia cum Seleuco & Lyſimacho confligens, multis acceptis vulneribus collapſus, anno vno & octogeſimo vitam finiuit, ſicut narrat Hieronymus, qui cum eo militauit. Porrò Lyſimachus & ipſe rex Macedoniæ, in pugna contra Seleucum ſuſcepta occubuit, octogeſimum annum conſequutus, vt idem Hieronymus teſtatur. Antigonus verò filius Demetrij, Antigoni Luſci nepos, quatuor & quadraginta annos regnum Macedoniæ tenuit: vixit autem octoginta, ſicut Mediùs & alij ſcriptores teſtantur. Conſimiliter quoque Antipater, patre Iolao genitus, maxima fultus potentia, & qui multorum regum Macedoniæ tutelam egit, vltra octogeſimum annum egreſſus exceſſit è vita. Ptolemæus autem Lago patre natus, inter reges propria fortuna feliciſſimus, imperauit Ægypto annos octoginta natus. Viuus autem tradidit imperium duobus annis antequam moreretur, Ptolemæo filio, cui cognomentum fuit Philadelpho, qui & paternum regnum à fratribus ſortitus eſt. Philæteros, qui primus condendi circa Pergamum principatus author fuit, & eundem cùm eſſet Eunuchus, obtinuit, mortuus eſt octoginta annos natus. Attalus autem cognominatus Philadelphus, & hic rex Pergamenorum, ad quem etiam Scipio Romanorum Imperator venit, duos & octoginta annos agens, vitam reliquit. Mithridates rex Ponti, Ktiſtes appellatus, Antigonum Luſcum fugiens, in Ponto mortuus eſt, cùm egiſſet annos quatuor & octoginta,

A καθάπερ Δημοχάρης καὶ Τίμαιος ἱστορήσαν. Ἱέρων δὲ ὁ Συρακοσίων τύραννος, δύο καὶ ἐνενήκοντα ἔτη γηράσας, ἐτελεύτα νοσῶν, βασιλεύσας ἑβδομήκοντα ἔτη, ὥσπερ Δημήτριός τε ὁ Καλλισιανὸς, καὶ ἄλλοι λέγουσιν. Ἀντέας δὲ Σκυθῶν βασιλεὺς, μαχόμενος τοῖς Φιλίππου περὶ τὸν Ἴστρον ποταμὸν, ἔπεσεν ὑπὲρ τὰ ἐνενήκοντα ἔτη γεγονώς. Βαρδύλις δὲ ὁ Ἰλλυριῶν βασιλεὺς, ἀφ' ἵππου λέγεται μάχεσθαι ἐν τῷ πρὸς Φίλιππον πολέμῳ, εἰς ἐνενήκοντα πλέων ἔτη. Τήρης δὲ ὁ Δρυσῶν βασιλεὺς, καθά φησι Θεόπομπος, δύο καὶ ἐνενήκοντα ἐτῶν ἐτελεύτησεν. Ἀντίγονος δὲ ὁ Φιλίππου ὁ μονόφθαλμος, βασιλεύων Μακεδόνων, περὶ Φρυγίαν μαχόμενος Σελεύκῳ καὶ Λυσιμάχῳ, πεσὼν πολλοῖς τραύμασι πεσόντων, ἐτελεύτησεν ἐτῶν ἑνὸς καὶ ὀγδοήκοντα, ὥσπερ ὁ συστρατευόμενος αὐτῷ Ἱερώνυμος ἱστορεῖ. καὶ Λυσίμαχος δὲ Μακεδόνων βασιλεὺς, ἐν τῇ πρὸς Σέλευκον ἀπώλετο μάχῃ, ἔτος ὀγδοηκοστὸν πέλων, ὡς ὁ αὐτὸς φησιν Ἱερώνυμος. Ἀντίγονος δὲ, υἱὸς μὲν ἦν Δημητρίου, υἱωνὸς δὲ Ἀντιγόνου τοῦ μονοφθάλμου, ἔσχε πατέρα καὶ πατερόγηρα Μακεδόνων ἐβασίλευσεν ἔτη, ἐβίωσε δὲ ὀγδοήκοντα, ὡς Μήδιός τε ἱστορεῖ, καὶ ἄλλοι συγγραφεῖς. ὁμοίως δὲ καὶ Ἀντίπατρος ὁ Ἰολάου μέγιστον δυνηθεὶς, καὶ ὑπερβαλόμενος πολλοὺς Μακεδόνων βασιλέας, ὑπὲρ ὀγδοήκοντα ἔτη τοῦτ' ζήσας, ἐτελεύτα τὸν βίον. Πτολεμαῖος δὲ ὁ Λάγου, ὁ τῶν καθ' ἑαυτὸν εὐδαιμονέστατος βασιλέων, Αἰγύπτου μὲν ἐβασίλευσε, τέσσαρα καὶ ὀγδοήκοντα βιώσας ἔτη, ζῶν δὲ, παρέδωκε τὴν ἀρχὴν τοῖς δυσὶν ἐπὶν τῆς τελευτῆς τῷ Πτολεμαίῳ τῷ υἱῷ, Φιλαδέλφῳ δὲ ἐπίκλησιν, ὅστις διδέξατο τὴν πατρῴαν βασιλείαν ἀδελφῶν. Φιλαίτερος δὲ, οὗτος μὲν ἐκτήσατο τὴν περὶ Πέργαμον ἀρχὴν, καὶ κατέλιπε, δυνάστης ὤν. κατέστρεψε δὲ τὸν βίον, ὀγδοήκοντα ἐτῶν γηράσας. Ἄτταλος δὲ, ὁ ἐπικληθεὶς Φιλάδελφος, τῶν Περγαμηνῶν καὶ τοῦτ' βασιλεύων, πρὸς ὃν ἦλθε Σκηπίων ὁ τῶν Ῥωμαίων στρατηγὸς ἀφίκετο, δύο καὶ ὀγδοήκοντα ἐτῶν ἄξελιπε τὸν βίον. Μιθριδάτης ἢ ὁ Πόντου βασιλεὺς, ὁ προσαγορευθεὶς Κτίστης, Ἀντίγονον τὸν μονόφθαλμον φεύγων, ἐπὶ Πόντου ἐτελεύτησε, βιώσας ἔτη τέσσαρα καὶ ὀγδοήκοντα,

ὡς καὶ Ἱερώνυμος ἱστορῆ, καὶ ἄλλοι συγγραφεῖς. Ἀριαράθης δὲ ὁ Καππαδοκῶν βασιλεὺς, δύο μὲν καὶ ὀγδοήκοντα ἔζησεν ἔτη, ὡς Ἱερώνυμος ἱστορῆ· ἐδυνήθη δ' ἂν ἴσως καὶ ὅπου πλέον διαγηρᾶσαι, ἀλλ' ἐν τῇ πρὸς Περδίκκαν μάχῃ ζωγρηθεὶς, ἀνεσκολοπίσθη. Κῦρος δὲ ὁ Περσῶν βασιλεὺς, ὁ παλαιὸς, ὡς δηλοῦσιν οἱ Περσῶν καὶ Ἀσσυρίων λόγοι, οἷς καὶ Ὀνησίκριτος ὁ τὰ περὶ Ἀλεξάνδρου συγγράψας, συμφωνῆσαι δοκεῖ, ἑκατοστοῦτος ἡλικίωτος, ἐζήτει μὲν ἕνα ἕκαστον τῶν φίλων. μαθὼν δὲ τοὺς πλείστους διεφθαρμένους ὑπὸ Καμβύσου τοῦ υἱέος, καὶ φάσκοντος Καμβύσου τοῦ πρεσβυτέρου τὸ ἐκείνου τοῦτο πεποιηκέναι, τὸ μὲν πρῶτον, πρὸς τὴν ὠμότητα τοῦ υἱοῦ διαβληθεὶς, τὸ δεύτερον, ὡς δικαιομισοῦντα αὐτὸν αἰτιασάμενος, ἀθυμήσας, ἐτελεύτα τὸν βίον. Ἀρταξέρξης, ὁ Μνήμων ἐπικληθεὶς, ἐφ' ὃν Κῦρος ὁ ἀδελφὸς ἐστρατεύσατο, βασιλεύων δὲ Πέρσαις ἐτελεύτησε νοσῶν, ἔτη δὲ ὀγδοήκοντα ἐπὶ ἡλικίας· ὡς δὲ Δείνων ἱστορῆ, πεντήκοντα καὶ ἑκατόν. Ἀρταξέρξης ἕτερος Περσῶν βασιλεὺς, ὃν φασιν ὑπὸ τῶν πατέρων τοῦ ἑαυτοῦ Ἰσίδωρος ὁ Χαρακηνὸς συγγραφεὺς βασιλεύειν, ἔτη τρία καὶ ἐνενήκοντα βιοὺς, ὑπὸ δόλῳ τοῦ ἀδελφοῦ Γωσίθεω ἐδολοφονήθη. Σιναρδοκλῆς δ' ὁ Παρθυαίων βασιλεὺς, ἔτος ὀγδοηκοστὸν ἤδη γηροτρὸφον, ἀπὸ Σακαυράκων Σκυθῶν καταχθεὶς, βασιλεύειν ἤρξατο, καὶ ἐβασίλευσεν ἔτη ἑπτά. Τιγράνης δ' ὁ Ἀρμενίων βασιλεὺς, πρὸς ὃν Λούκουλλος ἐπολέμησε, πέμπτῳ καὶ ὀγδοηκοστῷ ἔτει ἐτελεύτα νόσῳ. Σπασίνης δ' ὁ Χαρακηνὸς, καὶ τῶν κατ' Ἐρυθρὰν τόπων βασιλεὺς, πέμπτῳ καὶ ὀγδοηκοστῷ ἔτει νοσήσας, ἐτελεύτησε. Τήρεως δ' ὁ μετὰ Σπασίνου τρίτος βασιλεύσας, δύο καὶ ἐνενήκοντα βιοὺς, ἐτελεύτα νόσῳ. Ἀρτάβαζος δ' ὁ μετὰ Τήρεων ἕβδομος βασιλεύσας Χαρακηνῶν, ἓξ καὶ ὀγδοήκοντα ἔτη καθαρθεὶς ἀπὸ Παρθυαίων, ἐβασίλευσε. καὶ Μνασκίρης ὁ βασιλεὺς Παρθυαίων, ἓξ καὶ ἐνενήκοντα ἔζησεν ἔτη. Μασσινάσσης δὲ Μαυρουσίων βασιλεὺς, ἐνενήκοντα ἐβίωσεν ἔτη. Ἀσπιδόρος δ' ὁ ὑπὸ τοῦ θείου Σεβαστοῦ αὐτὴ ἐπαρχίᾳ, βασιλεὺς ἀναγορευθεὶς Βοσπόρου, ἐπὶ ἔτεσιν ἐνενήκοντα, ἱππομάχων καὶ πεζομάχων ἀδεὴς ἥττων ἐφάνη·

sicut Hieronymus & alij ſcriptores prodiderunt. Ariarathes rex Cappadocum Hieronymi teſtimonio duo & octoginta annos vixit: atque haud dubiè ad grandiorem ætatem peruenire potuiſſet, niſi in pugna contra Perdiccam viuus captus, & in crucem ſublatus fuiſſet. Maior autem Cyrus rex Perſarum, ſicut Perſæ & Aſſyriorum hiſtoriæ loquuntur, quibus etiam ſuffragari videtur Oneſicritus, qui res geſtas Alexandri Magni in hiſtoriam contulit, centeſimum annum aſſequutus, requirebat vnumquemque amicorum: quorum cùm plurimos à filio ſuo Cambyſe interemptos comperiſſet, ac Cambyſes ipſius iuſſu hoc ipſum ſe feciſſe fateretur, partim ob filii crudelitatem probrosè affectus, partim ſe ipſe tanquam iuſtitiæ & legum violatorem accuſans, maxima triſtitia conturbatus, vitam finiuit. Artaxerxes Mnemonis cognomentũ ſortitus, contra quem Cyrus frater exercitum duxit, imperium Perſarum obtinens, morbis conſumptus deceſſit, annos ſex & octoginta natus, ſed vt Dinon ſcribit, quatuor & nonaginta. Artaxerxes alter Perſarum rex, quem patrum ſuorum memoria Iſidorus Characenus hiſtoricus regnaſſe tradit, cùm annos tres & nonaginta vixiſſet, inſidiis fratris Goſethræ clàm obtruncatus eſt. Sinarthocles autem rex Parthyæorum annos nonaginta iam natus, à Sacauracis Scythis reductus ab exilio, regnare incepit, & regnauit annos ſeptem. At Tigranes rex Armeniorum, contra quem Lucullus pugnauit, quinto & octogeſimo anno morbo conſumptus periit. Spaſines Characenorum & regionum mari rubro adiacentium rex, quinto & octogeſimo anno morbo correptus deceſſit. Tereus tertius poſt Spaſinem earum nationum rex, cùm vixiſſet duos & nonaginta annos, morbo periit. Artabazus autem qui ſeptimus poſt Tireum Characenorum regnum tenuit, ſex & octoginta annos reductus à Parthis ab exilio, regnauit. Et Mnaſcires rex Parthyçorum ſex & nonaginta annos vixit. Maſiniſſa verò rex Mauritaniæ nonaginta annos vixit. Aſandrus autem à diuo Auguſto loco Etnarchi rex Boſpori declaratus, annum agens nonageſimum, & equeſtri & pedeſtri pugna nullo inferior vſpiam eſt conſpectus.

Qui vt animaduertit Scribonio rem militarem commendatam, cibo abſtinens diem ſuum obiit, cùm vixiſſet annos tres & nonaginta. Goæſus, vt Iſidorus auctor eſt, Characene regnum tenuit, quo tempore Mano quoque imperauit Arabibus, centum & quindecim annos natus, poſtremùm morbo periit. Tot igitur ante noſtram memoriam memorandæ ſenectutis reges fuiſſe maiores noſtri literis prodiderunt. His annumerantur Philoſophi, & omnes qui ingenio & eruditione præſtantes fuerunt, qui aliqua ſui cura habita, ad extremam ſenectutem peruenerunt. Eos itaque quos multa lectione didicimus, perſcribemus, ac initio quidem Philoſophos, quorum Democritus Abderites centum & quatuor annos natus, cùm alimento abſtineret, mortuus eſt. Xenophilus Muſicus, perhibente Ariſtoxeno, Pythagoricę philoſophiæ candidatus, vltra quinque & centum annos Athenis vitam traduxit. Solon autem, & Thales, & Pittacus, qui è ſeptem ſapientum numero fuerunt, cętum annos vnuſquiſque vixit. Zenon verò Stoicę philoſophiæ auctor & princeps, octo & nonaginta. Hunc aiunt in concionem prodeuntem offenſo pede exclamaſſe: Quid me vocas? & domum reuerſum inedia vitam finiſſe. Cleanthes Zenonis diſcipulus & ſucceſſor, nouem & nonaginta annos natus, tuberculum in labiis habuit. Cúmque decreuiſſet inedia vitã abſumere, allatæ ſunt ei ab amicis literæ. Ac mox adhibito cibo, & perfectis amicorum poſtulatis, iterum cibo abſtinens, vita defunctus eſt. Xenophanes autem Dexino patre natus, Archelai phyſici auditor, vnum & nonaginta annos vixit. Xenocrates Platonis diſcipulus, quatuor & octoginta. Carneades nouæ Academiæ fundator, annos quinque & octoginta. Chryſippus vnum & octoginta. Diogenes autem Seleucus Tigrius, Stoicæ ſectæ philoſophus, duodenonaginta. Poſidonius Apamea Syriæ oriundus, lege autem philoſophus Rhodius, pariter & hiſtoricus, octoginta quatuor. Critolaus Peripateticus vltra duos & octoginta. Plato philoſophorum ſanctiſſimus, vnum & octoginta. Athenodorus Sandonis Tarſenſis, qui fuit Cæſaris Auguſti præceptor,

Philoſophi.

ὡς δὲ ἐώρα τοὺς ἐπὶ τῇ μάχῃ Σκριβωνίῳ ἐπιτεθειμένους, ἀποχόμενος σιτίων, ἐτελεύτησε, βιοὺς ἔτη τρία & ἐνενήκοντα. Γόαισος δὲ, ὡς φησιν Ἰσίδωρος ὁ Χαρακηνὸς (ὅτε τῆς ἑαυτῶ ἡλικίας ὁ Μάνων τῆς Ἀραβίας ἐβασίλευσε) πεντεκαίδεκα καὶ ἑκατὸν γεγονὼς ἐτῶν, ἐτελεύτησε νόσῳ. Βασιλέας μὲν οὖν τοσούτους ἱστόρησαν μακροβίους οἱ πρὸ ἡμῶν. ἐπεὶ δὲ καὶ φιλόσοφοι, καὶ πολῖται οἱ πρὸ παιδείας ἔχοντες, ὅτι μέλοι πως καὶ ὅτοι ποιούμενοι ἑαυτῶν, εἰς μακρὸν γῆρας ἦλθον, ἀναγράψω καὶ τούτων τοὺς ἱστορημένους, καὶ πρῶτον γε φιλοσόφους. Δημόκριτος μὲν ὁ Ἀβδηρίτης, ἐτῶν γεγονὼς πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν, ἀποχόμενος ἐφθὴς, ἐτελεύτα. Ξενόφιλος δὲ ὁ μουσικὸς, ὡς φησιν Ἀριστόξενος, προσῆκων τῇ Πυθαγόρου φιλοσοφίᾳ, ἔζησε πέντε καὶ ἑκατὸν ἔτη Ἀθήνησιν ἐβίωσε. Σόλων δὲ, καὶ Θαλῆς, ἢ Πιττακὸς, οἵ τινες τῶν ἑπτὰ ἐκλήθησαν σοφῶν εἷς ἕκαστος ἑκατὸν ἔτη. Ζήνων δὲ ὁ τῆς Στωϊκῆς φιλοσοφίας ἀρχηγὸς, ὀκτὼ καὶ ἐνενήκοντα· ὃν φασιν εἰσερχόμενον εἰς τὴν ἐκκλησίαν, καὶ προσπταίσαντα, ἀναφθέγξασθαι, τί με καλεῖς; ἢ ἀποστρέψαντα οἴκαδε, ἀποχόμενον ἐφθὴν, τελευτῆσαι τὸν βίον. Κλεάνθης δὲ ὁ Ζήνωνος μαθητὴς, & διάδοχος, ἔτη γεγονὼς ἐπὶ ἑβδομήκοντα & ἐνενήκοντα ἔσχε γεγονὼς ἔτη, φῦμα ἔχων ὑπὸ τῷ χείλει, ἢ ἀποκαρτερῶν, ἐπειδήπερ αὐτῷ πρὸ ἑταίρων τινῶν γράμματα, προσενεχθέντος ἐφθοῦ, & προέξας πρὸ ὧν ἠξίουν οἱ φίλοι, ἀποχόμενος αὖθις ἐφθῆς, ἐξέλιπε τὸν βίον. Ξενοφάνης δὲ ὁ Δεξίνου μὲν ἦν, Ἀρχελάου δὲ τοῦ φυσικοῦ μαθητὴς, ἐβίωσεν ἔτη ἓν & ἐνενήκοντα. Ξενοκράτης ἦν, Πλάτωνος μαθητὴς γενόμενος, τέτταρα καὶ ὀγδοήκοντα. Καρνεάδης δὲ, ὁ τῆς νεωτέρας Ἀκαδημίας ἀρχηγὸς, ἔτη πέντε καὶ ὀγδοήκοντα. Χρύσιππος, ἓν καὶ ὀγδοήκοντα. Διογένης δὲ ὁ Σελευκεὺς ἀπὸ Τίγριος, Στωϊκὸς φιλόσοφος, ὀκτὼ καὶ ὀγδοήκοντα. Ποσειδώνιος ὁ Ἀπαμεὺς τῆς Συρίας, γένει δὲ Ῥόδιος, φιλόσοφός τε ἅμα, καὶ ἱστορίας συγγραφεύς, τέτταρα & ὀγδοήκοντα. Κριτόλαος ὁ Περιπατητικὸς, ἐπὶ δυσὶ & ὀγδοήκοντα. Πλάτων δὲ ὁ ἱερώτατος, ἓν & ὀγδοήκοντα. Ἀθηνόδωρος, Σανδωνος, Ταρσεὺς, Στωϊκὸς, ὃς & διδάσκαλος ἐγένετο Καίσαρος Σεβαστοῦ θεοῦ,

ὑφ' ὧν ἡ Ταρσέων πόλις ἐς φόρων ἀνωφίλη, δύο καὶ ὀγδοήκοντα ἔτη βιούς, ἐτελεύτησεν ἐν τῇ πατρίδι. καὶ τιμᾷ ὁ Ταρσέων δῆμος αὐτῷ κατ' ἔτος ἕκαστον ἀποτέμει ὡς ἥρωϊ. Νέστωρ δὲ Στωϊκὸς ἀπὸ Ταρσοῦ, διδάσκαλος Καίσαρος Τιβερίου, ἔτη δύο καὶ ἐνενήκοντα. Ξενοφῶν δὲ ὁ Γρύλλου, ὑπὲρ τὰ ἐνενήκοντα ἐβίωσεν ἔτη. ἔστι μὲν φιλοσόφων οἱ ἔνδοξοι, συγγραφέων δέ, Κτησίβιος μέν, ἑκατὸν εἰκοσιτέσσαρων ἐτῶν ἐν τῷ περιπάτῳ ἐτελεύτησεν, ὡς Ἀπολλόδωρος ἐν τοῖς χρονικοῖς ἱστορεῖ. Ἱερώνυμος δέ, ἐν πολέμοις γεγόμενος, καὶ πολλοὺς καμάτους ὑπομείνας, καὶ τραύματα, ἔζησεν ἔτη τέσσαρα, καὶ ἑκατόν, ὡς Ἀγαθαρχίδης ἐν τῇ ἐνάτῃ τῶν περὶ τῆς Ἀσίας ἱστοριῶν λέγει, καὶ θαυμάζει γε τὸν ἄνδρα, ὡς μέχρι τῆς τελευταίας ἡμέρας ἄρτιον ὄντα ἐν ταῖς συνουσίαις, καὶ πᾶσι τοῖς αἰσθητηρίοις μηδενὸς γενόμενον τῶν πρὸς ὑγίειαν ἐλλιπῆ. Ἑλλάνικος ὁ Λέσβιος, ὀγδοήκοντα καὶ πέντε. καὶ Φερεκύδης ὁ Σύριος, ὁμοίως ὀγδοήκοντα καὶ πέντε. Τίμαιος ὁ Ταυρομενίτης, ἓξ καὶ ἐνενήκοντα. Ἀριστόβουλος δὲ ὁ Κασσανδρεύς, ὑπὲρ τὰ ἐνενήκοντα ἔτη λέγεται βεβιωκέναι· τὴν ἱστορίαν δέ, τέταρτον καὶ ὀγδοηκοστὸν ἔτος γεγονώς, ἤρξατο συγγράφειν, ὡς αὐτὸς ἐν ἀρχῇ τῆς πραγματείας λέγει. Πολύβιος δὲ ὁ Λυκόρτα, Μεγαλοπολίτης, ἀγρόθεν ἀπελθών, ἀφ' ἵππου κατέπεσε, καὶ ἐκ τούτου νοσήσας, ἀπέθανεν ἐτῶν δύο καὶ ὀγδοήκοντα. Ὑψικράτης δὲ ὁ Ἀμισηνὸς συγγραφεύς, ἀφ' ἱκανῶν μαθημάτων γεγόμενος, ἔτη δύο καὶ ἐνενήκοντα. Ῥητόρων δὲ, Γοργίας, ὃν τινες σοφιστὴν καλοῦσιν, ἔτη ἑκατὸν ὀκτώ. Ἔφης δὲ ἀποθάνοι, ἐτελεύτησεν· ὃν φασιν ἐρωτηθέντα τὴν αἰτίαν τοῦ μακροῦ γήρως, καὶ ὑγιείας ἐν πάσαις ταῖς αἰσθήσεσιν, εἰπεῖν, Διὰ τὸ μηδέποτε συμποσίοις ἡδοναῖς ταῖς ἄλλων διαχρήσασθαι. Ἰσοκράτης ἐνενήκοντα καὶ ἓξ ἐτῶν γεγονώς, τὸν πανηγυρικὸν ἔγραφε λόγον· περὶ ἔτη δὲ ἦν ἐνὸς δέοντα ἑκατὸν, γεγονώς, ὡς ἤκουσε Ἀθηναίους ὑπὸ Φιλίππου ἐν τῇ περὶ Χαιρώνειαν μάχῃ νενικημένους, ποτνιώμενος, τὸν Εὐριπίδου στίχον προσῳδήσατο, εἰς ἑαυτὸν ἁρμόττων·

Σιδωνίαν ποτ' ἄστυ Κάδμος ἐκλιπών.

cuius precibus Tarſis ciuitas vectigalibus leuata eſt, duos & octoginta annos agens mortuus eſt in patria. Huic Tarſenſis populus quotannis ſolennes honores vt heroi perſoluit. Neſtor verò Stoicus, & hic à Tarſo ortum trahens, præceptor Cæſaris Tiberij, duos & nonaginta. Xenophon Grylli filius vixit vltra nonaginta annos. Et hi celebres fuere philoſophi. Ex ſcriptoribus autem hiſtoricis Cteſibius centum & viginti quatuor annos egreſſus, inter deambulandum mortuus eſt, ſicut narrat Apollodorus in Chronicis. Hieronymus verò & in bellis verſatus, ac non paucis laboribus & vulneribus affectus, vixit ad annum quartum & centeſimum, ſicut refert Agatharchides libro nono hiſtoriæ Aſiaticæ. Ac hominem non mediocriter demiratur, quòd ad ſummum vſque vitæ diem valuerit in colloquiis, & in ſenſibus ad ſanitatem neceſſariis non defecerit. Hellanicus Leſbius octoginta quinque annos vixit. Similiter Pherecydes Syrus quinque & octoginta. Timæus Tauromenites ſex & nonaginta. Ariſtobulus Caſſandræus vltra nonaginta annos vixiſſe fertur: qui hiſtoriam ſuam quartum & octogeſimum annum agens orſus eſt conſcribere, id quod ipſe in operis ſui principio teſtatur. Polybius autem Lycorta patre genitus, Megalopolitanus, rure rediens ab equo delapſus eſt, quo caſu morbo correptus deceſſit anno ſecundo & octogeſimo. Porrò Hypſicrates Amiſenus hiſtoricus, vir in multis diſciplinis verſatus, annos duos & nonaginta vixit. Cæterùm è Rhetoribus Gorgias, quem quidam Sophiſtam vocant, annum agens octauum & centeſimum, inedia vitam finiuit. Hunc interrogatum cauſſam tam longæ ſenectutis, & valetudinis in omnibus ſenſibus vigentis, reſpondiſſe aiunt, quòd aliorum conuiuia non ſit ſectatus. Iſocrates ſex & nonaginta annos natus ſermonem ſcripſit Panegyricum. Iam verò ingreſſus annum nonageſimum nonum, cùm accepiſſet, Athenienſes in pugna apud Chæroneam commiſſa à Philippo eſſe ſuperatos, quiritando Euripideum verſiculum recitauit, ad ſeipſum referens:

Sidonis vrbis alta quondam mœnia
Cadmus relinquens.

Quibus cùm adieciſſet, fore vt Græcia in ſeruitutem prolaberetur, è vita deceſſit. Apollodorus autem rhetor Pergamenus, Cæſaris Auguſti in diuos relati præceptor, quem vnà cum Athenodoro Tarſenſi bonis diſciplinis imbuit, totidem quot Athenodorus annos, nempe duos & octoginta, vixit. Potamon rhetor non incelebris, annos nonaginta. Sophocles poëta Tragicus deuorato vuæ acino ſtrangulatus eſt, cùm egiſſet annos quinque & nonaginta. Hic à filio Iophonte ſub finem vitæ in ius vocatus, & deſipientiæ accuſatus, recitauit Iudicibus Oedipum Colonæum, planum faciens ea fabula, quòd ſanæ mentis compos eſſet. Qua audita, Iudices ingenium eius admirati ſunt, ac filium inſaniæ damnauerunt. Cratinus autē poëta Comicus, ſeptem ſupra nonaginta annos vixit, atque ſub finem vitæ cùm docuiſſet fabulam Pitynen, eáque victor euaſiſſet, haud ita multo pòſt eſt mortuus. Non diſſimiliter quoque Philemon Comicus ſeptimum & nonageſimum annum agēs decūbebat in lectulo quieſcens: qui cùm vidiſſet aſinum ficus ſibi præparatas deuorantem, prolapſus in cachinnos, & accerſito famulo, multo & vehementi cum riſu præcepit, aſino merum ad ſorbendum dari, atque ità riſu ſuffocatus obiit. Epicharmus autem & ipſe poëta Comicus, ſeptem & nonaginta annos vixiſſe dicitur. Porrò Anacreon poëta Lyricus vixit annos quinque & octoginta. Et Steſichorus poëta Lyricus totidem. Simonides Cius ſupra nonaginta. Sedenim ex Grammaticis Eratoſthenes Cyrenæus Aglai filius, quem non Grammaticum ſolùm, ſed etiam poëtam meritò quis vocarit, & philoſophum & geometram, duos & octoginta annos vixit. Quin etiam Lycurgus Lacedæmoniorum legum conditor, quinque & octoginta annos vixiſſe dicitur. Tot impræſentiarum Reges & eruditos homines colligere potui. Quia verò pollicitus ſum & Romanorum quoſdam longæuos, & Italos, qui ad ſummam ſenectutem peruenerunt, perſcribere: eos tibi Diis volentibus, præſtantiſſime Quintille, in altero libro manifeſtabimus.

καὶ ἐπιπτὼν ὡς δουλεύσοι ἡ Ἑλλάς, ἐξέλιπε τὸν βίον. Ἀπολλόδωρος δὲ ὁ Περγαμηνὸς ῥήτωρ, θεοῦ Καίσαρος Σεβαστοῦ διδάσκαλος γενόμενος, καὶ σὺν Ἀθηνοδώρῳ τῷ Ταρσεῖ φιλοσόφῳ παιδεύσας αὐτὸν, ἔζησε τοσαῦτα τῷ Ἀθηνοδώρῳ, ἔτη ὀγδοήκοντα δύο. Ποτάμων δὲ, οὐκ ἄδοξος ῥήτωρ, ἔτη ἐνενήκοντα. Σοφοκλῆς ὁ τραγῳδοποιὸς, ῥᾶγα σταφυλῆς καταπιὼν, ἀπεπνίγη, πέντε καὶ ἐνενήκοντα ζήσας ἔτη. οὗτος ὑπὸ Ἰοφῶντος τοῦ υἱέος ὀπὶ τέλει τοῦ βίου παραφροσύνης κρινόμενος, ἀνέγνω τοῖς δικασταῖς Οἰδίποδα τὸν ἐπὶ Κολωνῷ, ὑποδεικνύμενος, ὅτι ἔμφρων ὁ δρᾶμα τοῦτο ποιήσας, ὅπως τὸν νοῦν ὑγιαίνειν ἐπείσθησαν οἱ δικασταὶ, τὸν μὲν ὑπεραγασθῆναι, καταψηφίσασθαι δὲ τοῦ υἱοῦ μανίας. Κρατῖνος δὲ ὁ τῆς κωμῳδίας ποιητὴς, ἑπτὰ μὲν καὶ ὑπὲρ τοὺς ἐνενήκοντα ἔτεσιν ἐβίωσε, καὶ μέχρι τέλους τοῦ βίου διδάξας τὸν Πυτίνην, καὶ νικήσας, μετ' ὀλίγον ἐτελεύτα. καὶ Φιλήμων δὲ ὁ κωμικὸς, ὁμοίως τῷ Κρατίνῳ, ἑπτὰ καὶ ἐνενήκοντα ἔτη βιούς, κατέκειτο μὲν ὀπὶ κλίνης ἡρεμῶν, θεασάμενος δὲ ὄνον τὰ παρασκευασθέντα αὐτῷ σύκα καταθέοντα, ὥρμησε μὲν εἰς γέλωτα, καλέσας δὲ τὸν οἰκέτην, καὶ σὺν πολλῷ καὶ ἀθεῷ γέλωτι εἰπὼν προσδοῦναι τῷ ὄνῳ ἀκράτου ῥοφῆν, ἀποπνιγεὶς ὑπὸ τοῦ γέλωτος, ἀπέθανε. καὶ Ἐπίχαρμος δὲ ὁ τῆς κωμῳδίας ποιητὴς, καὶ αὐτὸς ἐνενήκοντα καὶ ἑπτὰ ἔτη λέγεται βιῶναι. Ἀνακρέων δὲ ὁ τῶν μελῶν ποιητὴς, ἔζησεν ἔτη πέντε καὶ ὀγδοήκοντα. καὶ Στησίχορος ὁ μελοποιὸς, τοσαῦτα. Σιμωνίδης δὲ ὁ Κῷος, ὑπὲρ τὰ ἐνενήκοντα. Γραμματικῶν δὲ, Ἐρατοσθένης μὲν ὁ Ἀγλαοῦ Κυρηναῖος, οὐ μόνον γραμματικὸν, ἀλλὰ καὶ ποιητὴν αὖ τινες ὀνομάσαι, καὶ φιλόσοφον, καὶ γεωμέτρην, δύο καὶ ὀγδοήκοντα οὗτος ἔζησεν ἔτη. καὶ Λυκοῦργος δὲ ὁ νομοθέτης τῶν Λακεδαιμονίων, πέντε καὶ ὀγδοήκοντα ἔτη ζῆσαι ἱστορῆται. Τοσούτους ἐδυνήθημεν βασιλέας, καὶ παιδοτρίβους, ἀθροῖσαι· ἐπεὶ δὲ ὑπεσχόμεθα καὶ Ῥωμαίων τινὰς, καὶ τῶν τὸ Ἰταλίαν οἰκησάντων μακροβίων αἰτιολογήσαι, τούτους σοι, θεῶν ἑκόντων, ἱερώτατε Κυϊντίλλε, ἐν ἄλλῳ δηλώσομεν λόγῳ.

ΠΑΤΡΙΔΟΣ ΕΓΚΩΜΙΟΝ.

PATRIÆ ENCOMIVM.

Vincentio Obſopœo interprete.

ARGVMENTVM.

Argumentum & genus orationis ipſe titulus exponit. Eſt autem propoſitio & ſumma negotij, patriam omnium rerum eſſe digniſsimam & venerabiliſsimam, vt quam & homines & dij reliquis rebus omnibus anteponant. Argumenta pleraque à ſignis & conſequentibus ſumuntur. Oſtendit enim, quæcunque homines faciunt, ea ad patriæ vel ornamentum vel defenſionem comparare, & quantumuis humili aut ſterili ſolo aliquis natus ſit, nihilominus patriam ſuam ſplendidiſsimis ciuitatibus ac regnis anteponere: quemadmodum parentum quoque & liberorum inter ſe affectus eiuſmodi eſt, vt qualeſcunque ipſi ſint, tamen ſuos omnibus aliis plus ament & colant. Proinde & legiſlatores cùm grauiſsimè punire homines vellent, patriæ priuationem atque exilium, tanquam acerbiſsimam pœnam, inſtituiſſe.

ΟΤΙ μὲν οὖν γλύκιον ἧς Α πατρίδος φθάνει πᾶσι διεθρυλλημένον. ἀρ' οὖν ἥδιον μὲν οὖν, σεμνότερον δέ τι, καὶ πρότερον ἄλλο; καὶ μὴν ὅσα σεμνὰ καὶ θεῖα νομίζουσιν αἱ ἄνθρωποι, τούτων πατρὶς αἰτία, καὶ διδάσκαλος, ἥντινα μέν, καὶ αἰδεσθῆναι μέν, καὶ παιδοῦσαι μέν. πόλεων μὲν οὖν μεγέθη, καὶ λαμπρότητας, καὶ πολυτελείας καὶ κατασκευὰς, θαυμάζουσι πολλοὶ, πατρίδας δὲ ἔργοισι πάντες· καὶ πανταχοῦ τῆς οἰκείας ἄξιον πατρίδα τῷ καὶ πάνυ κεκοσμημένων εἶναι τὴν θέαν ἡδονῆς, ὡς εἶναι τῆς εὐφροσύνης τῷ πρὸ ἄλλων θαυμάτων λαθέσθαι ποιήσασθαι τὴς πατρίδος. ὅστις μὲν οὖν σεμνύσεται πολίτης ὢν εὐδαίμονος πόλεως, ἀγνοῶν μοι δοκεῖ τινα χρὴ τιμὴν ἀποδιδόναι τῇ πατρίδι· καὶ ὁ τοιοῦτος, δῆλός ἐστιν ἀβούλητος αὖ, εἰ μετριωτέρας ἔλαχε τῆς πατρίδος. ἐμοὶ δὲ ἥδιον αὐτὸ τιμᾶν ὅ τ' πατρίδος ὄνομα. πόλις μὲν γὰρ θαυμαζεῖν πειρωμένῳ, τοσοῦτον μέγεθος ἐξεπίζειν, καὶ κάλλος, καὶ πλῆθος ἀνίκητον ἀφθονίαν. ὅπου δ' αἵρεσίς ἐστι πόλεων, σοφοῖς δὴ ἔλοιτο τὰ λαμπρότερα, ἐάσας τὴν πατρίδα, ἀλλ' ὄψαιτο μὲν οὖν εἰ καὶ πλὴν πατρίδα ταῖς εὐδαίμοσι θαυμάζειν πλοῦτον, ἔλοιτο δ' ἂν πλὴν ὁποιανοῦν.

ΙAM olim vulgi ſermone detritum eſt, nihil eſſe patria dulcius, proinde neque iucundius quicquam. Eſt verò hac aliquid venerabilius aut diuinius? Siquidem quæcunque diuina, quæcunque veneratione digna homines eſſe exiſtimant, horum cauſſa atque magiſtra eſt patria, quæ nos genuit, aluit atque inſtituit. Enimvero vrbiũ magnitudinem atque ſplendorem, ſumptuoſos præterea variorum inſtrumentorũ apparatus admirantur multi, patriam verò pio amoris affectu proſequuntur omnes: neque quiſquam quamlibet potens, ita deceptus eſt alienarum rerum amœno & voluptuoſo ſpectaculo, vt propter immodicam apud alios rerum cùm viſendarum tum admirandarum excellentiam, obliuiſcatur patriæ. Itaque quicunque felicis & ſplendidę ciuitatis ſe ciuem eſſe iactat, ignorare mihi videtur quam gloriam aut honorem patriæ tribuere oporteat. Neque occultè fert talis, ſe dolore affectum iri, ſi mediocrem patriam ſortitus eſſet. Mihi verò iucundum eſt, ipſum nomen patriæ reuerenter atque religiosè colere. Etenim ei qui ciuitates inter ſe collaturus eſt, peropus eſſe video, ſingularum amplitudinem accuratè expendere, earundémque elegantiam obſeruare, neque non commerciorum ac rerum venalium copiam conſiderare. Cæterùm vbi de vrbium electione agitur, nemo vtique poſthabita patria ſplendidiorem electurus eſt, verùm in optatis habebit, patriam quoque ſuam quàm maximè conformem eſſe vrbibus copioſis & felicibus: ipſam tamen, qualiſcunque tãdem fuerit, delectu habito cæteris haud dubiè præpoſiturus eſt.

Isthuc verò ipsum liberi quoque faciunt probi & legitimi, neque non patres, qui quidē fuerint nō mali. Neque enim spectatæ honestatis & probitatis adolescens, alium patri suo honoribus præferet: neq; pater neglecto filio alium paterno affectu iuuenem complexurus est. At qui his inferiores sunt patres, tantum tamen filiis ex se genitis non grauatim tribuunt, vt sint & vita honestissimi, & dignitate amplissimi, appareántque omnibus sua opera quàm optimè educati atque exornati. Porrò qui tali erga filium suum non vtitur iudicio, ille patris oculos habere mihi videtur minimè. Proinde nomen patriæ primum est, & omnium familiarissimum. Etenim nihil est quod patre nobis sit familiarius. Si quis verò iustum habebit honorem patri, quemadmodum & lex & natura imperat, ille patriæ quoque conuenienter præcipuum honorē habiturus est. Siquidē ipse etiam pater peculiaris est patriæ possessio; ac patris pater, tū omnes qui ex illis numerosa retro serie generis domestici prognati sūt. Et ad deos vsque paternos patrium nomē protenditur. Gaudent verò ipsi quoque Dij solo natalitio, ac vniuersas res humanas, vt par est, intuentur, suam possessionem esse existimātes totum terrarum orbem, atque omnem Oceanum. In qua tamen quisque illorum terra natus est, hanc omnibus cæteris vrbibus quamuis florentioribus honore anteponere nō dubitat. Quin etiam ciuitates quæ Deorū feruntur esse patriæ, cæteris sunt venerabiliores, & insulæ præcipuo loci genio diuiniores, apud quas Deorum natiuitates & incunabula laudibus extolluntur. Itaque sacra quoq; illa superis gratiora esse existimantur, quæ quisque ad domesticos delatus locos offert atque sacrificat. Iā si patriæ nomen tanto in pretio apud Deos habetur, cur non iure optimo longè maiori in existimatione foret apud homines? Siquidem quisque nostrûm in patria primùm iucundū illud solis lumen intuitus est non secus atque Deum, qui tametsi omnibus gentibus cōmunis est, vnicuique tamē patrius esse existimatur, propterea quòd sub vitæ initiū ab illo loco primùm auream illam solis lampadem conspexerit. Accedit his quòd & vocem quisque suam in patria auspicatus est, primùm suæ gentis vernacula lingua amabili balbutie sonare perdiscens, Deósque cognouit. Porrò si quis talem sortitus est patriam, quæ ad res maiores perdiscēdas alterius egeat adminiculo, talium tamen disciplinarum gratiam acceptam feret patriæ. Neq; enim vrbis nomen cognouisset vnquā, nisi patriæ beneficio & opera vrbes esse cognouisset.

A ὃ δ᾽ αὐτὸ τοῦτο καὶ οἱ δίκαιοι τῶν παίδων προέπονται, καὶ οἱ χρηστοὶ τῶν πατέρων. οὔτε γὰρ νέος καλὸς, καὶ ἀγαθὸς, ἄλλον ἂν προτιμήσαι τοῦ παιδὸς, οὔτε πατὴρ καταμελήσας τοῦ παιδὸς, ἕτερον ἂν σπάσαι νέον, ἀλλὰ ποσοῦτόν γε οἱ πατέρες νικῶμενοι, προσνέμουσι τοῖς παισὶν, ὥστε καὶ κάλλιστοι, καὶ μέγιστοι, καὶ τοῖς πᾶσιν ἄριστα φαίνονται κεκοσμημένοι οἱ παῖδες αὐτοῖς. ἔστι γὰρ μὴ ἰδιώτης ὅστις δικαστὴς πρὸς τὸν υἱὸν, ἃ δοκεῖ μοι παντὸς ὀφθαλμοῦ ἔχειν. πατρίδος τοίνυν τὸ ὄνομα, πρῶτον, καὶ οἰκειότατον πάντων· ἔστιν γὰρ οὐδὲν, ἢ τοῦ παντὸς
B οἰκειότερον. εἰ δέ τις ἀποτίμοι τῷ πατρὶ τὴν δικαίαν τιμὴν, ὥσπερ καὶ ὁ νόμος, καὶ ἡ Φύσις κελεύει, πρεσβεύοντος ἂν τὴν πατρίδα προτιμήσαι. ἔστι γὰρ ὁ πατὴρ αὐτὸς, τῆς πατρίδος κτῆμα, καὶ ὁ τοῦ παντὸς πατὴρ, καὶ οἱ ἐκ τούτων οἰκεῖοι πάντες αἰωτέρω, καὶ μέχρι θεῶν πατρῴων προέσιν ἀναβιβαζόμενον τὸ ὄνομα. χαίρουσι καὶ θεοὶ πατρῷοι, καὶ πάντα μᾶλλον, ὡς εἰκὸς, φέρουσι τὰ τῶν ἀνθρώπων, αὐτῶν ἡγούμενοι κτήματα, πᾶσαν γῆν, καὶ θάλασσαν. ἐφ᾽ ἧς ἕκαστος αὐτῶν ἔλαχε, προτι-
C μᾶ τῶν ἄλλων ἁπασῶν πόλεων. αἱ πόλεις σεμνότεραι θεῶν πατρίδες, καὶ νῆσοι θειότεραι, ἃς ὑμνήσαν λόγοις θεῶν. ἱερὰ γοῦν κεχαρισμένα ταῦτα νομίζεται τοῖς θεοῖς, ἐπειδὰν εἰς τοὺς οἰκείους ἕκαστος ἀφικόμενος ἱερουργῇ τόπους. εἰ δὲ θεοῖς τίμιον ὃ τῆς πατρίδος ὄνομα, πῶς οὐκ ἀνθρώποις πολύ τι μᾶλλον; καὶ γὰρ εἶδε τὸν ἥλιον πρῶτον ἕκαστος ἀπὸ τῆς πατρίδος· ὡς καὶ τοῦτον τὸν θεὸν, εἰ καὶ κοινός ἐστιν, ἀλλ᾽ οὖν ἑκάστῳ νομίζεσθαι πατρῷον, ἀπὸ τινὸ πρώτου ἀπὸ τοῦ τόπου θέας, καὶ φω-
D νῆς ἐνταῦθα ἤρξατο, ὑπηχεῖα πρῶτα λαλεῖν μανθάνων, καὶ θεὸς ἐγνώσιον. εἰ δέ τις τοιαύτης ἔλαχε πατρίδος, ὡς ἑτέρας δεηθῆναι πρός τινὸς τῶν μειζόνων παιδείας, ἀλλ᾽ οὖν ἐχέτω καὶ ταύτων τῶν παιδευμάτων τὴν πατρίδα τινὸ χάριν· ἀπ᾽ γὰρ αὐ ἐγνώσιον ταύτην πόλεως ὄνομα, μὴ ἀπὸ τῆς πατρίδος, πόλιν εἶ μαθών.

πάντα δὲ, οἶμαι, παιδεύματα, καὶ μαθήματα συλλέγουσιν αἱ θεσποὶ, χρησιμωτέρους αὐτοὺς ἀπὸ τούτων ταῖς πατρίσι προσαρμόζοντες. κτῶνται δὲ καὶ χρήματα, φιλοτιμίας ἕνεκεν τῆς εἰς τὰ κοινὰ τῆς πατρίδος δαπανήματα. καὶ εἰκότως, οἶμαι· δεῖ γὰρ οὐκ ἀχαρίστους εἶναι τοὺς τῶν μεγίστων τυχόντας εὐεργεσιῶν. ἀλλ' εἴ τις καθ' ἕνα τις ἀπονέμοι χάριν, ὡς ἐφ' ὅτι δίκαιον, ἐπειδὰν δὲ πάθη τοιός τινος, πολὺ μᾶλλον προσήκει τὴν πατρίδα τοῖς καθήκουσιν ἀμείβεσθαι. κακώσεως μὲν γὰρ γονέων εἰσὶ νόμοι προσκείμενοι τοῖς πόλεσι. κοινὴν δὲ προσήκει πάντων μητέρα τὴν πατρίδα νομίζειν, καὶ χρεισθεῖσα ἐφ' ὧν ἀποδιδόναι, καὶ τῆς τῶν νόμων αὐτῶν γνώσεως. ὥφθη δὲ τοῖς οὕτως ἀμνήμων τῆς πατρίδος, ὡς ἐν ἄλλῃ πόλει χρώμενος, ἀμελῶν. ἀλλ' οἵ τε κακοπραγοῦντες ἐν ταῖς ἀποδημίαις, συνεχῶς αἰσχύνονται ὡς μείζονος τῆς ἀγαθῶν ἡ πατρίς· οἵ τε εὐδαιμονοῦντες, εἰ καὶ τἄλλα δὲ προθήσουσι. τοῦτο γοῦν αὐτοῖς μέγιστον εὐδεῖν νομίζουσι, τὸ μὴ τὴν πατρίδα οἰκεῖν, ἀλλὰ ξενιτεύειν. ὁπόθος γὰρ τὸ τῆς ξενιτείας καὶ τοὺς κατ' τὸν τῆς ἀποδημίας χρόνον λαμπροτέρους χρωμένους, ἢ ἀφ' χρημάτων κτήσιν, ἢ ἀφ' τιμῆς δόξαν, ἢ ἀφ' παιδείας μαρτυρίαν, ἢ δι' ἀνδρίας ἔπαινον, ἔστιν ἰδεῖν ἐς τὴν πατρίδα πολίτας ἐπιχωρίους, ὡς οὐκ ἂν ἐν ἄλλοις βελτίοσιν ὑποδεξομένους τὰ αὐτῶν καλά. καὶ τοσούτῳ γε μᾶλλον ἕκαστος σπεύδει λαβέσθαι τῆς πατρίδος, ὅσῳπερ δὴ φαίνεται μείζονας πρὸ ἄλλων ἠξιωμένος. πολίταις μὲν οὖν καὶ νέοις πατρίς. τοῖς δὲ ἤδη γεγηραικόσιν, ὅσῳ πλέον τὸ φερτὸν ἢ τοῖς νέοις μέτεστι, τοσούτῳ καὶ πλείων ἐγγίνεται πόθος ὁ τῆς πατρίδος. ἕκαστος γοῦν τῶν γεγηραικότων, καὶ σπεύδει καὶ εὔχεται καταλῦσαι τὸν βίον ὑπὲ τῆς πατρίδος, ἵν' ὅθεν ἤρξατο βιοῦν, ἐνταῦθα πάλιν καὶ τὸ σῶμα προσκατάθηται τῇ θρεψαμένῃ γῇ, καὶ τῶν πατρώων κοινωνὸν ταφῶν. δίκαιον γὰρ

A In ea verò opinione ſum, vt putem ab hominibus tantùm in hoc ſibi parari omnium artium ac diſciplinarum cognitionem, ne patriæ indecores, ſed ſeipſos huic vtiliores informent. Inſuper opes etiam poſſidentur liberalitatis exercendæ gratia, vt communibus impenſis patriæ inopiam ſubleuemus. Conſentaneum enim eſſe opinor, ne, cùm maximis beneficiis affecti ſimus, parum grati eſſe reperiamur. Sed ſi eſt qui vni officiosè refert gratias, quemadmodum æquum eſt, poſteaquam beneficia nõ mediocria ab illo acceperit: multo magis conuenit quàm cumulatiſſimè paria re-
B ferre patriæ. Etenim ſuper parentum ærumnoſa afflictione in ciuitatibus leges ſunt conditæ. Æquum verò eſt communem omnium matrem patriam eſſe exiſtimare, huícque pro nutricandi officiis ipſarum legum decreto iubente quàm ampliſſimas gratias reponere. Cæterùm vſqueadeo patriæ negligens & immemor conſpectus eſt nemo, vt in alia Republ. ætatem degens, omnem curam colendæ patriæ depoſuiſſet. At etiam qui peregre multis iactari difficultatibus calamitosè agunt, crebrò teſtantur rerum opti-
C marum omnium præſtantiſſimam eſſe patriam: tum etiam egregiè felices, quanquam in cæteris omnibus per omnia bene & beatè vitam exigant, tamen in hoc egentiſſimos ſe eſſe opinantur, quòd patriæ fines non incolant, ſed extorres & peregre agant: quippe peregrinationis probrum nõ mediocriter eos diſcruciat. Videmus quoque eos qui per tempus quod peregrè agendo inſumpſerunt, nonnihil ſplendoris & gloriæ ſibi adiunxerunt, aut paratis diuitiarum poſſeſſionibus, aut dignitate & honoribus, aut celebri diſciplinarum atque ingenij teſtimonio, aut laude virtutis, omnes certatim ad patriam terram properare, quaſi nequaquam apud alios meliores ſua ipſorum bona eſſent cum aliqua laude oſtenſuri. Ac tanto quiſque maiori
D ſtudio patriam comprehendere approperat, quanto rebus maioribus dignus apud exteros habitus eſt. Proinde iuuenibus quoque deſiderabilis & amabilis iuxtà eſt patria. Porrò autem homines iam ætate ac ſenio confecti, quanto maiori quàm iuuenes prudentia exculti ſunt, tanto vehementiori patriæ dulcedine ac deſiderio trahuntur. Quare vnuſquiſque è ſenum numero & feſtinat & in votis habet maximè in ſolo natalitio vitã cum morte cõmutatam relinquere, vt quò loci vitam auſpicatus eſt, eodem iterũ & corpus terræ altrici humandum reponat, ac patriæ ſepulturæ participem ſe fore cognoſcat. Etenim

graue & acerbum vnicuique esse videtur, peregre agentem se deprehendi, ac demum post mortem in aliena terra reconditum cinescere. Cæterùm quanta erga patriam sit verè germanis ac genuinis ciuibus charitas, non certiùs aut faciliùs quàm ex indigenis perdiscitur. Siquidem peregrini & aduenæ, non secus atque nothi aut spurij, paruo in discrimine ponunt exilia, quippe quibus patriæ nomen prorsus ignotum est, neque vllo animi beneuoli argumento prosequuntur, existimantes nusquam non rerum necessariarum copiam sibi haud difficulter suppeditari, modum felicitatis in ventris ac gulæ fœdis & beluinis voluptatibus situ habentes. Veruntamen quibus mater est patria, terram illam singulari amore prosequuntur, in qua in lucem editi, in qua nutriti sunt. Quanquam modicam habeant, quanquam asperam & sterilem, quanquam vlde terræ virtutem collaudent, non habuerint, attamen quo patria encomio potissimùm celebranda sit, nequaquam animo perplexi hæsitabunt. Verùm tametsi non ignorauerint alios suam iactasse patriam superbiùs ob agrorum fœcunditatem, ac pratorum viridantium plantas omniiugas: neque ipsi tamen patrii soli laudis obliuiscuntur: quam equis alendis aptam sufficientes, numerosa quoque ac robusta pube fœcundam collaudant. Ad hæc maturat etiam reditum in patriam aliquis qui insularis fuerit, tametsi apud alios bellè & feliciter viuere possit: oblatámque immortalitatem respuet, patriæ sepulcrum perpetuitati præferens. Et vel patriæ fumus alieno igne ipsi luculentior esse videbitur. Vsqueadeo verò in vniuersum res omnes quamlibet pretiosas excellit patria, vt legum quoque conditores passim quisque videat maximis puniendis sceleribus exilium pœnam constituisse, tanquam grauissimum & acerbissimum supplicium. Neque verò solùm legislatorum consuetudo sic se habet, eorum verò qui cum imperio exercitibus præsunt, aliter: neque enim maiore ac vehementiore exhortatione in pugnis militum perturbati accenduntur & inflammantur animi, quàm si pro tuenda patria se præliari cognouerint: nec ferè vllus est qui his auditis ignauus esse sustineat. Et enim strenuum & audacem ex meticuloso quoque facit nomen patriæ.

Alludit ad Palladu verba Odyssea 1. de Vlysse. & Ilium lib 9.

A ἑκάστῳ δοκεῖ ξενίας ἁλίσκεσθαι, καὶ μὴ θανεῖν ἐν ἀλλοτρίᾳ κειμένῳ γῇ. ὅσον δὲ τῆς εὐνοίας τῆς πρὸς τὰς πατρίδας μέτεστι τοῖς ὡς ἀληθῶς γνησίοις πολίταις, μάθοι τις ἂν ἐκ τῶν ἀνθρώπων. οἱ μὲν γὰρ ἐπήλυδες, καθάπερ νόθοι, ῥᾳδίας ποιοῦνται τὰς μετοικήσεις, ὧν μηδὲ τῆς πατρίδος ὄνομα μήτε εἰδότες, μήτε φέροντες· ἠγνόηνται δ' ἀπόμπαχ τῶν ἐπιτηδείων ἀπορήσῃ, μέτριον εὐδαιμονίας τὰς τῆς γαστρὸς ἡδονὰς πεπλημμυροι. οἷς δ' καὶ μήτηρ ἡ πατρὶς, ἀγαπῶσι τὴν γῆν, ἐφ' ἧς ἐλήφθησαν, καὶ ἐτράφησαν, κἂν ὀλίγην ἔχωσι, B καὶ πρᾶξιν, καὶ λεπτόγεων καὶ ἄπορον τῆς γῆς ἐπαινέσαι τὴν ἀρετὴν, τῷ γε ὄντι τῆς πατρίδος οὐκ ἀπορήσουσιν ἐλκωμίων, ἀλλὰ κἂν ἴδωσιν ἐτέρους στεμνωμένους, πεδίοις εὐφόροις, καὶ λειμῶσι φυτοῖς πεπυσδακτοῖς διαλημμένους, καὶ αὐτοὶ τῆς τῆς πατρίδος ἐλκωμίων οὐκ ἐπιλανθάνονται· τὴν δὲ ἱππόβοτον χαροποῦντες, καὶ κουροτρόφον ἐπαινοῦσι. καὶ αὐτόθι τις ἐς τὴν πατρίδα, κἂν ποιώτης ᾖ· κἂν πρὸς ἄλλοις εὐδαιμονῇ δοκῶν, καὶ διδομένην ἀθανασίαν οὐ C προήσεται, προτιμῶν τὸν ὑπὲρ τῆς πατρίδος πόνον· καὶ, ὁ τῆς πατρίδος αὐτῷ καπνὸς, λαμπρότερος ὀφθήσεται τοῦ πρὸ ἄλλοις πυρός. οὕτω δὲ ἄρα τίμιον ἐστὶ δοκεῖ πᾶσιν ἡ πατρίς· ὥστε καὶ τοὺς πολυπαθεῖς νομοθέτας ἰδοι τις ἂν ὑπὲρ τῆς μεγίστοις ἀδικήμασιν ὡς χαλεπωτάτην ὑπεβεβληκότας τὴν φυγὴν, τιμωρίαν. καὶ οὐκ οἱ νομοθέται μόνον οὕτως ἔχουσιν, οἱ δὲ πιστευόμενοι τὰς στρατηγίας, ἕτερως, ἀλλ' ἐν ταῖς μάχαις ὃ μέγιστόν ἐστι τῶν παρηγορημάτων τοῖς κινδυνεύουσιν, ὡς D ὑπὲρ πατρίδος αὐτοῖς ὁ πόλεμος. καὶ οὐδεὶς ὅστις ἂν ἀκούσας τοῦτο, κακὸς εἶναι θέλοι· ποιεῖ γὰρ καὶ τὸν δειλὸν, ἀνδρεῖον, ὃ τῆς πατρίδος ὄνομα.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΔΙΨΑΔΩΝ.

DE DIPSADIBVS.

Vincentio Obſopœo interprete.

ARGVMENTVM.

Prefatio quedam eſt, cuiuſmodi & ſuperiores nonnulle ſunt, qua ſtudium ſuum erga auditores, ſiue quicunque illi tandem fuere quibuſcum verſatus tum fuit, collatione iſta cum Dipſadibus facta, declarat. Vt enim eos qui ab hoc genere ſerpentis percuſſi ſunt, inexplebilis quedam ſitis inuadit, ita vt quo ſunt plus potæ, plus ſitiantur aquæ, vt ille ait: ita ſe quoque deſiderio quodam inſatiabili teneri ait, & quo frequentiùs apud illos ſit, eo magis ac magis eſſe cupere. Porrò quod ad Dipſadis morſum, & ſitim iſtam lethalem attinet, habes conſimilem fermè deſcriptionem, eque exemplum Auli cuiuſdam ſigniferi in exercitu Catonis, qui eodem modo periit, vt ille de quo epigramma preſentis narrationis teſtatur, apud Lucanum libro nono, vbi & cæterorum ſerpentium genera, de quibus hic mentio fit, enumerantur, addita etiam fabula cur Libya ſerpentibus ita abundet atque infeſta ſit.

Τῆς Λιβύης τὰ νότια, ψάμμος ὀξὶ βαθεῖα, καὶ γῆ διαπεπαυμένη, ἔρημος ὅτι πολύ, ἀκριβῶς ἄκαρπος, πᾶσα ἀπασα, οὐ χλόη, οὐ πόα, οὐ φυτὸν, οὐχ ὕδωρ ἔχουσα, ἢ εἴπου ἄρα ἐν κοίλοις σπανιχνὸς ὑετῦ ὀλίγου λείψανον, παχὺ καὶ τοῦτο, καὶ δυσῶδες, σχεδὸν πάντη διψώντι αὐθαίρετον πότιμον. ἀοίκητος γοῦν ὀξὶ διὰ ταῦτα. ἢ πῶς γὰρ ἂν οἰκοῖτο; αἰθήμενος οὕτω, καὶ ξηρὰ, καὶ ἄφορος οὖσα, καὶ πολλῷ τῷ αὐχμῷ περιῳδήκη, καὶ ὁ ἥλιος αὐτὸ, καὶ ὁ ἀὴρ, κομιδῇ πυρώδης, καὶ φλογερὸς ὤν; καὶ ἡ ψάμμος ὑπερζέουσα, πάντελῶς ἄβατον τῷ χώρῳ ἠθησι. Γαράμαντες μὲν οἱ πλησιόχωροι ὄντες, βύσταλές τι καὶ καῦφον ἔθνος, αὐθαίρετοι σκηνίται, ἀπὸ θήρας τὰ πολλὰ ζῶντες, ἐνίοτε θοὶ ἐφαλμοῖσι, θηρεύοντες ἀμφὶ ἕωθινὰς τὰς ἡμερινὰς, μάλιστα ὕσσωπα τὸν χειμῶνα τηρήσαντες, ὁπότε ὁ πολὺ τοῦ καύματος σβεσθείη, καὶ ἡ ψάμμος νοτισθείη, καὶ ἀμηχέπη βατὴ γένοιτο. ἡ θήρα δὲ ὅτι, ὄνων τε τῶν ἀγρίων, καὶ στρουθῶν τῶν μεγάλων χαμαιπετῶν, καὶ πιθήκων μάλιστα, καὶ ἐλεφάντων ἐνίοτε. Ταῦτα γὰρ μόνα διαρκεῖ πρὸς τὸ δίψος, καὶ διέχεται ὅτι πολὺ παλαιπωρούμενα ὑπὸ πολλῷ καὶ ἐξ τοῦ ἡλίου.

A

B

C

EA pars Libyæ quæ ad auſtrum tendit, arena eſt profunda, & terra exuſta ſolis ardoribus, deſerta vt plurimùm, frugibus in totum infœcũda, campeſtris vniuerſa, non gramen, nõ fœnum, non plantam vllam nec aquã habens, niſi ſicubi in terrę concauitatibus cõſtiterint imbris & pluuiarum reliquiæ, quæ tamen & ipſæ dẽſæ ſunt, & mali odoris & homini ſitibũdo minimè potabiles. Has igitur ob cauſſas inhabitabilis eſt. Aut quo pacto tãdem inhabitari poſſit locus ita durus & implacidus, tum etiam aridus, ac frugibus arboribúſque iuxtà infœcũdus, quique tam moleſtis feruoribus ſit ſubiectus, cùm ipſe quoq; calor & aër nimiùm ardens ſit, & igneus? Prętereà ipſa arena magnopere feruens regionem prorſus facit inuiam & inacceſſibilẽ. Soli verò Garamantes iis locis finitimi, gens leuis atque frugalis, vitam degentes in tentoriis, venationibus vt plurimùm viuentes, nonnunquam irrumpunt venantes iuxta ſolſtitium hybernum, ſidere maximè pluuioſo obſeruato, quando videlicet maior ardoris pars deferbuit & extincta eſt, & arena aſſiduis imbribus madefacta, & aliquo modo peruia reddita eſt. Venantur autem onagros, & magnos ſtruthiones humi volantes, cùm primis verò ſimias, aliquando etiam elephantos. Hæc enim animantia ſola aduerſus ſitim perdurant, tum magnopere ſufferre poſſunt immodici & feruentis ſolis moleſtias.

ΝΥΝ μὲ ἀποκλείεις ὦ Μυρτάλη; νῦν, ὅτε πένης ἐλήλυθα δι' σέ; ὅτε δέ σοι τὰ τοσαῦτα ἐκόμιζον, ἐρώμενος, ἀνήρ, δεσπότης, πάντ' ἦν ἐγώ. ἐπεὶ δ' ἐγὼ μὲν αὖος ἤδη ἀκριβῶς, σὺ δὲ τὸν Βιθυνὸν ἔμπορον εὕρηκας ἐραστὴν, ἀποκλείομαι μὲν ἐγὼ, καὶ πρὸ τῆς θύρας ἕστηκα δακρύων, ὁ δὲ, τὴν νύκτ' ὅλην φιλήσας, καὶ μόνος ἔνδον ὤν, καὶ πανυχίζεται, καὶ κωφὴ φῆς ἀπ' αὐτοῦ. ΜΥΡ. ταῦτά με ἀπαντᾷ Δωρίων καὶ μάλιστα, ὁπόταν λέγῃς ὡς πολλὰ ἔδωκας, καὶ πένης γεγόνοις δι' ἐμέ. λόγισαι γοῦν ἀπ' ἀρχῆς, ὁπόσα μοι ἐκόμισας. ΔΩ. ἄγε, ὦ Μυρτάλη, λογισώμεθα· ὑποδήματα ἐκ Σικυῶνος ὃ πρῶτον δύο δραχμῶν· πίθοι δύο δραχμαί. ΜΥΡ. ἀλλ' ἐκοιμήθης νύκτας δύο. ΔΩ. καὶ ὁπότε ἦκεν ἐκ Συρίας, ἀλάβαστρον μύρου ἐκ Φοινίκης, δύο ⟨καὶ⟩ τοῦτο δραχμῶν, νὴ τὸν Ποσειδῶ. ΜΥΡ. ἐγὼ δέ σοι ἐκπλέοντι, ὃ μικρὸν ἐκεῖνο χιτώνιον, ὃ μέχρι τῶν μηρῶν, ὡς ἔχοις ἐρέττειν, ἐπούρου τῷ πρῴρεως ἐκλαθομένῳ αὐτὸ πρὸ ἡμῶν, ὁπότε ἐκάθευδε πρὸ ἐμοί. ΔΩ. ἀπέλαβεν αὐτὸ γνωρίσας ὁ Ἐπίουρος πρώην ἐν Σάμῳ μετὰ πολλῆς γε, ὦ θεοί, τῆς μάχης. κρίμνια δὲ ἐκ Κύπρου, καὶ σαπέρδας πέντε, καὶ πέρκας τέτταρας, ὁπότε κατεπλεύσαμεν ἐκ Βοσπόρου, ἐκόμισά σοι. τί δῆτα; καὶ ἄρτις ἐκτὼ ναυτικοὺς ἐν γυρλάθῳ, ξηρούς, καὶ ἰσχάδων βίκον ἐκ Καρίας, ⟨καὶ⟩ ὕστερον ἐκ Πατάρων, σανδάλια ἄβαπτα ὑπήχθυσα, ὦ ἀχάριστε.

B NVnc me excludis ſcilicet Myrtale? nunc, quando ad inopiam perueni propter te? At quando tam multa ad te afferebam; amator, vir, dominus, denique nihil non eram. Poſteaquam igitur ego quidē exhauſtus ac ſiccus planè iam, tu verò Bithynū iſtum mercatorem inueniſti, qui te amet, ego quidē excludor, & ante fores ſto lacrumās: ille autē tota nocte oſculatur, & ſolus intus eſt, & quaſi quoddam ſacrum peruigilīū tecum peragit, iámq; etiam prægnantem ex eo eſſe te ais. MYR. Iſta me enecant, Dorio, & C maximè quādo dicis quòd multa dederis mihi, & ad inopiam propter me redactus ſis. Rationē igitur ſubduc quæſo omniū eorum quę iā inde à principio ad me attuliſti. DO. Rectè ſanè, Myrtale, ſubducamus rationē. Principiò igitur calceos attuli tibi Sicyonios, duarum drachmarū pretio: pone duas drachmas. MYR. At cōcubuiſti quoque noctes duas. DOR. Et quando ex Syria veniebā, alabaſtrum vnguenti ex Phœnicia, duarum etiam iſtud drachmarum, ita me ſeruet Neptunus. MY. At ego tibi, cū hinc nauigares, paruam illā tuniculā dedi ad femora vſquè demiſſam, quò remigādo vtereris, quā Epiurus proreta, quādo dormierat mecū, per obliuionē hûc intus reliquerat. DO. Verùm cognitam illam in Samo nuper à me rursū abſtulit Epiurus, non ſine multo (prò dij) certamine. Cepas autem ex Cypro, & ſaperdas quinq; & percas quatuor, quādo ex Boſporo nauigauimus, attuli tibi quoque. Quid ergo? etiam panes octo nauticos in caniſtro, ſiccos, & cortinam caricis plenam ex Caria, & poſtea ex Pataris ſandalia inautata, ô ingrata.

D

Etiam caſeum aliquando memini afferre me tibi ex Gythio. MYR. Quinque fortaſſis drachmarum, Dorio, omnia hæc. DOR. O Myrtale, quantum equidem potui, homo nauta, & mercede operam nauibus locans. Nunc enim etiam lateri præfectus ſum dextero, & tu nos contemnis? Nuper autẽ quando Aphrodiſia celebrabantur, an non drachmam quoque ante pedes Veneris pro te poſui auream? & rurſum matri pro calceamentis drachmas numeraui duas, & Lydæ huic in manum aliquoties, nunc duos, nunc quatuor obolos? Hæc omnia in vnum computata, ſubſtantia certè viri nauitæ fuerunt. MYR. Cepæ illæ videlicet, & ſaperdæ, Dorio? DOR. Ita certè. Neque enim plura aut maiora ferre potui. Non enim remis locarem operam, ſi diues forem. Cæterùm matri meę ne caput quidem vnum alij vnquam attuli. Libenter autem ſcirem, quænam tibi à Bithyno iſto dona darentur. MYR. Principiò tunicam hanc vides? eam ille emit, & monile hoc craſſius. DOR. Illéne? An non ego te iam olim habere notã? MYR. At quod tu noras, multo tenuius erat, neq; vllos ſmaragdos habebat. Deinde & inaureis has, & tapetem. Nuper autem etiam duas minas. Et penſionẽ domus quoque pro nobis exoluit, non ſandalia Patarica, & caſeum Gythiacum, & id genus nugas. DOR. At illud non dicis, cum quali ipſo concumbas, qui annos omnino ſupra quinquaginta natus vxorem duxit, caluus videlicet, & colore ſimilis carabo? Neque etiam dentes illius vides? Nam gratiæ quidem, ô Dioſcuri, illius multæ, & præcipuè quoties cantat, & delicatior paulo eſſe cupit, aſinus ad lyram, vt dici ſolet. Sed tu fruere eo, digna vtique exiſtens, ac puer vobis naſcatur patri ſimilis. Ego verò etiam ipſe inueniam Delphidem aut Cymbalium aliquam, meæ conditionis, aut etiam vicinam veſtram hanc tibicinam, aut omnino vllam aliquam. Tapetas autem, & monilia, & duarum minarum mercedem nõ omnes habemus. MYRT. Beatam igitur illam, quæ te amatorem habebit Dorio. Cepas ſiquidem illi feras ex Cypro, & caſeum ſcilicet quando ex Gythio nauigabis.

Id eſt, Venerem facia, vel ſacra.

καὶ τυρόν ποτε μέμνημαι τὸν μίζαν ἐκ Γυθίου. ΜΥΡ. πέντε ἴσως δραχμῶν, ὦ Δωρεῖων, ταῦτα πάντα. ΔΩ. ὦ Μυρτάλη, ὅσα ναύτης αὐθρωπος ἐδυνάμην, μισθοῦ ἐπὶ πλέων· νῦν γὰρ ἤδη τοίχου ἄρχω τοῦ δεξιοῦ, καὶ σὺ ἡμᾶς ὑπερορᾷς; πρῴην δὲ ὁπότε Ἀφροδίσια ἦν, οὐχὶ δραχμὴν ἔθηκα πρὸς τοῖν ποδοῖν Ἀφροδίτης σοῦ ἕνεκεν χρυσῆν, καὶ πάλιν τῇ μητρὶ εἰς ὑποδήματα δύο δραχμάς, καὶ Λυδῇ ταύτῃ πολλάκις εἰς τὴν χεῖρα, νῦν μὲν δύο, νῦν δὲ τέτταρας ὀβολούς; ταῦτα πάντα συντεθέντα, οὐσία ναύτου ἀνδρὸς ἦν. ΜΥΡ. τὰ κρόμμυα, καὶ οἱ σαπέρδαι, ὦ Δωρεῖων; ΔΩ. ναί, οὐ γὰρ εἶχον πλείω κομίζειν, οὐ γὰρ ἂν ἤρεσκον, εἰ πλείω ἐτύγχανον· τῇ μητρὶ δὲ σοῦ κεφαλίδα μίαν οὐδέπω ἐκόμισα πώποτε· ἡδέως δ' ἂν ἔμαθον ἃ τινά σοι δῶρα τοῦ Βιθυνοῦ τὰ δῶρα. ΜΥΡ. τουτὶ πρῶτον ὁρᾷς τὸ χιτώνιον; ἐκεῖνος ἐωρίατο, καὶ τὸν ὅρμον τὸν παχύτερον. ΔΩ. ἐκεῖνος; ἤδειν γάρ σε πάλαι ἔχουσαν. ΜΥΡ. ἀλλ' οὐκ ἤδεις, πολὺ λεπτότερος ἦν, καὶ σμαράγδους οὐκ εἶχε. καὶ ἑλλόβια ταυτί, καὶ δάπιδα· καὶ πρῴην, δύο μνᾶς· καὶ ὃ οἰκοῦμεν ἐκεῖνος κατέβαλεν ὑπὲρ ἡμῶν, οὐ σανδάλια Πατρεικά, καὶ τυρὸν Γυθεικὸν, καὶ φλυαρίας. ΔΩ. ἀλλὰ ἐκεῖνο οὐ λέγῃς, οἵῳ ὄντι συγκαθεύδεις αὐτῷ; ἔγημεν γὰρ πεντήκοντα πρὸς τοῖς ἑκατὸν ἔτεσιν, ἀναφαλαντίας, καὶ τὴν κεφαλὴν, οἷος κάραβος. οὐδὲ τοὺς ὀδόντας αὐτοῦ ὁρᾷς; αἱ μὲν γὰρ χάριτες, ὦ Διοσκόρω, πολλαί, καὶ μάλιστα ὁπόταν ᾄδῃ, καὶ ἀβρὸς εἰ θέλῃ, ὄνος ἀδυλυείζων φασίν. ἀλλὰ ὅταν αὐτοῦ, ἀξία γε οὖσα, καὶ γένοιτο ὑμῖν παιδίον ὅμοιον τῷ πατρὶ, ἐγὼ γὰρ καὶ αὐτὸς εὑρήσω Δελφίδα, ἢ Κυμβάλιόν τινα τὴν κατ' ἐμὲ, ἢ τὴν χείτονα ὑμῶν τὴν αὐλητρίδα, ἢ πόρτης τινά. δαπίδας δὲ, καὶ ὅρμους, καὶ δισσαῖα μισθώματα, οὐ πάντες ἔχομεν. ΜΥΡ. ὦ μακαρία ἐκείνη, ἢ τις ἐραστὴν ἕξει, ὦ Δωρεῖων, ἕξει. κρόμμυα γὰρ αὐτῇ εἴσῃ ἐκ Κύπρου, καὶ τυρὸν, ὅταν ἐκ Γυθίου καταπλέῃς.

ΚΟΧΛΙΣ ΚΑΙ ΠΑΡΘΕΝΙΣ.

COCHLIS ET PARTHENIS.

ΤΙ δακρύεις, ὦ Παρθενί, ἢ πόθεν κατεαγότας τοὺς αὐλοὺς φέρεις; ΠΑΡ. ὁ στρατιώτης ὁ Αἰτωλὸς ὁ μέγας, ὁ Κεγχάλης ἐρῶν, ἐρράπισέ με, αὐλήσαντα δείπνου τῇ Κεγχάλῃ, ἀπὸ τῆς αἰτιφάσου αὐτοῦ Γόργου μεμισθωμένου, καὶ ἅμα τοῖς τε αὐλοῖς μου συνέτριψε, καὶ τὴν τράπεζαν μεταξὺ δειπνούντων ἀνέτρεψε, καὶ τὸν κρατῆρα ἐξέχεεν ἐπεισπαίσας· καὶ τὸν μὲν ἀγρῖκον ἄνδρα τὸν Γόργον, ἀπὸ τοῦ συμποσίου καταπάσας τῷ πεζῶν, ἔπαιον ὠθιζόμενοι αὐτός τε ὁ στρατιώτης (Δρόμαχος, οἶμαι, καλεῖται) καὶ ὁ συστρατιώτης αὐτοῦ. ὥστε οὐκ οἶδα εἰ βιώσεται ὁ ἄνθρωπος, ὦ Κοχλί, αἵματός τε γὰρ ἐρρύη πολὺ ἀπὸ τῶν ῥινῶν, καὶ ὃ πρόσωπον ὅλον ἐξῳδήκει αὐτοῦ, καὶ πελιδνόν ἐστιν. ΚΟ. ἐμαίνετο ὁ ἄνθρωπος, ἢ μέθη τις ἦν, καὶ παροινία τὸ πρᾶγμα; ΠΑΡ. ζηλοτυπία τις, ὦ Κοχλί, καὶ ἔρως ἔκπορος· ἡ Κεγχάλη δέ, οἶμαι, δύο τάλαντα αἰτήσασα, εἰ βούλεται μόνος ἔχειν αὐτήν· ἐπεὶ μὴ ἐδίδου ὁ Δρόμαχος, ἐκεῖνον μὲν ἀπέκλεισεν ἥκοντα, προσαράξασά γε αὐτοῦ τὰς θύρας, ὡς ἐλέγετο· τὸν Γόργον δὲ Οἰνοέα τινὰ γεωργὸν ὄντα οὐ πολλοῦ ἐρῶντα, καὶ χρηστὸν ἄνθρωπον προσιεμένη, ἔπινε μετ' αὐτοῦ, κἀμὲ προὐλάβετο αὐλήσοντα πρὸ αὐτῶν. ἤδη δὲ προχωρούντος τοῦ πότου, ἐγὼ μὲν ὑπεξέρχομαί τι τῶν Λυδίων, ὁ γεωργὸς δὲ ἤδη ἀίσσατο ὀρχησόμενος· ἡ Κεγχάλη δὲ ἐκρότει, καὶ πόρτα ἐμοὶ ἤδεια· ἐν τοσούτῳ δὲ κτύπος ἠκούετο, καὶ βοή, καὶ ἡ αὐλὸς ἠφάνιστο, καὶ μετ' μικρὸν ἐπεισέπεσον ὅσον ὀκτὼ νεανίσκοι, μάλα καρτεροί· καὶ ὁ Μεγαρεὺς ἐν αὐτοῖς· λύχνους οὖν αἰετίτρατον τὸ πρόσωπον, καὶ ὁ Γόργος, ὥσπερ ἔφην, ἐπαίετο, καὶ ἐπατεῖτο χαμαὶ κείμενος. ἡ Κεγχάλη δ', οὐκ οἶδ' ὅπως ἔφθη, ὑπεκφυγοῦσα πρὸς τὴν γείτονα Θεσπιάδα. ἐμὲ δὲ ῥαπίσας ὁ Δρόμαχος, Ἐκφθείρου, φησί, καταγάγας μοι τοὺς αὐλοὺς προσείπας. καὶ νῦν ἀπιέχω φράσουσα ταῦτα τῷ δεσπότῃ.

QVid ploras Partheni? aut vnde fractas haſce tibias affers? PAR. Miles Ætolus iſto magnus, qui Crocalen amat, alapis cecîdit me, cùm deprehendiſſet canentem apud Crocalen, à riuale ſuo Gorgo cõductam, idémque tibias haſce fregit mihi, ac mensam inter cœnandum euertit, craterémque effudit quoque irrumpens: ipſum autem agreſtem illum Gorgum ex ſympoſio capillis abſtractum, verberarunt circunſtantes, ipſe miles (Dinomacho, opinor, nomen illi eſt) & commilitonum ipſius alter quidam. Quare equidem neſcio an ſuperuicturus etiam homo ſit. Nam illi pariter & cruor multus è naribus manabat, & tota facies eius intumuerat, ac liuida erat. COC. Quidè inſaniítne homo, an hæc temulentia quædam fuit, & ex ebrietate inſolentia? PAR. Zelotypia quædam Cochli fuit, amórque adeò enormis. Crocale autem duo, opinor, talenta popoſcerat ab eo, ſi ſe ſolam habere vellet. Ea igitur poſtquam Dinomachus non dabat, ipſum quidem venientem excluſit, illiſa illi etiam ianua, quemadmodum ferebatur: Gorgum autem, Oenoënſem quendam agricolam prædiuitem, iam diu ipſam amantem, hominem videlicet facilem ac probum, intromittens, potabat cum eo, me quoque aſſumpta, vt tibia canerem apud ipſos. Cæterùm cùm iam procederet conuiuium, ego quidẽ perſonare cœpi carmen quoddam Lydij generis, ac toni: ruſticus autem ille ſurgebat iam vt ſaltaret, & Crocale autem etiam manibus applaudebat, omniáque adeò iucunda ac ſuauia erant. Interea verò ſtrepitus exauditur, & clamor quidam, ianuáque domus exterior effringitur. Nec multo pòſt irruerunt adoleſcentes quaſi octo, admodum robuſti ac validi, & Megarenſis ille vnà inter ipſos. Illico igitur euertebantur omnia, & Gorgus, quemadmodum dixi, verberabatur, humíque iacens etiam pedibus proculcabatur. Crocale autẽ, neſcio quo pacto, clàm ſubduxerat ſeſe, & ad vicinã Theſpiadem effugerat. Mihi verò Dinomachus inflictis alapis, Diſpereas, inquit, & ſimul tibias cõfractas abiecit. Et nunc currens abeo vt hæc dicam hero meo.

Abit autem & agricola, circunſpecturus amicos quoſpiam in vrbe, qui Megarenſem illũ magiſtratibus tradant. COCH. Hoc nimirum eſt frui militaribus iſtis amoribus, plagas & actiones ſuſtinere: cætera verò, Duces eſſe ſe & Tribunos iactitant, & ſi quid dandum ſit, Expecta, aiunt, dum tributum conferatur, dúmque ipſe ſtipendium accipiam, atque omnia tibi conficiam. Pereant itaque arrogantes iſti iactatores. Nam ego certè rectè facio, quæ ipſos penitus non admitto. Piſcator mihi quiſpiam obueniat, aut nauita, aut agricola, æqualis conditionis, qui adulari ſciat parum, & afferat multum. Criſtas autem concutientes iſti, & prælia commemorantes, nihil aliud, Parthenni, quàm inanes crepitus.

Α ἀπέρχεται δὲ καὶ ὁ γεωργὸς ἐξουσιάσων τινὰς φίλους τῶν ἀστικῶν, εἰ παραδώσουσι τοῖς ἄρχουσι τὸν Μεγαρέα. ΚΩ. Τοῦτ' ἔστιν ἀπολαύσαι τῶν στρατιωτικῶν τούτων ἡρώων, πληγαὶ καὶ δίκαι· τὰ δὲ ἄλλα, ἡγεμόνες εἶναι καὶ χιλίαρχοι λέγοντες, ἢν τι δωρεᾶς δέῃ, Περίμενον φασὶ τὴν σύνταξιν, ἔστ' ἂν ἀπολάβω τὴν μισθοφορᾶς, καὶ ποιήσω πάντα. ὑπερηφάνως δὲ οὗτοι ἀλαζόνες ὄντες· ἐγὼ γοῦν οὓς μὴ ποιῶ, μὴ προσιεμένων αὐτοὺς τὸ παράπαν, ἁλιεύς τις ἐμοὶ γένοιτο, ἢ ναύτης, ἢ γεωργὸς ἰσότιμος, κολακεύειν εἰδὼς μικρά, καὶ κομίζων πολλά. οἱ δὲ τοὺς λόφους ὑποσείοντες οὗτοι, καὶ μάχας διηγούμενοι, ψόφοι, ὦ Παρθενί.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΠΕΡΕΓΡΙΝΟΥ ΤΕΛΕΥΤΗΣ.

DE MORTE PEREGRINI.

Vincentio Obſopœo interprete.

ARGVMENTVM.

Inſectatur hic Lucianus (id quod aliàs quoque libenter facit) arrogantiam & inſanam gloriæ cupiditatem, præcipuè philoſophorum, vt cuius gratia plerique omnia audeant, neque quicquam intentatum relinquant. Atque eius rei exemplum, Peregrini huius mortem deſcribit, qui vt famam aliquam ſui relinqueret, in Olympiis conſtructo rogo, ſeipſum in ignem vltro conieceritit, atque ita extinxerit. Quanquam autem potiſſimùm ea commemorat, quæ circa mortem illius acta ſunt, id quod etiam inſcriptio ac titulus pollicentur, interim tamen & vitam eiuſdem & facinora perſequitur, à quibus progreſſus ille, ad hoc genus ſtudiorum poſtremò ſeſe contulerit, & hoc ſub aliena perſona, à qua ipſum etiam modum & cauſſam mortis, in qua præcipuè nitebantur ſectatores illius, refellit ac refutari facit, nimirum vt eam inuidiam à ſeipſo remoueret. Apparet enim illis tum temporibus Peregrini nomen non ita leue aut vile apud multos fuiſſe, præſertim imperitiores, quibus facti huiuſce nouitas admirationem incuſſerat, quemadmodum & ex A. Gellio animaduertere licet, qui ipſe quoque honorificam illius mentionem facit libro xii. cap. xi. Videturque omnino Stoica quadam animi pertinacia, vitæque tædio mortem vltro ſibi conſciuiſſe, quemadmodum & alios quoſdam eiuſdem profeſſionis viros feciſſe aliquando legimus. Sed quòd idem hoc in Olympijs potiſſimùm, & frequentiſſimo hominum conuentu fecit, ambitionis argumentum præ ſe fert, ac reprehenſioni locum dedit. Et eſt ſanè eiuſmodi res, ambitio, vt multos cò dementiæ adigat, vt dum gloriam nimis auidè captant, in ſummam interim temeritatem & infamiam præcipitentur, nihil neque penſi neque moderati habentes, dummodo famam tantoperè ambitam poſt ſe relinquant: cuiuſmodi Proteos vtinam nec noſtra ætas quoſdam tuliſſet, ἀνὰ πᾶσαν Κυναρίην μὴ τέτυπται, φασί. Cæterùm fuit hic Peregrinus, philoſophus quiſpiam ex ſeuerioribus illis Stoicæ diſciplinæ profeſſoribus (Lucianus Cynicum videri vult) patria Parianus, ex Ponto, temporibus Traiani viuens, æqualis Epicteto, Dioni, Muſonio, & cæt. quem ſe Gellius vidiſſe quoque ait Athenis extra vrbem in tugurio quodam habitantem. A principio Chriſtianorum quoque religionem aliquandiu ſecutus fuit, ſed mox ad philoſophiam relapſus, ab illis, vt Luciano placet, propter ritus ipſorum neglectos atque præteritos repudiatus.

ΛΟΥΚΙΑΝΟΣ ΚΡΟΝΙΩ ΕΥ ΠΡΑΤΤΕΙΝ.

LVCIANVS CRONIO SALVTEM.

Ὁ Καλοδαίμων Περεγεῖνος, ἢ (ὡς αὐτὸς ἔχαιρεν ὀνομάζων ἑαυτὸν) Πρωτεύς, αὐτὸ δὴ τοῦτο ὃ τῷ Ὁμηρικῷ Πρωτεῖ ἔπαθεν· ἄπορτα γὰρ δόξης ἕνεκα ἠνέμιστος, καὶ μυελὸς ἔφατο παπάλυτος, τὰ τελευταῖα ταῦτα καὶ πῦρ ἐγένετο· τοσούτῳ ἄρα τοῦ ἔρωτος τῆς δόξης εἶχετο. Ἐμοὶ νῦν ἐκεῖνος ἀπεικάζεται σοί ὁ βέλτιστος καὶ τὸν Ἐμπεδοκλέα, πλὴν ὅσον ὁ μὲν καὶ λάθρα θερμανθῆναι ἐπειρᾶτο ἐμβαλὼν ἑαυτὸν εἰς τοὺς κρατῆρας· ὁ δὲ γυμνάδας τοῦτό γε οὐ πολυανθρωπίαν τὴν Ἑλληνικὴν παμπληθεῖς τηρήσας, πυρὰν ὅτι μεγίστην νήσας, ἐπιπήδησεν, ὅτι τοσούτων μαρτύρων, καὶ λόγους τινὰς ὑπὲρ τούτου εἰπὼν πρὸς τοὺς Ἕλληνας, ἃ πρὸ πολλοῦ ἡμερῶν τῶν ἑαυτοῦ μαθητῶν. πολλά γοῦν δοκῶ μοι ὁρᾶν σε γελοῖα ὄντα τῇ κραυγῇ τοῦ γέροντος. μᾶλλον δὲ καὶ ἀκούω σοῦ τοῦτο, οἷά σε εἰκὸς βοᾶν, ὦ τῆς ἀβελτηρίας, ὦ τῆς δοξοκοπίας, ὦ τῆς ἄλλων ἀλεξιπαθείας πρὸς αὐτοῦ. σὺ μὲν οὖν πόρρω ταῦτα, καὶ μακρῷ ἀσφαλέστερον. ἐγὼ δέ, ὥσπερ ὁ πῦρ αὐτό, καὶ ἐπὶ πρότεροι ἐν πολλῷ πλήθει τῶν ἀκροατῶν εἶπον αὐτά. εἰσίν μοι ἀξιόλογοι, ὅσοι ἐθαύμαζον τοῦ ἀπόρου τοῦ γέροντος. ἦσαν δέ τινες, οἳ καὶ αὐτοὶ ἐγέλων ἐπ' αὐτῷ, ἀλλ' ὀλίγοι δῆτα, ἀπὸ τῶν Κυνικῶν ἐγώ σοι διεσπάσθαι, ὥσπερ ὁ Ἀκταίων ὑπὸ τῶν κυνῶν, ἢ ὁ ἀδελφιδοῦς αὐτοῦ ὁ Πενθεὺς ὑπὸ τῶν Μαινάδων. ἐν δὲ πᾶσα τοῦ πράγματος διαφορά, τοιάδε ἴσως· τὸν μὲν ποιητὴν οἶδα οἷός τε ἦν, καὶ πλείστας ἐπαγωγὰς πρὸ ὅλου τοῦ βίου, ὑπὲρ τὸν Σοφοκλέα, καὶ τὸν Αἰσχύλον. ἐγὼ δ' ἐπεὶ πάχιστα εἰς τὸν Ἠλιν ἀφικόμην, δρόμῳ τὸ γυμνάσιον αὐτῷ ἐπήκουον ἅμα Κυνικοῦ τινος, μεγάλῃ καὶ τραχείᾳ τῇ φωνῇ τὰ συνήθη ταῦτα, καὶ ἐκ τριόδου τὴν ἀρετὴν βαττολογοῦντος, καὶ ἅπασιν ἁπαξαπλῶς λοιδορουμένου, εἶτα κατέληξεν αὐτοῦ ἡ βοὴ ἐς τὸν Πρωτέα· καὶ ὡς αὖ οἷός τε ὦ, πειράσομαί σοι αὐτὰ ἐκεῖνα ἀπομνημονεῦσαι, ὡς ἐλέγετο.

Nfelix ille Peregrinus, aut (quo nomine potißimùm delectari viſus eſt ſe ipſe nominãdo) Proteus, illud ipſum Homerici Protei paſſus eſt: nihil enim non glorię gratia fieri ſuſtinuit: cúmque infinitis mutationibus trãsformatus eſſet, poſtremùm ignis quoque factus eſt. vſque adeò glorię cupiditate tenebatur. Et nunc optimus ille in carbones & fauillas redactus eſt, poſt Empedoclem, niſi quòd hic temerarium facinus celare conatus, clanculum in cratêras ſe dedit præcipitem: porrò generoſus ille populoſiſſimo Græcorum conuentu obſeruato, ingentiſſimáque pyra conſtructa, tot ac tantis teſtibus conſciis inſiluit, ac orationes nonnullas ſuper hac re ad Græcos habuit aliquanto antè quàm hoc auſus eſt. Videor itaque mihi videre te nimiùm huius ſenis deridentem arrogantiam, aut potiùs exclamantem, qualia par eſt te exclamare: O inſipientem inſipientiam, ô ærumnoſam gloriam: aliáque quę de illis ferè dicere conſueuimus. At tibi quidem hæc eminus & longè tutiùs dicta ſunt: ego verò iuxta rogum ipſum, inſuper antè quoque in copioſa auditorum multitudine eadem dicere non reformidaui, nonnullis equidem grauiter ferentibus, quotquot ſenis arrogans conſilium admirationem incuſſerat. Erant autem aliquot alij, qui & ipſi huius gratia ridebant. At ego propemodum à Cynicis diſcerptus eſſem, velut Actæon à canibus, aut conſobrinus eius Pentheus à Bacchis. Cæterùm totius rei apparatus talis erat: etenim Poëtam haud dubiè qualis fuerit noſti, tum quantas per omnem vitã tragœdias in lucem dederit, ſupra Sophoclem & Æſchylum. Ego verò vbi primùm in Elin veniſſem, illorum certamine eò illectũs atque perductus, ſtatim Cynicum quendam inaudiui, magna & aſpera voce conſueta illa ac virtutem ex triuio intonantem, omnéſque indiſcriminatim dicteriis & conuitiis inuadentem: tandem verò in Proteo eius vociferatio deſiit. Hæc quemadmodum dicebantur, pro mea virili cuncta tibi ex ordine percẽſere conabor.

Tu verò hæc planè ita ſe habere cognoſces, quippe qui ipſis vociferantibus non ſemel adſtitiſti. Proteum, inquit, audet quiſpiam ambitioſum dicere, ô terra, ô Sol, & flumina, & mare, & patrie Hercules? Proteum, qui in Syria vinclis colligatus fuit, qui in patria quinque millia talentorum vltro reliquit, qui ex vrbe Roma eiectus eſt, quem Sole longè illuſtriorem eſſe cõſtat, qui cum ipſo Olympio commiſſus decertare poſſit. At quia ignis adminiculo è viuis ſe ſubducere ſtatuit, hoc ambitioni eius & vanæ gloriæ quidam imputant. Nonne verò ad hunc modum è terris diſceſſit & Hercules? nõne ita Æſculapius & Dionyſius fulmine? Nónne poſtremùm & Empedocles ita in cratêras ſemet immiſit præcipitem? Hęc vbi dixiſſet Theagenes (hoc enim nomine vociferator ille vocabatur) rogabam quendam ex aſſiſtentibus, quid hoc de igne aut Hercule aut Empedocle ad Proteum attineret. Atqui, inquit ille, breui ſemet ipſe flammis abſumpturus eſt Proteus. Quomodo, inquam ego, aut cuius gratia? Deinde cùm ille omnem rẽ mihi exponere inſiſteret, Cynicus in tantum vociferabatur, vt nullo pacto eius audiendi copia mihi relinqueretur. Audiebam itaque reliqua ipſum effundentem, ac laudibus mirificis Proteum extollentem. Etenim Sinopea, aut præceptorem eius Antiſthenem, ne conferre quidem cum illo dignatus eſt, ſed neque ipſum Socratem. Prouocabat autem & ipſum Iouem in certamen: deinde cùm viſum eſſet illi ſimiles eos quodammodo inter ſeipſos ſeruare, eiuſmodi finem orationi impoſuit. Duo hæc, inquit, præſtantiſſima opificia ætas noſtra vidit, nimirum Iouem Olympium, & Proteum: quorum quidem illius architectus fuit Phidias, huius verò opifex natura. At nunc ex hominum commercio ad ſuperos hæc ſtatua migratura eſt: cæterùm per ignem abiens, nos orphanos in terris deſtituet. Hæc vbi cum multo ſudore diſſeruiſſet, lacrymatus eſt ſatis ridiculè, capillóſque vellebat è capite, ſubparcens tamen, ne radicitus extraheret. At poſtremum abductus eſt à quibuſdam Cynicis, triſtem ac lacrymantem conſolantibus. Hoc abducto alius illicò concionaturus aſcẽdit, non cunctatus donec multitudo dilaberetur, ſed ardẽtibus adhuc ſacris turbam continebat. Ac ſub initium quidem effuſiſſimè ridebat, videbatúrque illud ex in-

A σὺ δὲ γνωρεῖς δηλαδή, πολλάκις αὐτοῖς παρεσας βοῶσι. Πρωτέα γάρ τις, ἔφη, κενόδοξον τολμᾷ λέγειν, ὦ γῆ, καὶ ἥλιε, καὶ ποταμοὶ, καὶ θάλαττα, καὶ πατρῷε Ἡράκλεις; Πρωτέα, τὸν ἐν Συρίᾳ δεδεμένα, τὸν τῇ πατρίδι αἰρέντα πεντακισχίλια τάλαντα, τ' ἀπὸ τῆς Ρωμαίων πόλεως ἐκβληθέντα, τὸν τῷ Ἡλίου ἐπισημότερον, τὸν ἀνταγωνίσασθαι ᾠόμενον αὐτῷ τῷ Ολυμπίῳ δυνάμενον. ἀλλ' ὅτι δὴ πυρὶ ἐξάγειν τοῦ βίου διέγνωκεν ἑαυτὸν, εἰς κενοδοξίαν τινὲς τοῦτο ἀναφέρουσιν. οὐ γὰρ Ἡρακλῆς οὕτως; οὐ γὰρ Ἀσκληπιὸς καὶ B Διόνυσος, κεραυνῷ; ἢ γὰρ τὰ τελευταῖα Ἐμπεδοκλῆς εἰς τοὺς κρατῆρας; ὡς δὲ ταῦτα εἶπεν ὁ Θεαγένης (τοῦτο γὰρ ὁ κεκραγὼς ἐκεῖνος ἐκαλεῖτο) ἠρόμην τινὰ τῶν παρεστώτων, τί βούλεται ὁ περὶ τοῦ πυρὸς, ἢ τί Ἡρακλῆς, ἢ Ἐμπεδοκλῆς, πρὸς τὸν Πρωτέα· ὁ δὲ, Οὐκ εἰς μακρὰν, ἔφη, καύσῃ ἑαυτὸν ὁ Πρωτεὺς Ολυμπιάσι. Πῶς, ἔφην, ἢ τίνος ἕνεκα; εἶπε μὲν ἐπιεῖπε λέγειν· ἐγὼ δὲ ὁ Κυνικὸς, ὥστε ἀμήχανον ἦν ἄλλου ἀκούειν. ἐπῄκουον οὖν τὰ λοιπὰ, ἐπαυλουμένου C τινος αὐτῷ, καὶ θαυμαστάς τινας ἀναβολὰς διεξιόντος καθ' τοῦ Πρωτέως· τὸν μὲν γὰρ Σινωπέα, ἢ τὸν διδάσκαλον αὐτοῦ Ἀντισθένη, οὐδὲ προσβάλλειν ἠξίου αὐτῷ, ἀλλ' οὐδὲ τὸν Σωκράτη αὐτόν· ἐκάλει δὲ τὸν Δία ὅτι τῷ ἄμιλλαν. εἶτα μέντοι ἔδοξεν αὐτῷ ἴσους πως φυλάξαι αὐτοὺς, καὶ οὕτω κατέπαυσε τὸν λόγον. Δύο γάρ ταῦτα, ἔφη, ὁ βίος ἄριστα δημιουργήματα ἐπαίδευσε, τὸν Δία τὸν Ολύμπιον, καὶ Πρωτέα· πλάσαι δὲ καὶ τεχνίτας, τὸν μὲν, Φειδίαν, τὸν δὲ, ἢ Φύσις· ἀλλὰ νῦν ἐξ ἀνθρώπων εἰς θεοὺς D ὁ ἄγαλμα τοῦτο οἰχήσεται, ὀχούμενον ὅπῃ τὸ πυρὸς, ὀρφανοὺς ἡμᾶς καταλιπόν. Ταῦτα ἅμα πολλῷ ἱδρῶτι διεξελθὼν, ἐδάκρυε μάλα γελοίως, καὶ τὰς τρίχας ἐτίλλετο, ὑποφειδόμενος μὴ πάνυ ἕλκειν, καὶ τέλος, ἀπῆγον αὐτὸν λύζοντα μεταξὺ τῶν Κυνικῶν τινες, παραμυθούμενοι. μετὰ δὲ τοῦτον ἄλλος δύο ἀναβαίνει, οὐ περιμείνας ἀθροισθῆναι τὸ πλῆθος, ἀλλὰ ἔτι ἀθρόοις τοῖς περιττοῖς ἱερείοις ἐπέχει τὴν ἀοιδῶν. καὶ ὁ μὲν πρῶτον, ὅτι πολὺ ἐγέλα, ἅμα δῆλος ἦν

νειόθεν αὐτὸ δρῶν. Εἶτα ἤρξατο ὧδέ πως· ἐπεὶ ὁ κατάρατος Θεαγένης τέλος τῶν μιαρωτάτων αὐτοῦ λόγων, τὰ Ἡρακλείτου δάκρυα ἐποιήσατο, ἐγὼ κατ' ἐναντίον, ἀπὸ τοῦ Δημοκρίτου γέλωτος ἄρξομαι· καὶ αὖθις ἐγέλα ὅσα πολύ, ὥστε καὶ ἡμᾶς πολλοὺς ὑπὸ τοῦ ὁμοίου ἐπισπάσασθαι. εἶτα ὑπερφρονήσας ἑαυτοῦ, Ἢ τί γὰρ ἄλλο, ἔφη, ὦ ἄνδρες, χρὴ ποιεῖν, ἀκούοντας μὲν οὕτω γελοίων ῥήσεων, ὁρῶντας δὲ ἄνδρας γέροντας δοξαρίου κατατρύχου ἕνεκα, μυρίους καὶ κυβιστῶντας ἐν τῷ μέσῳ; ὡς δὲ εἰδῆτε οἷόν τί ἐστιν ἄγαλμα ὅδε ὁ κατορθούμενος, ἀκούσατέ μου, ἐξ ἀρχῆς ὅπως ἐφυλάξατο τὸν γνώμονα αὐτοῦ, καὶ τὸν βίον ὑπετηρήσατο. ἔνια δὲ καὶ τῶν πολιτῶν αὐτοῦ ἐπιστάμενος, καὶ οἷς αἰσχύνη μὴ ἀκριβῶς εἰδέναι αὐτόν. Ὁ γὰρ τῆς φύσεως τοῦτο πλάσμα, καὶ δημιούργημα, ὁ τοῦ Πολυκλείτου κανών, Ἐπὶ εἰς ἄνδρας τελοῦντι ἤρξατο, ἐν Ἀρμενίᾳ μοιχεύων ἁλούς, μάλα πολλὰς πληγὰς ἔλαβε, καὶ τέλος κατὰ τὴν τέχνην ἁλόμενος, διέφυγε, ῥαφανίδι τὸν πυγμὸν βεβυσμένος· εἶτα μειρακίου τινὸς ὡραίου ἁρπάσας, τετρακισχιλίων ὠνήσατο παρὰ τῶν γονέων τοῦ παιδός, πενήτων ὄντων, μὴ ὑπὸ τὸν ἁρμοστὴν ἀπαχθῆναι τῆς Ἀσίας. Ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα ἐάσω μοι δοκῶ· πηλὸς γὰρ ἔτι ἄπλαστος ἐστιν, καὶ οὐδέπω σοφιστὴς ἄγαλμα ἡμῖν ἐδεδημιούργητο. ἃ δὲ τὸν πατέρα ἔδρασι, καὶ πόνου ἀκούσαι ἄξιον, καίτοι πρύτεις ἦσι, καὶ ἀκηκόατε ὡς ἀπέπνιξε τὸν γέροντα οὐκ ἀναγόμενος αὐτὸν τὸν ἐξηκοντούτην ἔτη ἤδη γηρῶντα. εἶτα ὑπὸ τοῦ γάμου διεβεβόητο, φυγὴν ἑαυτῷ καταδικάσας, ἐπλανᾶτο, ἄλλοτε ἀλλοῦ, ὅπου καὶ τὴν θαυμασίαν σοφίαν τὴν Χριστιανῶν ἐξέμαθε, καὶ τοὺς Παλαιστίνης ἱερεῖς καὶ γραμματέας αὐτῶν ξυγγενόμενος. καὶ τί γὰρ οὐ θαυμαστὸν παῖδας αὐτοὺς ἀπέφηνε, προφήτης, καὶ θιασάρχης, καὶ ἀρχισυνάγωγος, καὶ πάντα μόνος αὐτὸς ὤν. καὶ τῶν βίβλων τὰς μὲν ἐξηγεῖτο, καὶ διεσάφει, πολλὰς δὲ αὐτὸς καὶ συνέγραφε,

timis præcordiis facere: deinde ad hunc modum orationem ſuam exorſus eſt: Poſteaquam maledictus Theagenes ſceleſtiſſimis orationibus ſuis lacrymando finem impoſuit, ego diuerſa ratione à riſu Democriti exordiar. Ac iterum ſublatis cachinnis, in riſum vberem ſolutus eſt, adeò vt noſtrûm pleroſque ad communem riſum pertraheret. Deinde ſedato riſu, conuertens ſeipſum: Et quidnam aliud, inquit, ô viri, nobis peræquè faciendũ eſt, adeò ridiculas orationes audientibus, videntibúſque viros ætate decrepita viliſſimę gloriolæ gratia tantum non ſaltantes in medio? Vt autem tectiùs intelligatis cuiuſmodinam illa ſit ſtatua quæ flammis abolebitur, audite me qui ab initio eius mentem callidè animaduerterim, omni eius vita diligenter obſeruata. Nonnulla verò à ciuibus quoq; ſuis memorata percepi, quibus non potuit, non exactiſſimè perſpectus & cognitus eſſe. Etenim hoc naturæ figmentum & opificium, Polycleti canon, vbi firmata iam ætate in virum adoleſcere incepiſſet, multis in Armenia vitiatis per adulterium mulierculis, non parum multa ſuſcepit verbera. Denique verò per tectum exiliens & elapſus, fuga ſalutem redemit, raphano oppletas nates auferens. Exin puero quopiam formoſo per vim conſtuprato, tribus nummorum millibus à pueri parentibus, cùm tenuis eſſent fortunæ, fœditatis impunitatem mercatus eſt, ne ad præfectũ Aſiæ duceretur. Hęc atque eiuſmodi miſſa mihi facienda eſſe videntur, etenim lutum adhuc informe erat, ac nondum perfecta ſtatua nobis formata. Cæterùm quibus iniuriis confectum ætate parentem affecerit, admodum auditu dignum eſſe opinor, & memoratu neceſſarium. Et ſanè omnibus vobis cõpertum atque auditum eſſe reor, quomodo ſenem præfocauerit, nequaquam ſuſtinens eum vltra ſexaginta annos iam ſeneſcentem. Poſtea verò quàm tãti ſceleris fama diuulgata eſt, arreptáque fuga ſe ipſe cõdemnaſſet, incertis vagans ſedibus oberrabat, terram terra commutando. Qua in peregrinatione & mirificam illam Chriſtianorum ſapientiam perdidicit, circa Palæſtinam ſacerdotibus & ſcribis illorum conuerſans. Ac ſanè non multo in tempore pueros omnes illos præ ſe eſſe oſtendit, propheta, ac ſacrificiorum princeps, & Synagogę ſocius, breuiter, omnia ſolus exiſtẽs. Præterea librorum nonnullos expoſuit, nonnulli verò & ſua induſtria conſcripti ſunt.

Ac veluti deum hunc ipſum perhibebãt: nam eo & legum auctore vtebantur, & præfectum illum declarabant. Itaque etiamnum magnum illum hominem reuerenter colunt, nempe illum qui in Palæſtina crucifixus eſt: quoniam primus nouum illud myſterium in hominum vitam inuexerat. Tunc verò comprehenſus etiã ob hoc ipſum Proteus in carcerẽ illapſus eſt. Quæ quidem reſipſi non mediocrem dignitatem cùm ad inſequentem vitam, tum ineptias & gloriam, quarum erat amantiſſimus, conciliauit. Itaque poſtquam in carcerem coniectus eſt, Chriſtiani hanc rem grauiter & indignè ferentes, nullam non impendebant operam, & planè mouebant omnia, tentantes ſi quo modo illum furtim poſſint eripere. Deinde animaduertentes hunc conatum fruſtra eſſe, nihil tamen ex altero quo captiuus egebat obſequio intermittebant, verùm omnia cum magna fide & diligentia præſtabant. Ac manè quidem illico videre erat iuxta carcerem præſtolantes anus viduas quaſpiam, & orbos puerulos. Illorum verò pars etiam vnà intus cum illo ſomnum capiebant, corruptis pecunia cuſtodibus. Exin omnis generis cœnæ inferebantur variæ, ac ſacri inter ſeſe ſermones dicebantur. Atqui optimus ille Peregrinus (adhuc enim hoc nominis obtinebat) nouus quoque Socrates ab illis nominabatur. Quin etiam in Aſia pleraſque vrbes fuiſſe conſtat, à quibus venerunt quidam laturi auxilium, Chriſtianis mittentibus ex publico, neque non collocuturi, & virum conſolaturi. Incredibile verò eſt, quantum ſtudium & celeritatem in hoc oſtendãt, ſi quid tale vulgo innotuerit. Illicò enim nulli rei parcũt. Proinde Peregrino quoque multæ tunc opes ab illis mittebãtur, ſub vinculorum prętextu, nec vulgaré rerũ prouentũ lucrifaciebat. Etenim haud dubitanter ſibi perſuaſerunt infelices illi ſe omnino immortalitate fruituros, perpetuóque victuros eſſe. Quamobrem & mortẽ magno contemnunt animo, ac nõ pauci ſua ſponte ſemet occidendos offerunt. Deinde primus quoque illorum legiſlator eorũ perſuaſit animos quemadmodũ omnes inter ſe fratres eſsẽt. Poſtea verò quã ſemel à nobis deſciuerunt, Græcorum deos conſtanter abnegant, ſolum autem Crucifixum illum impoſtorem adorantes, ſecundùm illius leges viuendi rationem inſtituunt. Proinde apud illos

καὶ ὡς θεὸν αὐτὸν σεβοι ἐθρησκεύοντο, καὶ νομοθέτῃ ἐχρῶντο, καὶ προεστῶτα ἐπίγραφον. τὸν μέγαν γοῦν ἐκεῖνον ἔτι σίδοιεν ἄνθρωπον, τὸν ἐν τῇ Παλαιστίνῃ ἀνασκολοπισθέντα, ἐπὶ καινῷ τούτῳ τελετὴν εἰσηγαγόν ἐς τὸν βίον. τότε δὴ καὶ συλληφθεὶς ὑπὲρ τούτου ὁ Πρωτεὺς, εἰρέπετο εἰς ὃ δεσμωτήριον. ὅπερ καὶ αὐτῷ οὐ μικρὸν αὐτῷ ἀξίωμα περιεποίησε πρὸς τὸν ἔξης βίον, καὶ πολυπραγμοσύνης, καὶ δοξοκοπίας, ὧν ἐραστὴς ἐτύγχανεν. ἐπεὶ δ' οὖν ἐδέδετο, οἱ Χριστιανοὶ συμφορὰν ποιούμενοι τὸ πρᾶγμα, πάντα σθένος, πάντα τρόπον περιέμενον αὐτόν. εἴτ' ἐπεὶ τοῦτο μὲν ἀδυνάτει, ἦγε ἄλλη θεραπεία πᾶσα οὐ περίεργος ἀλλὰ ζωὴ σπουδῇ ἐλέγετο· καὶ ἕωθεν μὲν δὴ γραῖδία χήρας παῖδάς, καὶ παιδία ὀρφανά. οἱ δὲ καὶ τελῶν αὐτῷ, καὶ συνευνάζοντο εἶδον μετ' αὐτοῦ, ἀργυρίοις πείσαντες τοὺς δεσμοφύλακας· εἶτα δεῖπνα ποικίλα εἰσεκομίζετο, καὶ λόγοι ἱεροὶ αὐτῷ ἐλέγοντο, καὶ ὁ βέλτιστος Περεγρῖνος (ἔτι γὰρ τοῦτο ἐκαλεῖτο) καινὸς Σωκράτης ὑπ' αὐτῶν ὠνομάζετο. καὶ μέντοι καὶ τῶν κατὰ Ἀσίαν πόλεων ἔστιν, ὧν ἦλθόν τινες, τῶν Χριστιανῶν ἀγελαίτων ἀπὸ τοῦ κοινοῦ, βοηθήσοντες, καὶ ξυναγορεύσοντες, καὶ παραμυθησόμενοι τὸν ἄνδρα. ἀμήχανον δέ τι ὅσον τάχος ὑποδείκνυνται, ἐπειδάν τι τοιοῦτον γένηται δημόσιον. οὐ βεβαίως γὰρ ἀφειδοῦσι πόνων. καὶ δὴ καὶ τῷ Περεγρίνῳ πολλὰ τότε ἦλθε χρήματα παρ' αὐτῶν ὑπὲρ προφάσεως τοῦ δεσμοῦ, καὶ προσόδου οὐ μικρᾶς τούτῳ ἐποιήσατο. πεπείκασι γὰρ αὐτοὺς οἱ κακοδαίμονες, ὃ μὲν ὅλον ἀθάνατοι ἔσεσθαι, καὶ βιώσεσθαι τὸν ἀεὶ χρόνον. ὅθεν καὶ καταφρονοῦσι τοῦ θανάτου, καὶ ἑκόντες αὐτοὺς ὑποδίδασιν οἱ πολλοί. ἔπειτα δὲ ὁ νομοθέτης ὁ πρῶτος, ἔπεισιν αὐτοὺς, ὡς ἀδελφοὶ πάντες εἶεν ἀλλήλων· ἐπειδὰν ἅπαξ παραβαίτες, θεοὺς μὲν τοὺς Ἑλληνικοὺς ἀπαρνήσωνται, τὸν δὲ ἀνασκολοπισθέντα ἐκεῖνον σοφιστὴν αὐτῶν, προσκυνῶσι, καὶ κατὰ τοῦ ἐκείνου νόμους βιῶσι. καταφρονοῦσιν οὖν ἁπάντων

ἀπόρων ὀξίσης, καὶ κοινὰ ἡγοῦνται, δόξαν τινὸς ἀκριβοῦς πίστεως τὰ τοιαῦτα προσδεξάμενοι. ὡς οὖν τάχιστα προέλθῃ τις εἰς αὐξησιν χρήματος, καὶ τεχνίτης αἱρετὸς, καὶ πρὸς γάμους χρήσιμος δυνάμενος, αὐτίκα μάλα πλούσιος ἐν βραχεῖ ἐγίνετο, ἰδιώταις αἱρετοῖς ἐγχανών. πλὴν ἀλλ' ὁ Περεγρῖνος ἀφείθη ὑπὸ τοῦ τότε τῆς Συρίας ἄρχοντος, ἀνδρὸς φιλοσοφίᾳ χαίροντος, ὃς σπουδὴν μὲν ἐποιήσατο αὐτοῦ, καὶ ὅτι δόξαιτ' ἂν ἀποθανεῖν· ὡς δόξαν ὅτι τούτῳ ἀπολείποι, ἀφῆκεν αὐτὸν, τοῦδε τῆς κολάσεως ὑπολαβὼν ἄξιον. ὁ δὲ εἰς μὲν οἰκίαν ἐπανελθών, καταλαμβάνει τὸ περὶ τοῦ πατρῴου φόνου ἔτι φλεγμαῖνον, καὶ πολλοὺς τοὺς ἐπομνημονευομένους μὲν κατηγορίαν. διήρπασο δὲ τὰ πλεῖστα τῶν κτημάτων τοῦδε μὲν ἀποδημίας αὐτοῦ. καὶ μέντοι ὑπελείποντο οἱ ἀγροὶ ὅσον εἰς πεντεκαίδεκα τάλαντα· ὧν γὰρ ἡ πᾶσα οὐσία, τριάκοντά που ταλάντων ἀξία, ὧν ὁ πρὼν κατέλιπεν, οὐχ ὡσπερ ὁ παγγέλοιος Θεαγένης ἔλεγε, πεντακισχιλίων. τοσούτου γὰρ οὐδὲ ἡ πᾶσα τῶν Παριανῶν πόλις, πέντε σὺν αὐτῇ ταῖς γειτνιώσας παραλαβοῦσα, ὠνηθείη ἄν, αὐτοῖς αἰθρίοις, καὶ βοσκήμασι, καὶ τῇ λοιπῇ σκευῇ. ἀλλ' ἔτι γε ἡ κατηγορία, καὶ τὸ ἔγκλημα, θερμὸν ὡς, καὶ ἐφεῖχε σὺν εἰς μακρὸν ἐπανιστασθαί τις αὐτῷ, καὶ μάλιστα ὁ δῆμος αὐτὸς ἠγανάκτει, χρηστὸν, ὡς ἔφασθε οἱ ἰδόντες, γέροντα πενθοῦντες, οὕτως ἀνοσίως ἀπολωλότα. ὁ δὲ σοφὸς οὗτος Πρωτεὺς, πρὸς ἅπαντα ταῦτα σκέψασθε οἷόν τι ἐξεῦρε, καὶ ὅπως τὸν κίνδυνον διέφυγε. προελθὼν γὰρ εἰς τὸν ἐκκλησιαστὴν τῶν Παριανῶν, ἐκόμα δὲ ἤδη, καὶ πώγωνα πιναρὸν ἠμπίεχετο, καὶ πήραν προὔρτητο, καὶ ὃ ξύλον ἐν τῇ χειρὶ ἦν, καὶ ὅλως μάλα πραγικῶς ἐσκεύασο· τοιοῦτος ὢν ὑπεφαίνεις αὐτοῖς, ἀφεῖναι ἔφη, τὸν οἰκέτην, ἵνα ὁ μακαρίτης πατὴρ αὐτῷ κατέλιπε, δημοσίᾳ τῇ πόλει. τοῦτο ὡς ἤκουσεν ὁ δῆμος, πάντες αἰθρηγενεῖς, καὶ πρὸς ἀφροσύνας κεχηνότες, αἰτεῖσθαι ἦν ἕνα φιλόσοφον,

omnia ex æquo habentur contemptui, existimantúrque esse communia quæ citra fidem exactè exploratam in communem vsum à quoquam deferente suscipiunt. Quòd si quis præstigiator, aut alioqui homo promptus & versutus, & rei faciendæ appositus eos accesserit, breui admodum opulẽtus efficitur, quippe qui hominum idiotarum simplicitate callidò queat abuti. Ceterùm Peregrinus tandem liber dimissus est ab eo qui id tẽporis præsidem agebat in Syria, viro non mediocriter Philosophiæ cõmercio gaudente. Qui cùm illius subolfeciſſet arrogantiam, quòd iam statuisset mortem oppetere, vt per hoc præclaræ famæ gloriam apud posteros relinqueret, dimisit illum, ne dignum quidem ratus eundem esse supplicio. Ille verò exin domum regressus, comperit paternæ cædis memoriam nondum fuisse sopitam, sed multos superesse, qui mira peruicacitate accusationem aduersus illum adornarẽt. Dissiparat itaque maiorem possessionum suarum partem in peregrinationem, ac tantùm relicti erant agri fermè quindecim talentorum. Nam tota substantia quam pater reliquerat, triginta talentorum summam non excessit, non, vt omnibus modis ridiculus Theagenes illam tribus millibus dignam falsò confirmauit. Tanti enim neque tota Parianorum vrbs, tametsi quinque ciuitates sibi vicinas adiungeret, venderetur, vnà cum ipsis hominibus & iumentis, & reliqua supellectile. Vigebat itaque eius etiam dum flagitium & accusatio in recenti hominum memoria. Nec ita diu habitauit in patria, sed statim aduersus eum quispiam insurrexerat. Potissimùm verò ipse populus indignabatur, senem frugi, vt illi quibus visus erat, perhibent, familiariter lugentes, qui tam crudeliter & impiè fuerat occisus. Sedenim sapiens ille Proteus ad hęc omnia nõ oscitãter intentus erat, quînam aliquid inuentũ commisceretur, vnde vim & periculum à se declinaret. Progressus ergo in mediã Parianorum multitudinẽ, nutriebat verò iam comã, sordido amictus pallio, pera ex humeris suspẽsa, & baculum manu tenebat: erat autem omnino instructus more tragico. Talis itaque cũm ciuibus suis apparuisset: vniuersam, inquit, substantiam quam sibi beatæ memoriæ pater reliquisset, se velle illis publicam dimittere. His auditis, homines egeni & inopes, neque non ad distributionẽ auidè inhiantes, protinus exclamauerunt, illũ vnicũ esse Philosophũ,

vnicum amantem patriæ, vnum qui verè Diogenis & Cratetis esset æmulus. Porrò autem inimici necessariò quiescebãt. Etenim si quis conatus esset mentionem paternæ cædis facere, illico petebatur lapidibus. Secunda itaque susceptа peregrinatione egreditur vagaturus, satis sibi viatici in Christianis repositum esse existimans, à quibus quaquauersum incedebat, stipatus, in omni agebat rerum abũdantia. Atque ad hunc modum aliquantum temporis alebatur. Tandem admisso nescio quo aduersus illos flagitio (siquidem visus erat, vt opinor, aliquid ex interdictis comedisse) non recipientibus ampliùs illis, magna rerum difficultate perplexus, per recantationem opinabatur opes suas iterum à ciuitate repetendas esse: missisque literis, voluit iussu regis denuò cuncta auferre. Contrà deinceps missa legatione etiam à ciuibus, nihil actum est, sed iussus est stare rebus semel ab ipso constitutis, præsertim à nemine ad hoc per vim compulsus. Post id tertiam in Ægyptum peregrinationem instituit ad Agathobulum iter faciens, vt admirando studio semet exerceret, tondens capitis dimidium, ac vultum limo oblinens. Postea in magna circunstantis populi corona, tractans in manibus virilia, hoc tanquam medium & indifferens esse demonstrabat. Exin verberabat, & verberabatur ferula circa nates: multáque alia iuueniliora more mirifico ac præstigioso designabat. Cæterùm ad hunc modum instructus & exercitatus hinc soluit in Italiam: egressúsque è naui, statim omnes homines infectatus est linguæ petulãtia, cùm primis verò regem; quem nonerat natura placidissimum & mãsuetissimum: qua re impulsus, tutiori debacchabatur in omnes audacia. Etenim regi, vt par erat, parum curæ erant conuitia & blasphemiæ, neque vllum ex iis qui philosophiæ se tradiderant, propter verba supplicio afficere dignabatur, cũ primis verò eos qui rationẽ conuitiis impetendi alios artem sibi peculiarem fecissent. Porrò autẽ Peregrinus tanta dicẽdi licentia non mediocrem sibi gloriã comparabat. Itaq; apud homines idiotas in magna erat admiratione & reuerẽtia propter arrogantiã, donec is qui Reip. procurationẽ obibat, vir sapiẽs, eiectũ eum ablegasset, cùm præter modũ hac libertate nimisq; petulanter abuteretur, dicens, vrbi nihil opus esse tali philosopho. Quare hoc quoque de illo memorabile est, dum in ore erat omnibus, philosophus propter dicendi libertatem ac immodicam linguæ licentiam eiectus.

A εἷς φιλόπατριν, εἷς Διογένους ἢ Κράτητος ζηλωτής· οἱ δὲ ἐχθροὶ ἐπιφίμφοντο. κἂν εἴ τις ἐπιχειρήσειε μεμνῆσθαι τοῦ φόνου, λίθοις βάλλεσθαι ἐκάλλετο. ἐξελθὼν οὖν ὁ δεύτερος πλανησόμενος, ἱκανὰ ἐφόδια τοῖς Χριστιανοῖς ἔχων, ὑφ' ὧν δορυφορούμενος, ἐν ἅπασιν ἀφθόνοις ἐῶ. καί τινα χρόνον μὲν οὕτως ἐβόσκετο. εἶτα παροινήσας τι εἰς ἐκείνους (ὥφθη γάρ τι, ὡς οἶμαι, ἐδίων τῶν ἀπορρήτων αὐτοῖς) οὐκ ἐπιτρεπομένων αὐτῷ, ἀπορούμενος, ἐς παλινῳδίας ἔρετο δεῖν ἀπαιτεῖν πάλιν τῆς πόλεως τὰ κτήματα, καὶ γράμματεῖον ὑποδοὺς, ἠξίου ταῦτα κομίσασθαι, καλλύσματος βασιλέως. εἶτα τῆς πόλεως αὐτοπροσκλυσμὸν, οὐδὲν ἐπερήθη, ἀλλ' ἐμμένειν ἐκελεύσθη, οἷς ἅπαξ διέγνω, μηδενὸς κατημαλήσαντος. πρίτη ὅτε τοῦτος ἀποδημία εἰς Αἴγυπτον πάλιν πρὸς τὸν Ἀγαθόβουλον, ἵνα δὴ τῷ θαυμασίῳ ἄσκησιν διήσκητο, ξυρόμενος μὲν τῆς κεφαλῆς τὸ ἥμισυ, χριόμενος δὲ πηλῷ τὸ πρόσωπον. ἐν πολλῷ δὲ τῷ περιεστώτων δήμῳ διαφλῶν τὸ αἰδοῖον, καὶ τὸ ἀνάφορον δὴ τοῦτο καλούμενον ὑποδεικνύμενος. εἶτα παίων, καὶ παιόμενος ραφάνοις εἰς τὰς πυγάς, καὶ ἄλλα πολλὰ νεανικώτερα θαυμαστοποιῶν. ἐκεῖθεν δὲ οὕτω προπαιδευσάμενος, ὅτε Ἰταλίδα ἔπλευσε, καὶ ἀποβὰς τῆς νεώς, οὓς ἐλοιδόρησε πᾶσι, καὶ μάλιστα τὸν βασιλέα, τραχύτατον αὐτὸν καὶ ἠμερώτατον εἰδώς. ὥστε ἀσφαλῶς ἐπόλμησεν· ἐκείνῳ γὰρ, ὡς εἰκὸς, ὀλίγον ἔμελε τῶν λοιδορημάτων, καὶ οὐκ ἀξίου φιλοσοφίαν ὑποδυόμενόν τινα χολοῦσθαι ὑπὲρ ῥημάτων, καὶ μάλιστα πόλλων· τινὰ δὲ λοιδορεῖσθαι πεποιημένον. οὕτω δὲ καὶ ἀπὸ τούτων τὴν τῆς δόξης αὐξάνετο. τῶν γοῦν τοῖς ἰδιώταις, καὶ περιβλέπτως ὑπὸ τῇ ἀπειρίᾳ, μέχρι δή ὁ τοῦ πόλιν ὑπερτεραμένος αἰὼν ἔρως, ἀπέπεμψεν αὐτὸν ἀμέτρως σοφιζόμενα τῷ προσώπατι, εἰπὼν μὴ δεῖσθαι τοῦ πόλιν τοιούτου φιλοσόφου. πλὴν ἀλλὰ καὶ τοῦτο κλητὸν αὐτῷ, καὶ δεῖ σώματος ἐν ἅπασιν, ὁ φιλόσοφος δεῖ τὴν παρρησίαν καὶ τὴν ἄγαν ἐλευθερίαν ἐξελαθείς.

καὶ παρεσκάλωντε κἀτῶτο τῶ Μουσωνίῳ, καὶ Δίωνι, καὶ Ἐπικτήτῳ, καὶ εἴ τις ἄλλος ἐν τοιαύτῃ ἐγένετο. οὕτω δὴ ὅπῃ τὴν Ἑλλάδα ἐλθὼν, ἀρτὶ μὲν Ἠλείοις ἐλοιδορεῖτο, ἀρτὶ δὲ τοῖς Ἕλλησιν ἐπῆγεν αὐτὰ ἅπλα Ῥωμαίοις, ἀρτὶ δὲ ἀνδραποδίοις καὶ ἀξιώμασι παρῄνει, ὅπῃ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις δὴ ἐποίησε τὴν Ἑλλάδα, καὶ ὕδωρ ἐπήγαγε τῇ Ὀλυμπίᾳ, καὶ ἔπαυσε δίψει ἀπολλυμένους τοὺς πανηγυριστάς, κακῶς ἠγόρευεν ὡς κατῆλωσαν τοὺς Ἕλληνας, δίον τοὺς πατέρας τῶν Ὀλυμπίων δίψει καρτερεῖν διψῶντας, καὶ νὴ Δία γε καὶ ἀποθνήσκειν πολλοὺς αὐτῶν ὑπὸ σφοδρᾶς τῆς νόσου, αἰ τέως δίψῃ ὁ ξηρὸς τοῦ χωρίου, ἐν πολλῷ τῷ πλήθει ἐπιπολάζων καὶ τοῦτο ἐλέγε, πίνων τὸ αὐτὸ ὕδατος. ὡς δὲ μικρὸν κατέλυσεν αὐτὸν, ὑποδραμόντες ἅπαντες, τότε μὲν ὅπῃ τὸν Δία καταφυγὼν ὁ ῥυτὴρ, λύρᾳ τὸ μὴ ἀποθανεῖν. ἐς δὲ τὴν ἑξῆς Ὀλυμπιάδα, λόγον ποιούμενος τετραέτη ἐν σωτηρίᾳ τῶν Δίῳ μέσου, ἐξέλεξε παρὼν τοῖς Ἕλλησιν ἔπαινον ὑπὲρ τοῦ ὕδωρ ἐπαγαγόντος, καὶ ἀπολογίαν ὑπὲρ τῆς τότε φυγῆς. ἤδη δὲ ἀμελούμενος ὑφ' ἁπάντων, καὶ μηκέτ' ὁμοίως παρεθλεπτος ὤν (ἔωλα γὰρ ἦν ἅπαντα, καὶ οὐδὲν ἔτι καινουργεῖν ἐδύνατο) ἐφ' ὅτῳ οὐκ ἐπλήξει τις ἐντυχόντως, καὶ θαυμάζει, καὶ παρὸς αὐτὸν ἀποβλέπειν ποιήσῃ, ὅτῳ δὲ ἀρχῆς ἀριμοῦ τινα ἔρωτα ἐρῶν ἐτύγχανε, ὃ πλουσιώτατον τοῦτο πάλαισμα ἐβουλεύσατο περὶ τῆς πυρᾶς, καὶ διέδωκε λόγον ἐς τοὺς Ἕλληνας ὡς ἀφ' Ὀλυμπίων τὴν ἔμπρησιν, ὡς ἐς τοὐπιὸν καύσων ἑαυτόν. καὶ νῦν αὐτὰ τοῦτα θαυμαστοποιῆ, ὡς φασι, δεθρο ὀρύττων, καὶ ξύλα συλλογιζόμενος, καὶ δεινήν τινα τὴν καρτερίαν ὑπισχνούμενος ἐνέξειν ἢ, οἶμαι, μάλιστα μὲν περιμένει τὸν θάνατον, καὶ μὴ δραπετεύει ἐκ τοῦ βίου. εἰ δὲ ἐς πάντως διέγνωσται ἀπαλλάττεσθαι, μὴ πυρὶ,

A Atenim iam exactus oppido, cũ Muſonio ac Dione & Epicteto cõſuetudinem habuit, cúmque aliis quotquot non diſſimili infortunio mulctatos eſſe nouerat. Ad extremũ ita regreſſus in Græciã, modò probroſis dictis Elienſes impetebat, modò Græcos vt aduerſus Romanos arma ſumerent, ſolicitabat, modò virtum induſtrium, & multa dignitate præditum turpiter inuadebat, propterea quòd ille præter alia quibus de Græcis erat optimè meritus, etiam hac in re non vulgarẽ præſtitiſſet Græcię & opem & operam, quòd aquã in Olympiam deduxiſſet, ac primus populum ad feſtiuitatem cõfluere ſolitum, ſiti pereuntem ſubleuaſſet. In B hunc ergo Peregrinus lingoæ procacitate adductus, turpia verba euomere non ceſſabat, quaſi Græcos hac mollitie effœminaret: Oportet ſpectatores Olympiorũ ſitim fortiter tolerãtes perdurare. Ac per Iouem non pauci illorum mortem oppetebant, vehementibus morbis impliciti, interea propter loci ſiccitatem in magna & promiſcua multitudine emergẽtibus. His ita dictis, de eadem aqua potare ſolebat, adeò vt propemodũ ab omnibus accurrentibus lapidibus fuiſſet obrutus, niſi tunc commodùm ad Iouis ſimulachrũ C arrepta fuga generoſus ille ſe contuliſſet, ac ita præſenti diſcrimini vitata morte ſe ſubtraxiſſet. Cęterùm in proxima Olympiade orationem per quadriẽnium quod interfluxerat, multa cura meditatam atque compoſitam, ad Græcos habuit, laudes eius qui aquam deduxerat, ac fugæ ſuæ tunc factę defenſionem complectentem. Iam verò ab omnibus certatim contemptus negligebatur, nec erat ampliùs perinde in pretio & admiratione. Siquidem friuola & exoleta erant quæ moliebatur omnia, nec quicquam poterat ampliùs nouiter commentum aut excogitatum producere, quod ſtuporem & admirationem incuſſiſſet accedẽtibus, & quo ille ſibi dignitatem atquẽ authoritatem conciliaſſet, cuius ſub initium amore nõ dicendo extremè ambitioſus flagrabat. Ad extremum hoc temerarium & audax de pyra facinus commentus eſt, cáque de re in Græcorum multitudinẽ ſermonẽm iam ſparſit quòd ſtatim à prioribus Olympiis veluti in diem poſterum flammis ſemet ipſe traditurus eſſet. Et nunc hæc ipſa multis adornat præſtigiis, vt fama eſt, eruenda foſſa, ligniſque comportandis, ac miram & inuſitatam tolerantiam promittendo. Erat verò illi, vt mea fert ſententia, omnino mors expectanda, nullóque modo è vita profugiendum. At ſi immobili propoſito prorſus conſtitutum habet mortem cum vita commutare, conſentaneum mihi videbatur, ne hoc igne fieret,

Atuſonium. Dion. Epictetum.

neque his quæ ſunt in tragœdiis, vteretur, ſed alia aliqua mortis permutatione, quum infinitæ ſint, electa, è viuis diſcederet. Quòd ſi tamen igne, tanquam re quapiam Herculea, tantopere delectatur, cur non potiùs per ſilentium electo quopiã monte multis arboribus conſito, in eo ſe ipſe concremauit ſolus, vno aliquo, cuiuſmodi eſt Theagenes, Philoctete aſſumpto? Ille autem in Olympia præſente magna hominum frequentia, non in tabernaculis ſe ſolum videbit, alioqui haud indignus exiſtens per Herculem, ſicut par eſt homines parricidas ac impios malefactorum pœnas dare. Quin etiam nimiùm cunctanter ac ſero illud facere videtur, quem iam dudum oportebat in Phalaridis taurum illapſum, dignum nefariis factis exhauſiſſe ſupplicium, nec tantùm ſemel in flamma hiſcentem ſubitò expirare. Etenim à multis hoc pro certo confirmari audio, nullam mortem eſſe velociorem aut properantiorem, quàm eam quæ per ignem illata fuerit. Solum enim os aperiendum eſt, & ſtatim efflatur anima. Atqui & ille, vt opinor, eam quoque ſpectaculi dignitatem ſecum volutat in animo, rem videlicet grauem & præclaram eſſe, ſacro in loco comburi, vbi ne, ſepelire quidem alios morientes religioſum ducitur. Audiuiſtis enim, niſi fallor, quemadmodum iam olim quidam cupiens glorioſum & celebre apud poſteros nominis ſui monimentum relinquere, cùm nullam aliã videret ſibi relictam eſſe innoteſcẽdi rationem, Epheſiæ Dianæ templum abſumpſit incendio. Tale quippiam & hic ſecum molitur in animo: tanta gloriæ cupiditate tantumnon miſer ille contabeſcit. Sed enim aiunt illum hęc ipſa hominum gratia facere, vt eoſdem mortis cõtemptum doceat, ac in rebus arduis tolerantiã. Ego verò perlibenter interrogarem, nõ illum, ſed vos, nunquid etiam maleficos & facinoroſos eius diſcipulos fieri cupiatis in eiuſmodi tolerãtia perdiſcenda, ac morte contemnenda, tũ afflictionibus & cęteris terroribus fortiter perferẽdis? Atqui certè cõpertum habeo, iſta vos minimè velle aut cupere. Quo igitur pacto hoc Proteus diſcernit, vt bonis tantùm hac in re ſit profuturus, nec malis & nefariis hominibus maiorem ad contemnenda pericula, & ſceleratiora audendi animum additurus? Eſto ſanè ad hoc tantùm concurſuros eſſe, qui in optimam partem hanc rem ſaltem ſpectaturi ſint. Proinde ego vos iterum rogabo: Cupitiſne liberos veſtros illius æmulos fieri? Haudquaquam dicetis.

A μηδὲ τοῖς ἀπὸ τῆς τραγῳδίας τούτοις χρῆσθαι, ἀλλ' ἑτέρῳ τινὶ θανάτου τρόπον, μυρίων ὄντων, ἐλόμενον ἀπελθεῖν. εἰ δὲ καὶ ὁ πῦρ ὡς Ἡρακλεῖόν τι ἀσπάζεται, τί δήποτε οὐχὶ σιγῇ ἐλόμενος ὄρος δένδρον, ἐν ἐκείνῳ ἑαυτὸν συνέφρησε μόνος, ἔνα τινὰ, οἷος Θεαγένης τῶν, Φιλοκτήτην παραλαβών; ὁ δὲ ἐν Ὀλυμπίᾳ, τῆς πανηγύρεως πληθούσης, μόνον οὐκ ὀπὶ σκηνῆς ὀφθήσεται ἑαυτὸν, οὐκ ἀνάξιος ὤν, μὰ τὸν Ἡρακλέα, εἶναι καὶ τοῦ παραλόγου, καὶ τοῦ ἀθέου, δίκας διδόναι τῶν τολμημάτων· καὶ ἐν τούτῳ πάνυ ἐοικὲ

B δρᾶν αὐτὸ ἔοικεν, ὃν ἐχρῆν πάλαι εἰς τὸν τοῦ Φαλάριδος ταῦρον ἐμπεσόντα, πολὺ ἀξίαν ἀποτεῖσαι, ἀλλὰ μὴ ἅπαξ χανόντα πρὸς τὸν φλόγα, εἶτ' ἀκαρῆ τεθνάναι. καὶ γὰρ αὖ ἐκ τοῦ δὴ οἱ πολλοί μοι λέγουσιν, ὡς οὐδεὶς ὀξύτερος ἄλλος θανάτου τρόπος τοῦ διὰ πυρός. ἀνοῖξαι γὰρ δεῖ μόνον τὸ στόμα, καὶ αὐτίκα τεθνάναι. ὁ μὴν θέαμα ὑπονοῶ, οἶμαι, ὡς σεμνὸν, ἐν ἱερῷ χωρίῳ καιόμενος δένδρεον, ἔνθα μηδὲ θάπτειν ὅσιον τοῖς ἄλλοις ἀποθνήσκουσι. ἀκούετε δὴ, οἶμαι, ὡς καὶ πάλαι θέλων τις ἔνδοξος γενέσθαι, ἐπεὶ κατ' ἄλλον τρόπον οὐκ εἶχεν ὑπερτυχεῖν τούτου, συνέφρησε τὴν

C Ἐφεσίαν Ἀρτέμιδος τὸν νεών. τοιοῦτόν τι καὶ αὐτὸς ὑπονοῶ, τοσοῦτος ἔρως τῆς δόξης ὑπέπτηκεν αὐτῷ. καίτοι, φησὶν, ὅτι ἐπὶ τῷ δένδρεον αὐτὸ ἀπολέσθαι, ὡς διδάξει αὐτοὺς θανάτου καταφρονεῖν, καὶ ἐγκαρτερεῖν τοῖς δεινοῖς. ἐγὼ δὲ ἥδιον ἂν ἐροίμην οὐκ ἐκεῖνον, ἀλλ' ὑμᾶς, εἰ καὶ τοὺς κακούργους βούλοισθε ἂν μαθητὰς αὑτῶν γενέσθαι τῆς καρτερίας ταύτης, καὶ καταφρονεῖν θανάτου, ἐκ καπώπως, καὶ τῶν τοιούτων δειμάτων. ἀλλ' οὐκ ἂν δύ

D οἶδ' ὅτι βουληθείητε. πῶς οὖν ὁ Πρωτεὺς τοῦτο διακρίνει, καὶ τοὺς μὲν χρηστοὺς ὠφελοῦσι, τοὺς δὲ πονηροὺς ἀνωφελεστέρους ἐκ τολμηροτέρους ἀπέφηνε; καίτοι δυνατὸν ἦν ἐκ τοῦ μόνους ἀπομωκήσεως τοὺς ἄλλους ἐκ τοῦ μόνους ἀφελεῖν ὑφορμῶν ὁ πρᾶγμα· ὑμᾶς δ' ἂν αὖθις ἐρήσομαι, Δέξασθ' ἂν ὑμῶν τοὺς παῖδας ζηλωτὰς τοῦ πάθους γενέσθαι; οὐκ ἂν εἴποιτε.

καὶ τί τοῦτο ἠρώμην, ὅπου μηδεὶς αὐτῷ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ ζηλώσειεν ἄν; τὸν οὖν Θεαγένη τοῦτον μάλιστα αἰτιάσαιτο ἄν τις, ὅτι πάντα ζηλοῖ τοῦ διδασκάλου, καὶ συνοδοιπορῶν τῷ Ἡρακλεῖ, ὡς φησιν, ἀπίοντι, δυνάμενος ὑπὸ Ἡρακλεῖ παιδαγωγεῖσθαι, καὶ συμπιὼν ὅτι κεφαλῆς εἰς τὸ πῦρ. τὸ γὰρ ἐπὶ πήρᾳ, καὶ βακτηρίᾳ, καὶ τρίβωνι ὁ ζῆλος, ἀλλὰ ταῦτα μὲν, ἀσφαλῆ καὶ ῥᾴδια, καὶ πολλοὺς ἂν εἶη· τὸ τέλος δὲ, καὶ τὸ κεφάλαιον αὐτὸ ζηλοῦν, καὶ πυρὶ συνιέντα κερμὸν σιωπῶντα, ὡς ἔνι μάλιστα χλωρῷ, διαποπνιγῆναι τῷ καπνῷ. τὸ πῦρ γὰρ αὐτὸ, τὸ μόνον Ἡρακλείους, καὶ Ἀσκληπιοῦ, ἀλλὰ καὶ τῶν ἱεροσύλων, καὶ πατροφόνων, ὃς ὁρᾷ ὅστις ἐκ καταδίκης αὐτὸ παρέσχεν. ὥστε ἄμεινον τὸ ἅλις τοῦ καπνοῦ. ἤδειν γὰρ καὶ ὑμῶν μόνων αὐτὸ ἐρῶντα. ἄλλως τε, ὁ μὲν Ἡρακλῆς, εἴπερ ἄρα καὶ ἐπόλμησέ τι τοιοῦτον, ὑπὸ νέφους αὐτὸ ἔδρασεν, ὑπὸ τῆς Κενταυρείου αἵματος, ὡς φησιν ἡ τραγῳδία, κατασιόμενος. σοὶ δὲ, τίνος αἰτίας ἔνεκεν ἐμβάλλειν φέρει ἑαυτὸν εἰς τὸ πῦρ; νὴ Δί', ὅπως τὴν καρτερίαν ἐπιδείξηται, καθάπερ οἱ Βραχμᾶνες. ἐκείνοις γὰρ ἑαυτὸν ἠξίου Θεαγένης εἰκάζειν, ὡς παρ' οὐκ οἶδ' ὅν ἐν Ἰνδοῖς εἶναί τινας μωρούς τε καὶ κενοδόξους ἀνθρώπους. ὅμως δ' ἴσως καὶ ἐκείνους μιμείσθω. ἐκεῖνοι γὰρ οὐκ ἐμπηδῶσιν εἰς τὸ πῦρ, ὡς Ὀνησίκριτος ὁ Ἀλεξάνδρου κυβερνήτης, ἰδὼν Κάλανον καλούμενόν, φησίν. ἀλλ' ἐπειδὰν πόσωσι, πλησίον παραστάντες ἀκίνητοι, αἰσχόμενοι παρωτρωθῶμοι, εἶτ' ὀπισθόπους τὸ χῆμα, καίονται, οὐδὲ ὅσον ὀλίγον ἐκτρέψαντες τῆς καταλήσεως. σοὶ δὲ τί μέλα, εἰ ἐμπεσὼν πυθήξει, σιωπαθεὶς ἐκτὸς τοῦ πυρός; οὐκ ἀπ' ἐλπίδος μὴ ἀναπόστου αὐτὸν, καὶ ἡμίφλεκτον, εἰ μή, ὥσπερ φασὶ, μηχανήσεται, βαθεῖαν σκάψαι καὶ ἐν βόθρῳ τινὶ πυρᾶν. εἰσὶ δ' οἳ καὶ μεταβάλλεσθαι φασὶν αὐτὸν, καί τινα ὀνείρατα διηγεῖσθαι, ὡς τοῦ Διὸς οὐκ ἐῶντος μιαίνειν ἱερὸν χωρίον. ἀλλὰ θαῤῥείτω γοῦν γε ἕνεκα.

Atqui hoc ipſum quærebam, num quis ex diſcipulis eius eundem imitaretur? Theagenem itaque in hoc quiſpiam iure optimo accuſare poſſit, quòd cùm in aliis per omnia viri æmulus eſſe ſtudeat, hac in parte tamen præcedentem præceptorem minùs ſequatur, itérque cum eo faciat, ad Herculẽ, veluti perhibẽt, abeunte, præſertim cùm in breui poſſit ſummè ac omnibus numeris felix euadere, per præceps ſaltem in ignem illapſus. Neque enim in pera, aut baculo, aut ſordido pallio circumferendo, æmulationis ſumma ſita eſt, ſed hęc extra periculũ poſita ſunt, & imitatu facilia, & cuiuſuis hominis. Ipſum finem & caput æmulari conuenit, ingenti videlicet pyra ex truncis ſiculneis & maximè viridibus congeſta, fumo ſemet præfocari. Siquidem ignis non tantùm Herculis & Æſculapij proprium æſtimandum eſt, ſed ſacrilegorum quoque & parricidarum, quos iudicio condemnatos, hoc ipſo ſupplicio affici videmus: ita vt longè præſtabilius eſſe putem, vobis fumo præfocatis oppetere. Hoc enim vobis tandem vt peculiare & propriũ adſcribi poteſt. Alioqui etſi Hercules tale quippiã auſus eſt, doloris & morbi impatientia impulſus hoc fecit, dum à ſanguine Centaurico, veluti teſtis eſt tragœdia, infectus abſumeretur. Cæterùm ille qua cauſa incitatus ſeipſum in ignem ferens præcipitat? Per Iouẽ ſcilicet vt animi tolerantiam hoc argumento notam faciat, non ſecus atque Brachmanes. Illis enim Theagenes præceptorem ſuum aſſimilare contendit. Quaſi verò non etiam apud Indos inueniantur homines vecordes & ſtolidi, vanæque gloriæ extremè dediti. Attamen quando ita fert animus, imitetur illos. Etenim illi ignem inſiliendi morem non habent, veluti Oneſicritus claſſis Alexandrinæ gubernator ait, cùm Indum ardentem, ſicut fama eſt, conſpexiſſet. Verùm poſteaquam cõgeſta atque incenſa pyra conuenerint, propè aſſiſtentes immobiles lẽtè aſſari fortiter ſuſtinẽt. Deinde ingreſſi iuxta habitum, ardẽt, ne tantillũ quidem poſt accubitũ ſe auertentes. Cæterũ ille quid adeò magni aut præclari deſignat facinoris, ſi illapſus ſuffocatur, à flãmis ſubitò & violẽter diſcerptus? Neq; enim eam, vt opinor, ſpem concepit in animo, vt ſemiuſtus ab igne reſiliat, niſi hoc, quod à nõnullis audio, inſidioſè ſtruat, vt infrà quoque in foſſa pyra profunda ſit. Sunt præterea qui illum transformatum iri confirmẽt: eique rei cõprobandę iam percenſent ſomnia tanquam Iupiter cõceſſurus non ſit vt ſacer locus cæde contaminetur. Atqui eam ob rem planè ſecurus ſit animi.

vt quorum plerisque victus labore quæritur, ac passim paupertas, egestas ac desperatio, & illud, Hei mihi: &, vnde inueniam? &, ô fortunam, atque id genus alia permulta apud nos nempe pauperes abundant: quanquam his de rebus leuiùs discruciaremur, nisi diuites conspiceremus tanta fruentes felicitate, qui quidem quum tantum auri, tantum argenti conditum habeant, tantum vestium possideant, tot mancipia, tot currus, familias, agros, atque harum rerum omnium magnam vim teneant, tamen adeò nobis nihil vnquam de eis impertiunt, vt plebeios homines ne aspectu quidem dignentur. Hæc, inquam, sunt Saturne, quæ nos enecant maximè, planéque rem intolerandam arbitramur, hunc in purpura accumbentem, tantis opum deliciis affluere, ructantem interim, & applaudentibus amicis perpetuò festum diem agere: me verò, meique similes, somniorũ coniecturas interpretari, ficunde fortè quatuor oboli contingant, quò videlicet pane polétáve expleti dormire queamus, nasturtium, aut porrum, cepásve, alliúmve obsonij vice arrodentes. Aut hęc igitur, Saturne, ad ęqualitatem vitę mutes corrigásque necesse est: aut quod est postremum, illis ipsis interdicas diuitibus, ne soli bonis fruantur, verùm è modiis auri tam multis vel heminam in omneis nos dispergant. Porrò ex vestibus, si quas iam à tineis exesas, citra suum incommodum dare possint: malintque hæc prorsus vetustate situque peritura, nobis dare qui induamur, quàm sinere vt in cubilibus ac scriniis multa carie computrescant. Præterea vt cœnent singuli, nunc quaternis nunc quinis pauperibus ad conuiuium adhibitis. Haud isto quidem pacto, quo his temporibus conuiuia peraguntur, verùm popularius, vt æqua sit omnium portio, neque vt hic opsoniis ingurgitet sese, famulo interim adstante atque opperiente donec herus vorando præfocetur. Cæterùm vbi nox venerit, quum vix etiam apparauerimus admouere manum, protinus ad alios transferatur patina tantùm ostensa, vel si quid de placenta reliquum est. Neque illatum aprum ita partiatur, vt domino totum dimidium apponat vnà cum capite, reliquis autem ossa tecta apponat.

ἡ ἔφη δὲ μὴ πόνων τοῖς πλείοσις, ἢ πενία δὲ, καὶ ἀπορία, καὶ ἀμηχανία, καὶ ὀ, οἴμοι, καὶ ὄ, πόθεν αὖ μοι γένοιτο, καὶ ὦ τῆς τύχης, πολλὰ τοιαῦτα παρ' ἡμῖν τοῖς πένησι· καὶ ἦπερ δῶ, δι' ἃ θᾶττον, λυπώμεθα αὐτὰ ἐπ' αὐτοῖς, εἰ μὴ τοὺς πλουσίους ἑωρῶμεν τοσαύτην εὐδαιμονίαν συνειλεγμένους, οἱ τοσοῦτον μὲν χρυσὸν, τοσοῦτον δὲ ἄργυρον ἐγκεκλεισμένοι, ἐσθῆτας δὲ ὅσας ἔχοντες, ἀνδράποδα δὲ, καὶ ζεύγη, καὶ οἰκίας, καὶ ἀγρούς, πάμπολλα δὲ ταῦτα ἕκαστα κεκτημένοι, οὐχ ὅπως οὐ μεταδιδόασιν ἡμῖν ποτε αὐτῶν, ἀλλ' οὐδὲ παρορᾶν τοῖς πολλοὺς ἀξιοῦσι. ταῦτα ἡμᾶς μάλιστα ἀποπνίγει, ὦ Κρόνε, καὶ ἀφόρητον ἡγούμεθα τὸ πρᾶγμα. τὸν μὲν ἐφ' ἁλουργίδων κατακείμενον, τοσούτοις ἀγαθοῖς ἐντρυφᾶν ἐρυγόντα, καὶ ὑπὸ τῶν συνόντων εὐδαιμονιζόμενον, ἀεὶ ἑορτάζοντα. ἐμὲ δὲ, καὶ τοὺς ὁμοίους, ὀψοφαγεῖν, εἴ ποθεν ὀβολοὶ τέτταρες γένοιντο, ὡς ἔχοντα μῶν ἄρτων ἢ ἀλφίτων ἐμπεπλησμένοι καθεύδειν, κάρδαμον, ἢ σῦμον, ἢ χρόμυον ὀπτησάμενοι. ἢ τοίνυν ταῦτα, ὦ Κρόνε, ἀλλάττειν, καὶ μεταποιεῖν ἐς τὸ ἰσοδίαιτον, ἢ τὸ ὕστατον, αὐτούς γε ἐκείνους κελεύειν τοὺς πλουσίους, μὴ μόνους ἀπολαύειν τῶν ἀγαθῶν, ἀλλὰ ἀπὸ μεδίμνων τοσούτων, χρυσοῦ κοινῇ γε ἡμῖν πάντων καταπεδάσαι. ἀπὸ δὲ ἱματίων, ὅσα καὶ ὑπὸ σητῶν ἀφανρωθέντα, σὲ μὲν αὐτοῖς αἰτιάσασθε· ταῦτα γοῦν πρώτους ἀπολυμήνα, καὶ ὑπὸ τῆς χρόνου ἀφθαρησόμενα, ἡμῖν δοῦναι περιβαλέσθαι μᾶλλον, ἢ ἐν ταῖς κιστίσι, καὶ κίσταις, ὑρωτι πολλῷ καταπαπτᾶσθαι. καὶ μὲν καὶ δυσπίζειν ἕκαστον, ἄρτι μὲν, τέτταρας, ἄρτι δὲ, πέντε τῶν πενήτων παραλαμβάνοντας· μὴ μέντοι ἐς τὸν νεῶν ζόφον τῶν δείπνων, ἀλλ' ἐς τὸ δημοτικώτερον, ὡς ὀπίσω μετέχειν ἀπορίας, καὶ μὴ τὸν μὲν ἐμφορεῖσθαι τῶν ὄψων, καὶ τὸν οἰκέτην περιμένειν ἑστῶτα, ἕστ' ἂν ἀπαγορεύσῃ ἑαθίων. ἐφ' ἡμᾶς δὲ ἐλθόντα, ἔτι παρασκευαζομένων ὡς ὀπτᾶλείμμα τὸ χεῖρα, παραμείδεσθαι, δείξαντα μόνον τὸν λοπάδα, ἢ ὅσον ὅσῃ τῆς πλακοῦντος τὸ λοιπόν· μηδὲ ἐσκημμένους συὸς, ἀφανέμοντα, τὰ μὲν δεσπότῃ παρατιθέναι ὃ ἡμίτομον ὅλον σὺν τῇ κεφαλῇ, τοῖς δὲ ἄλλοις ὀστᾶ φέρειν ἐγκεκαλυμμένα.

ἐπισχεῖν δὲ καὶ τῆς οἰνοχόοις μὴ παρεμβάλλῃ, A Vtque præmoneantur pincernæ, ne contentur donec vnuſquiſque noſtrûm ſepties poſcat bibere, ſed ſemel iuſſi protinus infundant, & ingentem calicem impletum tradant æquè atque ipſi domino; vtque vnum & idem vinum conuiuis ſit omnibus. Alioqui vbinam iſta lex ſcripta fuit, aut receptus mos, vt hic vino odorato generoſóque temulentus ſit, mihi contrà muſto diſrumpatur aluus? Hęc ſi correxeris nouarisque Saturne, tum demum effeceris vt vita verè vita ſit, feſtum verè feſtum: ſin minùs, illi quidem epulentur, nos autem interim ſedentes precabimur, vt ſimul atque loti venerint, puer ſubuerſam amphoram rumpat, vtque coquus ius adurat, ac per obliuionem muriam piſcium in lentem infundat, vtque canis in domum irruens, obſoniorum artificibus alibi intentis, exta deuoret vniuerſa, præterea placentæ dimidium: vtque ſus ac ceruus, neque non ſuculæ inter aſſandum idem faciãt, quod Homerus de Solis bobus commemorat: imò vti non ſerpant ſolùm, verumetiam vnà cum ipſis verubus in montem abripiant ſeſe, fugiántque: vtque ipſæ etiam aues pingues, iam ademptis plumis, & ad coquendum apparatæ, volatu aufugiant, ne ſoli illis fruantur: quódque futurum eſt illis grauiſſimum, vt formicæ tales, quales feruntur Indicæ, aurum è theſauris effoſſum, noctu in publicum efferant: vtque veſtis curatorum indiligentia ita ab optimis muribus perforetur, vt cribrũ videri poſſit, nihilque differat à caſſe venatorio: vtque formoſi illorum comatique puelli (quos Hyacinthos, aut Achilles, aut Narciſſos appellare ſolent) dum ipſis poculum porrigunt, ſubitò defluente coma calui fiant, & acutam edant barbam, cuiuſmodi in comœdiis induci ſolent Sphenopogones, quibus à cuneata barba nomen inuentum eſt: vtque vertex illis aſperis ac pungentibus pilis ſit hirtus, reliqua capitis parte nuda. Hæc atque his etiam plura illis imprecabimur, niſi deſinant vſqueadeo ſuis priuatim ſtudere commodis, velintque in commune diuites eſſe, nobis quoque quantum æquum eſt impartientes.

ἔστ' ἂν ἑπτάκις αἰτήσῃ πίῃν ἡμῶν ἕκαστος, B
ἀλλὰ ἰὼ ἅπαξ κελεύσῃ, αὐτίκα ἐγχέαι, καὶ
ἀναδοῦναι, μεγάλῳ κύλικα ἐμπλησαμένους, ὥσπερ τῷ δεσπότῃ. καὶ τὸν οἶνον δὲ αὐτὸν πᾶσι τοῖς συμπόταις, εἶναι καὶ τὸν αὐτὸν εἶναι. ἢ που γὰρ γεγράφθαι τοῦτον τὸν νόμον, τὸν μὲν, ἀβοσμίου μεθύσκεσθαι, ἐμοὶ δὲ κατὰ τοῦ γλεύκους διαῤῥήγνυσθαι τὴν γαστέρα; ἰὼ ταῦτα ἐπόρθωσης, καὶ μετακόσμησης, ὦ Κρόνε, βίον μὲν τὸν βίον, ἑορτὴν δὲ τὴν ἑορτὴν ἔσῃ πεποιηκώς· εἰ δὲ μή, ἐκεῖνοι μὲν ἑορτάζοιντων· ἡμεῖς δὲ καθεδούμεθα, βύβλινοι, ἐπιδρῦ λευσάμενοι ἥκωσι, τὸν παῖδα μὲν αὐτοῖς αἰσχύνοντα τὸν ἀμφορέα, καπάξαι· τὸν μάγειρον δὲ, τὸν ζωμὸν κιναιδῶσαι, καὶ ὁπλαδὸν ὑμὸν, ὃ παίζων μὲν ἐς τὴν φακὴν ἐμβαλῇ τὴν ἰχθύων· τὴν κύνα δὲ πρεισπεσοῦσαν, τόν τε ἄλλον ὅλον καταφαγεῖν, καὶ τἄλλα τὴν ὀψοποιὸν ἐχόντων, καὶ τὸ πλακοῦντος ὃ ἥμισυ. τὸν ὦν δὲ, καὶ τὸν ἔλαφον, καὶ τὰ δελφάκια μεταξὺ ὀπτὰ μάλα, ὃ ὅμοιον ποιῇν, ὥσπερ Ὁμηρος περὶ τὴν ἡλίου βοῶν φησι· μᾶλλον δὲ μὴ ἅρπειν μόνον, ἀλλ' C
ἀναπτῆναι, φεύγειν εἰς ὄρος αὐτοῖς ὅσα-
λοῖς· καὶ τὰς ὄρνις δὲ τὰς παχείας, καὶ ἀπέρεσις ἤδη οὔσας, καὶ ἐκβυασμένας, διαπτάμενας, οἴχεσθαι καὶ ταύτας, ὡς μὴ μόνοι ἀπολαύοιεν αὐτῶν. ὃ δὴ μάλιστα αὐτοὺς ἀνιάσῃ, ὃ μὲν χρυσίον, μύρμηκας πτηνοὺς, οἵους τοὺς Ἰνδικοὺς, ἀνορύττοντας ἐκ τῆς γῆς θησαυρὸν, ἐκφέρειν κρυπτὸν ἐς ὃ δημόσιον. τὴν ἐαθῆτα δ' οἱ ἐλιγωρίᾳ τῶν ἐπιμελητῶν κομιδῇ ἀφανιζομένην ὑπὸ τῆς Σελήνης μυᾶν, ὡς Σελήνης γυναικείας μηδὲν διαφέρειν. παῖδας δ' αὐτῶν τοὺς ὡραίους, καὶ κομήτας, οὓς Ὑακίνθους, ἢ Ἀχιλλέας, ἢ Ναρκίσσους ὀνομάζουσι, μεταξὺ ὀρέγοντας σφίσι τὸ ἔκπωμα, φαλακρὰς γίγνεσθαι, ὑπορρεούσης τῆς κόμης, καὶ πώγωνα φύειν ὀξύν, οἷοί εἰσιν ἐν ταῖς κωμῳδίαις οἱ σφηνοπώγωνες, καὶ τοὐνομὰ τοῖς κροτάφοις, πρὸν λάσιον, καὶ κάρτα ἐκκεκοπωμένον. ὃ μεταξὺ δ', λῷον καὶ γυμνὸν εἶναι. ταῦτα καὶ πλείω τούτων εὐξαίμεθ' ἄν, ἰὼ μὴ θέλωσι τὸ ἄγαν φίλαυτον τοῦτο ἀφεῖναι, ἐς τὸ κοινὸν πλουτεῖν, καὶ μεταδιδόναι ἡμῖν τῶν μετεῖναι.

ὡς εἰ καλὸν ἦν τὸ πλουτεῖν, καὶ βασιλεύειν, ἀφέντα αὐτὰ, καὶ παραχωρήσαντα ἄλλοις, καὶ ἰδιωτεύοντα, καὶ ἀνέχεσθαι ὑπ' ἄλλῳ τεταγμένον. ἀλλὰ τὰ πολλὰ τούτων εἰδὼς, ἃ τοῖς πλουσίοις καὶ ἀρχικοῖς ἀναγκαῖα ἀπαντᾶν, ἀφῆκα τὴν ἀρχήν, δι' ποιῶν. καὶ γὰρ ἃ νῦν ἐποτνιῶ παρὸς μὲ, ὡς τοὺς μὴν, συῶν καὶ πλακουντων ἐμφορουμένους, ὑμᾶς δὲ, κάρδαμον, ἢ θύμον, ἢ χόρτου ὀπτησόμενος ἐν τῇ ἑορτῇ, σκέψαι οἵα ἐστί. παρὸς μὲν γὰρ τὸ παρὸν, ἡδύ, καὶ οὐκ ἀνιαρὸν ἴσως ἑκάτερον αὐτῶν· ὡς δὲ μὴ τοῦτο, ἔμπαλιν διαφέρεται τὸ πρᾶγμα. εἶτα ὑμεῖς μὴν οὔτε καρηβαρήσαντες ἀνασαίνετ' ἂν ἐς τὴν ὑστεραίαν, ὥσπερ ἔνιοι ὑπὸ τῆς μέθης, οὔτε ὑπὸ τῆς ἄγαν πλησμονῆς, δυσῳδές τι, καὶ πνωδέστερον ἐρυγόμενοι· οἱ δὲ, τούτων τε ἀπολαύουσι, καὶ τὸ πολὺ τῆς νυκτὸς, ἢ παίειν, ἢ γυναῖξιν, ἢ ὅπως ἂν ὁ πάνυ κιβδηλοσωματοφυρέντες, ἢ φθόῃ, ἢ πεπτικὴν, ἢ ὕδερον, ἢ χαλεπῶς συνεξελθεῖν ἐκ τῆς πολλῆς πυρῆς. ἢ τίνα δὴ αὐτῶν ῥᾳδίως δέξαι δικαίῳ, μὴ πάνυ τι ὠχρὸν ὄντα, πολὺ δὲ νεκρώδη ὑπιφαίνοντα; τίνα δὲ ἐς γῆρας ἀφικόμενον, τοῖς αὐτοῦ ποσὶν, ἀλλὰ μὴ φορείῳ ὑπὸ τεττάρων ὀχούμενον, ὁλόχρυσον μὲν τὰ ἔξω, κατάῤῥαφον δὲ τὰ εἴσω, ὥσπερ αἱ τραγικαὶ ἐσθῆτες ἐκ ῥακῶν πάνυ δὴ τινων συγκεκομμέναι; ὑμεῖς δὲ, ἰχθύων μὲν ἄγαν ἥδεσθε, καὶ ἄσιτοι· ποδάγρας δὲ, ἢ πεπτικῆς, οὐχ ὁρᾶτε ὅτι καὶ τούτων ἄπειροί ἐστε; ἢ εἴ τι κατ' ἄλλην τινὰ αἰτίαν συμβαίνει. καίτοι οὐδ' αὐτοῖς ἐκείνοις ἐπ' ἴσης ἐστὶν αὐτὸ, καθ' ἡμέραν, καὶ πέρα τοῦ κόρου ἐσθίειν τούτων· ἀλλ' ἴδοις ἂν αὐτοὺς οὕτω λαχάνου ἢ θύμου ὀρεγομένους ἐνίοτε, ὥσπερ οὐ τῶν λαγῶν, καὶ συῶν. ἐῶ λέγειν ἕτερα ἄλλα λυπεῖ αὐτούς, ἢ υἱὸς ἀκόλαστος, ἢ γυνὴ, ἢ οἰκέτου ἐρῶσα, ἢ ἐρώμενος, παρὸς ἀνάγκην μᾶλλον, ἢ παρὸς ἡδονὴν συνών· καὶ ὅλως, πολλά ἐστιν ἃ ὑμεῖς ἀγνοοῦντες, τὸν χρυσὸν ὁρᾶτε αὐτῶν μόνον, καὶ τὴν πορφύραν, ἢν ἰδόντές ποτε ἐξελαυνόντων ὑπὸ λευκοῦ ζεύγους, κεχήνατε, καὶ παρεκυνεῖτε.

A vt si præclara res esset opulentia, aut regnum, depositurus hæc, aliisque ea cessurus fuerim, paterérque vt nunc priuatus alieno parerem imperio? Quin potiùs quum non essem ignarus huiusmodi malorum quæ plurima diuitibus ac regibus adsint necesse est, imperium deposui, idque sapienter. Nam quod tu nunc apud me deos obtestans deplorabas, illos apris ac placentis expleri, vos contrà nasturtium porrúmve aut cepe per festi tempus opsonij loco arrodere, cuiusmodi sit, considera. Etenim in præsens quidem vtrunque dulce est illis, miniméque molestum: at postea B res inuertitur: quandoquidem vobis deinde non accidit vt postridie surgatis capitis dolore grauati ob temulentiam, quemadmodum illi, neque ob immodicam ingurgitationem, graueolentem & acrem spiritum ructatis. At illi hoc quoque fructus ferunt, vt quoniam magnam noctis partem vario coitu pro libidinis arbitrio transigunt, facilè sibi vel tabem, vel tussim, vel morbum intercutem, ex intemperato voluptatum vsu colligant. Alioqui quotumquemque potes ostendere, qui non C planè palleat, ac faciem cadaueroſam præ se ferat? Quotumquenque autem, qui cùm ad senectutem peruenerit, suis ipsius pedibus ingrediatur, ac non potiùs à quatuor baiulis gestetur? foris quidem totus aureus, intus putris ac pannosus, cuiusmodi sunt tragica indumenta, ex pannis admodum vilibus consarcinata. Vos autem quum molestum est quòd de piscibus gustare non liceat, quòd inedia laboratis, non illud item cogitatis, eosdem & podagræ & tussis expertes esse, aut si quid aliud aliam ob caussam illis incommo- D di contingit. Quanquam nec illis ipsis æquè dulce est, quotidie, supráque satietatem istis vesci: quin potiùs videas eos nonnunquam ita olus ac lupinum appetere, vt tu non æquè leporem appetas aut aprum. Vt de reliquis interim sileam, quæ illos discruciant, puta si filius sit luxuriosus, si vxor vel amans, vel amata à famulo, coacta magis quàm ex animo cum illo dormiat. In summa, multa alia sunt, quæ vos ignorantes, tantùm aurum illorum ac purpuram videtis. Tum si quando videtis eos albo prouehi curru, inhiatis & adoratis.

Quòd ſi illos contemneretis negligeretiſque, neque ad argenteum currum oculos haberetis intentos, neque inter colloquendum, ſmaragdum annulo incluſum reſpectaretis, neque veſtes obiter contrectantes, mollitiem admiraremini, ſed ſineretis eos ipſos ſibi diuites eſſe; haud dubiè futurum ſit vt ipſi vos vltrò adirent, ad cœnam rogarent, nimirum vt vobis oſtendere poſſint lectos, menſas, ac pocula. Quarum rerum nulla ſit vtilitas, ſi ſine teſte poſſideantur. Certè reperiretis pleraque hæc illos veſtra cauſſa parare, non quò vtantur ipſi, ſed vti vos admiremini. Hæc ad conſolandos vos ſcribo, vtrunque vitam cognitam habens. Conuenítque ita feſtum agere, vt cogitetis omnibus breui decedendum è vita; & illis, depoſitis opibus; & vobis, relicta paupertate. Quanquam & illis ſcribam, ſicuti ſum pollicitus: certum ſcio eos non neglecturos literas meas.

Εἰ δὲ ὑπερεωρᾶτε αὐτῶν, καὶ καταφρονεῖτε, καὶ μήτε ἐπιστρέφεσθε πρὸς τὸν ἀργυροῦν ἅρμα βλέποντες, μήτε μεταξὺ διαλεγομένων, εἰς τὸν ἐν τῷ δακτυλιδίῳ σμάραγδον ἀφεωρᾶτε, καὶ τὴν ἁπτὸν ὑποψαυόμενοι, ὃ μαλακὸν ἐθαυμάζετε, ἀλλ' εἶᾶτε καθ' ἑαυτοὺς πλουτεῖν, ἀδύ ἐστι, αὐτοὶ ἐφ' ἡμᾶς ἰόντες, ἐδίσιτρ συνδειπνεῖν, ὡς ὑποδείξαιτο ὑμῖν τὰς κλίνας, καὶ τὰς τραπέζας, καὶ τὰ ἐκπώματα, ὧν οὐδὲν ὄφελος εἰ ἀμάρτυρος ἡ κτῆσις εἴη. τά γέ τοι πλεῖστα ὑποδύεσθε αὖ, αὐτοὶ ὑμῶν ἕνεκα κτωμένους, οὐχ ὅπως αὐτοὶ χρήσωνται, ἀλλ' ὅπως ὑμεῖς θαυμάζοιτε. Ταῦτα ὑμᾶς παραμυθούμεθ, εἰδότες τὸν βίον ἑκάτερον, καὶ ἄξιον ἑορτάζειν, συνομολογοῦντες ὅτι μετ' ὀλίγον ἀποθανόντας δεήσει ἀπιέναι ἐκ τοῦ βίου, κἀκείνους τὸν πλοῦτον, καὶ ὑμᾶς τὴν πενίαν ἀφέντας. πλὴν ὅτι γε αὐτοῖς ὡσαύτως ὑποτεθείμεθα τὴν αὐτὴν ὅτι οὐκ ὀλιγωρήσουσι τῶν ἐμῶν γραμμάτων.

ΚΡΟΝΟΣ ΤΟΙΣ ΠΛΟΥΣΙΟΙΣ ΧΑΙΡΕΙΝ.

SATVRNVS DIVITIBVS S.

PAuperes nuper ad me datis literis incuſarunt vos, qui nihil ipſis ex facultatibus quas poſſidetis, impertimini: atque omnino poſtularunt vt omnia bona facerem omnibus cõmunia, vt ad ſingulos illorum ſua pars rediret. Æquum enim eſſe, vt rerum æqualitas conſtituatur, neq; decere vt huic ſuperſit, ille nullo modo ſit particeps voluptatum. Ego verò reſpondi, hiſce de rebus rectiùs Iouem conſideraturum. Cæterùm de præſenti negotio, déque iniuriis quibus ſeſe per feſtos dies affici putant, videbã mei officij eſſe ſententiam ferre, súmque pollicitus me vobis ſcripturũ. Sunt autẽ quę poſtulant, hæc, vt mihi quidẽ videtur, æqua. Nam quo pacto, inquiunt, tanto frigore horrentes, tantæq; obnoxij eſuritioni, poſtea diem etiam feſtũ celebrare poſſimus? Quare ſi vellem & illos feſti participes eſſe, poſtularunt vt cogerem vos, vt & de veſtibus illis impertiamini, ſi quæ ſuperſunt pinguiores quàm quæ vobis conueniant, vtque de auro nonnullas guttulas in illos deſtilletis. Quòd ſi iſta feceritis, inquiunt, non erit ampliùs diſceptatio inter vos de bonis apud Iouem.

Οἱ πένητες ἔναγχος ἐπεστάλκασί μοι, αἰτιώμενοι ὑμᾶς, μὴ μεταδιδόναι σφίσιν ὧν ἔχετε· καὶ ὅλως ἠξίουν με κοινὰ πᾶσι ποιῆσαι τἀγαθά, καὶ ὃ μέρος, ἕκαστον αὐτῶν ἔχειν. δίκαιον γὰρ εἶναι ἰσοτιμίαν καθεστηκέναι, καὶ μὴ τὸν μὲν πλέον, τὸν δὲ μηδ' ὅλως μετεῖναι τῶν ἡδέων. ἐγὼ δὲ περὶ μὲν τούτων ἔφην ἄμεινον σκέψασθαι τὸν Δία· περὶ δὲ τῶν παρόντων, καὶ ὧν ἀδικεῖσθαι φρονοῦσι τῇ ἑορτῇ, εὐθὺς ἐνταῦθα ἐμὲ καθήκουσάν τὴν κρίσιν, καὶ ἐπιτρέπειν γράψειν πρὸς ὑμᾶς. ἔστι δὲ ἄνδρας ἀξιοῦσι ταῦτα μέτρια, ὡς ἐμοὶ ἔδοξε. πῶς γάρ, φασι, ῥιγοῦντες τοσοῦτῳ κρύει, καὶ λιμῷ ἐχόμενοι, προσέτι ἑορτάζοιμεν ἄν; εἰ τοίνυν ἐθέλοιμι κἀκείνους μετέχειν τῆς ἑορτῆς, ἐκέλευόν με ἀναλαβόντα ὑμᾶς ἐσθῆτων τε, ὧν ἔχετε, μεταδοῦναι αὐτοῖς, εἴ τινες εἰσεῖεν, καὶ παχύτερόν τι καθ' ὑμᾶς· καὶ τοῦ χρυσίου ὀλίγον ὑποσταλάξαι αὐτοῖς. εἰ γὰρ ταῦτα, φασὶ, ποιήσετε, μήτε ἀμφισβητεῖν ὑμῖν ἔτι τῶν ἀγαθῶν ὑπὸ τοῦ Διός.

Εἰ δὲ μὴ, ἀπειλοῦσι προσκαλέσασθαι ἐπὶ τὸν διαδασμὸν, ἐπειδὰν ὁ πρῶτος δίκης ὁ Ζεὺς προέδρῳ. Ταῦτά ἐστιν οὐ πάνυ χαλεπὰ ὑμῖν ἀπὸ τοσούτων, ἃ καλῶς ποιοῦντες ἔχετε. μὴ Δία καὶ τῶν δείπνων πέρι, ὡς σκωδειπνοῖεν ὑμῖν. καὶ τοῦτο προσθεῖναι ἠξίουν τῇ ἐπιστολῇ, ὡς νῦν γε μόνοις ὑμᾶς πυφάν, ἐπικλεισταμένους τὰς θύρας· εἰ δέ ποτε καὶ ἐκείνων πρὸς ἑστιᾶν ἀφὰ μακρὸν ἐθελήσοιτε, πλέον τῶν ὠφελούντος εἶναι τὸ ἀνιαρὸν τῶν δείπνων· καὶ τὰ πολλὰ ἐφ' ὕβρει αὐτῶν γίγνεσθαι· οἷς ἐκεῖνο, τὸ μὴ τὸν αὐτὸν οἶνον συμπίνειν, Ηρακλεῖς, ὡς ἀπελεύθερον, καὶ καταγινώσκειν αὐτῶν ἐκείνων ἄξιον, ὅτι μὴ μεταξὺ ἀναστάντες, οἴχονται, ὅλον ὑμῖν τὸ συμπόσιον καταλιπόντες. Ἀλλ' οὐδὲ ἐς κόρον ἔμπης φασὶ πίνειν τοὺς γὰρ οἰνοχόους ὑμῶν, ὥσπερ τοὺς Ὀδυσσέως ἑταίρους, κηρῷ βεβύσθαι τὰ ὦτα. τὰ μὲν γὰρ ἄλλα οὕτως αἰσχρά ἐστιν, ὥστε οὐκ ἐμοὶ λέγειν ἃ περὶ τῆς νομῆς τῶν κρεῶν αἰτιῶνται, καὶ τῶν ἀφανῶν· ὑμῖν μὲν πρεσβύτων ἔστ' ἂν ἐμφορηθῆτε, ἐκείνους δὲ παραθέντων, ἃ ἄλλα πολλὰ τοιαῦτα μικροπρεπῆ, καὶ ἥκιστα ἐλευθέροις πρέποντα. Ὃ γοῦν ἥδιστον, καὶ συμποτικώτερον, ἡ ἰσοτιμία ἐστί. καὶ ὁ ἰσοδαίτης τούτου ἕνεκα ἡγεῖται ὑμῖν τῶν συμποσίων, ὡς ὃ ἴσον ἅπαντες ἔχοιεν. σκέψασθε οὖν ὅπως μηκέτι ὑμᾶς αἰτιάσωνται, ἀλλὰ τιμήσωσι, καὶ φιλήσωσι, τῶν ὀλίγων πότων μεταλαμβάνοντες· ὧν ὑμῖν μὲν ἡ δαπάνη διεπαίχθη τις, ἐκείνοις δὲ οὐ καιρῷ τῆς χρείας ἡ δόσις ἀείμνηστος. ἄλλως τε, οὐδὲ δῶ οἰκεῖν δυνατὸς τὰς πόλεις, μὴ οὐχὶ καὶ πενήτων συμπολιτευομένων, καὶ μυρία πρὸς τὸ δίδαγμα ὑμῖν συμπελαιούντων. οὐδ' ἂν ἔχοιτε τοὺς θαυμάζοντας ὑμῶν τὸν πλοῦτον, ὦ μόνοι καὶ ἰδίᾳ καὶ κατὰ σκότον πλουτοῦντε. ἰδέτωσαν οὖν πολλοὶ, καὶ θαυμασάτωσαν ὑμῶν τὸν ἄργυρον, καὶ τὰς τραπέζας, καὶ προπινόντων φιλοτησίας, μεταξὺ πίνοντες, προσκοπείτωσαν τὸ ἔκπωμα, καὶ τὸ βάρος ἰσάτωσαν ἀνδρὶ δραχμὰς ἀπόμπτις, καὶ τῆς ἰσορίας τὸ ἀκριβές, τὸν χρυσὸν ὅσος, ὃς ἐπόμβει τῇ τέχνῃ.

A Sin minùs, minitantur sese ad nouam rerum partitionem prouocaturos, vt primùm Iupiter pro tribunali sedere experit. Atque hæc quidem facere vobis nequaquam graue fuerit, impertiri nonnihil de tantis opibus quas possidetis, & rectè possidetis. Quin de cœnis quoque, vt vobiscum cœnarent, & hoc literis addendum putarunt, quemadmodum vos in præsentia foribus occlusis, soli deliciis frueremini. Quòd si quando vobis visum fuerit & illorum quempiam post longum tempus conuiuio adhibere, plus esse molestiæ in cœna, quàm voluptatis, multáque illic in pauperum contumeliam
B fieri: velut illud, cùm non eodem de vino bibant, Dij boni, quàm illiberale: planè dignum in quo & illi debeant accusari, qui non surgant potiùs, abeántque toto conuiuio vobis solis relicto. Quanquam negant sese etiam ad satietatem ex illo qualicunque vino bibere, propterea quòd vestri pincernæ aures habeant cera obturatas, quemadmodum olim Vlyssis socij. Porrò reliqua vsque adeò sunt turpia, vt pigeat commemorare, quæ de carnium partitione criminantur, déque ministris, qui cùm vobis assistant donec plus quàm ad plenum expleamini, ipsos prætercurrunt: aliáque
C huius generis permulta sordida, minimèque digna viris ingenuis. Proinde æqualitas res est omnium iucundissima, maximé que conuiuiis congruens. Atque hac de caussa vobis æquus ille partitor in conuiuiis præficitur, vt æquam omnes habeant portionem. Videte igitur ne posthac vos iterum accusare possint. Quin potiùs honorabunt vos, & amabunt, si paucula ista à vobis acceperint: quorum impendium à vobis nec sentiretur quidem, penes illos muneris in tempore dati memoria semper mansura est.
D Præterea nec Remp. administrare possitis, ni pauperes vnà vobiscum in ea versentur, milléque modis felicitatem vestram adiuuent. Neque enim habituri estis qui diuitias vestras suspiciant, si soli atque apud vos ipsos in tenebris eas possideatis. Videat igitur vulgus miretúrque vestrum argentum, mensas, & quemadmodum præbibentes ad potandum inuitetis. Dein illi inter bibendum poculum vndique contemplentur, ac pondus expendant, manu librantes. tum argenti absolutam cælaturam. tum auri vim, vicissim artem condecorantis.

Nam in iſtum modum non ſolùm illi A vos probos viros & humanos prædicabunt, verumetiam inuidiam illorum effugietis. Quis enim inuideat impertienti dantique quod æquum eſt? Quis non potiùs optet, vt quàm diutiſſimè viuens, bonis ſuis fruatur? Verùm vt nunc res vobis habent, & felicitas veſtra teſte caret, & diuitiæ inuidioſæ, & inſuauis vita. Neque enim perinde iuuat, opinor, ſi quis ſolus expleatur, quemadmodum aiunt leones facere, & ex luporum genere quos ſolitarios vocant, quàm ſi cum lepidis hominibus, ac per omnia gratificari paratis, conuiuatis: qui primùm non ſinent conuiuium ſurdum aut mutum eſſe, verùm conſuetudine ſua fabulas conuiuiis aptas, dicteriáque minimè moleſta, variáſque voluptates adferent: quibus rebus tempus iucundiſſimè tranſigitur. Idque gratum eſt Baccho, gratum Veneri, gratum etiam Gratiis. Deinde poſtero die, dum comitatem veſtram referunt, beneuolentiam vobis conciliant. Hæc etiam magno fuerant emenda. Nam illud à vobis ſciſcitabor, ſi pauperes abeant taciti, ſic enim fingamus, nónne vos ea res vreret, cùm non haberetis quibus oſtentaretis purpureas veſtes, comitum multitudinem, anulorum magnitudinem? Neque iam libet referre, neceſſariò futurum vt pauperum inſidiæ atque odia in vos oriantur, ſi ſoli deliciis frui velitis. Nam quæ minantur vobis imprecaturos ſeſe, prorſus abominanda ſunt: ac dij prohibeant, ne vnquam ad eiuſmodi imprecationes venire cogantur: quandoquidem ſi id fiat, neque inteſtina poſthac guſtabitis, neque placentam, niſi ſi quid canis reliquum fecerit. Præterea lenticula ſaperdæ liquamen vobis habebit. Porrò ſus aut ceruus interim dum aſſantur, è veru in montes aufugere parabunt. Tum aues quoque pingues abſque alis fugam molientes, ad pauperes auolabunt. Denique quod eſt omnium grauiſſimum, pocillatores formoſiſſimi repentè vobis calui fient, idque etiam fracta amphora. Super his rebus conſulite quæ & feſto ſint digna, & vobis quàm maximè tuta, atque illis paupertatis onus ſubleuate, exiguo vectigali illos amicos habituri, neutiquam malos.

πρὸς γὰρ τοὺς χρηστοὺς καὶ φιλανθρώπους ἀνθρώπους ἀκούσῃ, καὶ τὸ φθονεῖσθαι ὑπ' αὐτῶν ἔξω γενήσεται. τίς γὰρ ἂν φθονήσειε τῷ κοινωνοῦντι, καὶ διδόντι τῶν μετεῖναι; τίς δ' οὐκ ἂν εὔξαιτο εἰς τὸ μήκιστον διαβιῶναι αὐτὸν, ἀπολαύοντα τῶν ἀγαθῶν; ὡς γὰρ νῦν ἔχετε, ἀμυδρὸν μὲν ἡ εὐδαιμονία, διεφθαρμένος δ' ὁ πλοῦτος, ἀηδὴς δὲ ὁ βίος. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ ὁμοίως ἡδύ, οἶμαι, μόνον ἐμπιπλασθαι, ὥσπερ τοὺς λέοντάς φασι, καὶ τοὺς μονώτους τῶν λύκων, καὶ συνόντας δεξιοῖς ἀνδράσι, καὶ πάντα χαρίζεσθαι πειρωμένοις, εἰ μὴ καὶ μῶν ἄφωνον τὸ συμπόσιον ἐάσουσι εἶναι, ἀλλ' ἐν μύθοις συμποτικοῖς, καὶ σκώμμασιν ἀπεπτοῖσι, καὶ φιλοφρονήμασι ποικίλοις συνέσονται, οἷαι ἥδιστα διατελοῦσι, φίλαι μὲν Διονύσῳ, καὶ Ἀφροδίτῃ, φίλαι δὲ Χάρισιν. ἔπειτα δὲ πρὸς ἀπόντας εἰς τὸν ὑστεραίαν διηγούμενοι, ὑμῶν τὸν δεξιότητα φιλοφθόνοις ἀνδράσι καταλύσουσι. ταῦτα πολλοῦ ἀρίαθαι καλῶς εἶχεν. ἐπεὶ ἐρήσομαι ὑμᾶς, εἰ μὴ ὄντες οἱ πένητες βαδίζοιεν (ὑποθώμεθα γὰρ ὕτως) οὐκ ἂν ὑμᾶς ἰδίασεν οὐκ ἔχοντας εἷς C ὑποδείξασθε τὰς ἀλουργεῖς ἐσθῆτας, καὶ τῶν ἀκολούθων τὸ πλῆθος, ἢ τῶν δακτυλίων τὸ μέγεθος; ἐῶ λέγειν ὡς καὶ ὑποδρομὰς, καὶ μίσει τῶν πενήτων αἰσχυνόμενοι ἐξίοιεν πρὸς ὑμᾶς, ἵν' μόνοι τρυφᾶν ἐθέλητε. ἃ μὲν γὰρ εὔχεσθαι κατ' ὑμῶν ἀπειλοῦσιν, ἀποφράδα, μηδὲ γένοιτο εἰς δύναμιν αὐτοῖς καταρᾶσθαι τῆς εὐχῆς· ἐπεὶ ὅτε ἀλλαντῶν χάσεσθε, ὅτε πλακοῦντος, ἢ εἴπερ λείψανον τῆς κυνὸς· ἡ φακὴ δὲ, ὑμῖν ἀφθόνως ἐστεπτόσεται ἔξω· ἰὼ δὲ, καὶ ἔλαφος, ὀπτώμενοι, μεταξὺ δρασμὸν βαλοῦσιν ἐκ τοῦ ὀπτανείου ἐς τὸ ὄρος. καὶ ὄρνις D ψύττας καταπτάσας, ἀπολεῖ καὶ αὗται, πρὸς αὐτοὺς τοὺς πένητας ἐκπετήσονται. τὸ δὲ μέγιστον, οἱ ὡραιότατοι τῶν οἰνοχόων, φαλακροὶ ἐν ἀκαρεῖ τοῦ χρόνου ὑμῖν γενήσονται, ὑπὸ καταγῆτι καὶ ταῦτα τῷ ἀμφορεῖ. πρὸς τάδε βουλεύεσθε, ἃ καὶ τῇ ἑορτῇ πρέποντα γένοιτ' ἄν, καὶ ὑμῖν ἀσφαλέστατα, καὶ ὑποκουφίζετε πολλῷ πενίαν αὐτοῖς, ἀπ' ὀλίγου τελέσματος φίλους οὐ μεμισθωμένους ἕξοντες.

ΟΙ ΠΛΟΥΣΙΟΙ ΤΩ ΚΡΟΝΩ ΧΑΙΡΕΙΝ.

DIVITES SATVRNO SALVTEM.

Πρὸς γάρ σε οἷς μόνον ἔπω τῶν πενήτων ταῦτα γεγράφθαι, ὦ Κρόνε, δῆλόν σοι καὶ ὁ Ζεὺς ἤδη ἐκκεκώφωται πρὸς αὐτῶν αἰτιωμένων καὶ αὐτὰ δὴ ταῦτα, τὸν διαδασμὸν ἀξιούντων γίνεσθαι· καὶ αἰτιωμένων τὴν τε εἱμαρμένην ὡς ἄνισον τὴν νομὴν πεποιημένην, καὶ ἡμᾶς, ὅτι μηδενὸς αὐτοῖς μεταδιδόναι ἀξιοῦμεν; ἀλλ' οἶδεν ἐκεῖνος ἅτε Ζεὺς ὤν, πρὸ οἵων ποιεῖ ἡ αἰτία, καὶ διὰ τοῦτο ὠδύνηκεν αὐτῶν τὰ πολλά· σοὶ δὲ ἡμεῖς ἀπολογησόμεθα, ἐπεὶ καὶ ἀρχεῖς γε νῦν ἡμῶν. ἡμεῖς γὰρ ἅπαντα τοῖς ὀφθαλμοῖς λαβόντες, ἃ γέγραφας, ὡς καλὸν ὑπάρχειν ἀπὸ πολλῶν τοῖς δεομένοις, καὶ ὡς ἥδιστον συνεῖναι, καὶ συνδιωκεῖσθαι τοῖς πένησιν, ἀεὶ διεπεμόμεθα οὕτω ποιοῦντες, ἰσοδίαιτοι καθιστῶντες, ὡς αὖ μηδὲ τὸν συνδιαίτων αὐτῶν αἰτιάσασθαί τι· οἱ δὲ ὀλίγων ἐπιδεῖσθαι φάσκοντες, ἐπειδὰν ἅπαξ αὐτοῖς αἰεπεπάσαμεν τὰς θύρας, οὐκ αἰέστημεν, ἀλλ' ἐπ' ἄλλοις αἰτοῦντες. εἰ δὲ μὴ πάντα δῴης, μηδὲ πρὸς ἕνα λαμβάνοιεν, ὀργή, καὶ μῖσος, καὶ παρ' ἑκάστοις αἱ βλασφημίαι, κἂν εἴπῃ ὑπὲρ αὐτῶν ψεύδεσθαι ἡμῖν. ἀλλ' οἵ γε ἀκούοντες ὅπως ἔχουσιν αὖ, ὡς ἀκριδῶς εἰδόσιν ἐκ τῆς συνηθείας. ὥστε δυοῖν θάτερον, ἢ μὴ διδόντα ἐχθρὸν εἶναι πάντως ἔδει, ἢ πάντα παρεῖναι μίσεις, αὐτίκα μάλα πίνεσθαι, καὶ τῶν αἰτιωμένων καὶ αὐτὸν εἶναι. καὶ τὰ μὲν ἄλλα, μέτρια· ἐν δὲ τοῖς δείπνοις αὐτοῖς, ἀμελήσομεν τοῦ ἐμπίπλασθαι, καὶ γαστρίζεσθαι, καὶ αὐλοῖς ἐπειδὰν πλείω τοῦ ἱκανοῦ πίωσιν, ἢ παιδὸς ὡραίου, μεταξὺ αἰσθόμενοι ὃ ἔκπωμα, ἔνυξαν τὴν χεῖρα, ἢ παλλακῆ, ἢ γαμετῇ γυναικὶ ἐπεχείρησαν· εἶτα κατεμέσαντες τοῦ συμποσίου, εἰς τὴν ὑστεραίαν λοιδορούμενοι ἡμῖν κατελθόντες, ὡς ἐδίψησαν, καὶ ὡς λιμῷ συνῆσαν διαφθειρόμενοι. καὶ εἴ σοι ταῦτα καταψευδεσθαι αὐτῶν δοκοῦμεν, τὸν ὑμέτερον παράσιτον αἰσθάνηται, τὸν Ἰξίονα· ὃς ἀξιωθεὶς κοινῆς τραπέζης, ἀξίωμα ἴσον ἔχων ὑμῖν,

NVm putas, Saturne, de rebus istis ad te solum scripsisse pauperes? Quin potiùs Iouis ipsius aures iam obsurduerunt illorum querelis, dum hæc eadem vociferantur, ac nouam rerum partitionem flagitant, ac simul & Fatum incusant, quòd non æqualiter distribuerit: & nos, quòd nihil ipsis velimus impertiri. Verùm nouit ille, quippe cùm sit Iupiter, penes quos sit culpa, eóque illos plerunque obaudit. Nihilominus tamen purgabimus nos tibi, quandoquidem hoc certè tempore princeps noster es. Nos enim omnia ista quæ scribis, ob oculos habentes, quàm sit honestum de magna rerum copia opitulari iis qui indigent, quantóque sit iucundius, simul cum pauperibus versari, & conuiuium agitare, ad eum modum assiduè facimus, adeóque in ratione vitæ nos æquamus, vt nihil possit incusare is quem ad conuictum admittimus. Verùm illi primùm aiunt sibi paucis opus esse: deinde vbi semel illis fores aperuerimus, nunquam desinunt alia super alia postulare. Quòd nisi protinus omnia, simúlque cum dicto acceperint, mox paratum odium, in promptu conuitia, etiam si quid de nobis sit mentiendum. Porrò qui audiunt, fidem illis habent, rati videlicet illos probè scire quæ dicunt, propterea quòd nobiscum consuetudinem habuerint. Ita fit, vt in alterutrum incidamus, vt aut si nihil demus, illos prorsus habeamus hostes: aut profusis omnibus, ipsi protinus egeamus, iámque in pauperum gregem veniamus. Ac cætera quidem vtcunque ferenda sunt, verùm inter cœnas ipsas non satis habent ingurgitari cibis, atque aluum explere, sed iidem vbi plus satis adhiberint, tum vel puellæ formosæ cyathum porrigentis manum vellunt, aut concubinam vxorémve solicitant. Postremò conuomito conuiuio, postero die nobis obtrectant, narrantes quemadmodum sitierint, efurierintque. Quòd si hæc aduersus illos mentiri videmur, vester ille parasitus Ixion in memoriam redeat, qui ad communis mensæ honorem admissus, ac vobis dignitate æquiparatus,

iam ebrius vir ille egregius, Iunonem adortus est. Hæc atque huiusmodi sunt, propter quæ in posterum statuimus, quò res nostræ sint in tuto, ne posthac illis in domum aditum præbeamus. Quòd si te auctore, pacto recipiant, sese moderatè petituros, quemadmodum nunc aiunt, neque quicquam flagitiosè in compotationibus admissuros, age, conuiuant nobiscum, simúlque cœnent bonis auibus. Ac de tunicis, sicuti iubes, mittemus, & de auro, quantum facultas patietur, ac sumptus augebimus: in summa, nihil omittemus officij nostri, modò vicissim desinát ipsi arte nobiscum viuere, sintque pro parasitis & adulatoribus amici. Ita nihil erit quod in nobis desideres, si ipsi quoque suo fungi volent officio.

A τῇ Ἥρᾳ μεθυσθεὶς, ἐπεχείρησε τῷ γήρᾳ. Ταῦτα δέ ἐστι καὶ τὰ τοιαῦτα, ὑφ' ὧν ἡμεῖς ἐβουλευσάμεθα πρὸς τὸ λοιπὸν, ἀσφαλείας τῆς ἡμετέρας ἕνεκεν, μηκέτι ὁπίσω παρέχειν αὐτοῖς τὴν οἰκίαν. εἰ δὲ ὅπως σὺν σωφροσύνῃ, μετρίων δεήσεσθαι, ὥσπερ νῦν φασι, μηδὲν δὲ ὑβριστικὸν ἐν τοῖς συμποσίοις ἐργάσεσθαι, κοινωνοῦντων ἡμῖν καὶ σωφρονοῦντων τύχῃ τῇ ἀγαθῇ. καὶ τὴν ἱματίων ὡς σὺ κελεύεις, πέμψομεν, καὶ τὸ χρυσίον ὁπόσον οἷόν τε, καὶ προσδαπανήσομεν, καὶ ὅλως οὐδὲν ἐλλείψομεν· καὶ αὐτοὶ δ' ἀφελοῦνται τὸ κατ' ἐμὲ ὁμιλεῖν ἡμῖν, φίλοι ἀντὶ κολάκων καὶ παρασίτων ἔσονται, ὡς ἡμᾶς γε οὐδὲν ἂν ἀπόσαιο, κἀκεῖνοι τὰ δέοντα ποιεῖν ἐθελήσουσιν.

ΣΥΜΠΟΣΙΟΝ, Ἢ ΛΑΠΙΘΑΙ.

SYMPOSIVM, VEL LAPITHÆ.

Erasmo Roterodamo interprete.

Erasmus Roterodamus Ioanni Eutychio suo S. D.

Quanquam hic Luciani Dialogus, Eutychi doctissime, plurimum habeat artis, ob decorum mirè seruatum in personis tam multis, támque diuersis: tamen aliquot reperi, qui dicerent esse premendum, quòd liberiùs ac velut ἐξ ἀμάξης philosophorum omne genus laceret. At mihi videtur iustiùs esse stomachandum in huius seculi mores, quo videmus Philosophorum scholas multo pueriliùs etiam inter se dissidere, nec minùs atrociter digladiari, tum inter sectarum professores nihilo minùs cruentam esse pugnã, quàm in eo conuiuio fuisse Lucianus vel finxit, vel retulit. Hunc igitur libellum, quoniam fortè ἀδίκαστον reperi, & tamen patrono videbatur egere, Eutychio dicaui. Bene vale, καὶ εὐτύχει, vt planè sis quod diceris. Antuerpiæ. an. M. D. XVII.

ARGVMENTVM.

Rursum depingit hoc loco philosophorum mores & vitam Lucianus, atque illa quæ fictionibus ac fabulis alibi de illis prodidit, hic nunc exemplo ac vero facto comprobat. Est autem historica quædam rei gestæ commemoratio, qua exponit quo pacto diuersarum professionum Philosophi aliquot ab Aristæneto ad cœnam & nuptiarum celebritatem vocati, postquam vino incaluere, pro secta quisque sua inter se verbis primò contenderint, mox ad manus quoque & ad vulnera venerint, adeò vt saucij nonnulli ac mutilati è conuiuio asportati fuerint: Rursum autem ex aliis qui vocati non fuerant, quidam, Cynicus videlicet, vltro veniens cœnantibus sese obtruserit, magna præsentiæ & impudentiæ suæ importunitate: Alius autem per literas cum Aristæneto expostulârit, tragicè propè in eum debacchatus, quòd præteritus, & cæteris postpositus fuisset. Ex quo apparet, istud hominum genus, quod foris virtutem prædicat, & specie religionis in se vulgi ora conuertit, non hac ætate modò (quod tamen grauissimum est, quando & Christianos esse plerique se, & aliis vitæ morúmque honestate præire profitentur) verùm olim quoque eadem simulatione, iisdémque præstigiis vsos esse, nimirum vt verbis quidem multa de pietate, de officiis, de vera viuendi ratione iactitarent, cæterùm ipsa re à virtute ac honestate omni quàm longissimè abessent, libidini & gulæ & cæteris vitiis turpissimè interim seruientes. Et accidêre sanè etiam nostra memoria huiusmodi

quædam exempla, conuiuio huic non admodum dissimilia, vbi isti in speciem grauissimi sanctissimi q; viri, vel pro leuibus ac puerilibus rebus acerbissimas sæpenumero contentiones incepêre: vel quia alicubi præteriti atque neglecti viderentur, grauissima odia exercuêre: vt non immeritò quispiam crediderit philosophos illos veteres (quanquam indignum adeò est tam veneralile nomen in tam turpibus personis hærere) in nostræ ætatis homines quosdam immigrasse. Vsque adeo nostri isti à veteribus non alia re quàm solo titulo ac nomine differunt. Cæterùm tametsi hæc omnia cum summa festiuitate pro ingenio atque facundia sua tractet Lucianus, interim tamen seriò quoque ac verè idem monet, nullum esse pretium operæ, si quis disciplinas omnes perdiscat, nisi simul & vitæ rationes ad id quod optimum est, accommodet: eos q; illos qui solos libros spectant, quiq; solertiæ ac curæ quam illi afferunt, perpetuò tenentur, à recta ratione, bonisq; institutis fermè abduci, &c. Inscribitur autem dialogus hic, Conuiuium, vel Lapithæ: quorum prior titulus ab argumento & re ipsa sumptus est: alter à collatione: quòd vt hic Philosophi, ita à poetis Lapithæ & Centauri in nuptiis Pirithoi inter se funesto certamine congressi quoque feruntur.

ΦΙΛΩΝ ΚΑΙ ΛΥΚΙΝΟΣ.

PHILON. LVCIANVS.

Ποτὲ μὲν ὑμῖν, ὦ Λυκῖνε, διηγεῖσθαι φασὶ τὸν Φίλωνα περὶ τοῦ ἐν Ἀρισταινέτου δεῖπνου, καὶ τινας φιλοσόφους λόγους εἰρῆσθαι, καὶ ἔριν τινὰ συμπεσεῖν συνιόντων αὐτῶν. εἰ δὲ μὴ ἐψεύδετο Χαρῖνος, καὶ μέχρι τραυμάτων προελθεῖν τὸ πρᾶγμα, καὶ τέλος, αἵματι διαλυθῆναι τὴν συνουσίαν. ΛΥ. καὶ πότε, ὦ Φίλων, ἤκουσε τοῦτο Χαρῖνος παρὰ σοῦ; ἢ καὶ συνεδείπνησε μεθ' ἡμῶν. ΦΙ. Διονίκου ἔφη τοῦ ἰατροῦ ἀκοῦσαι. Διόνικος δὲ, ὁ αὐτὸς, οἶμαι, τῶν συνδείπνων ἦν. ΛΥ. καὶ μάλα. ἦν μὲν οὖν ἀρχῆς γε καὶ αὐτὸς ἅπασι παρεῖναι, ἀλλὰ ὑστερεῖ, μεσούσης ἤδη τῆς μάχης, ἐπεὶ ὀλίγον πρὸ τῶν τραυμάτων. ὥστε θαυμάζω εἴ τι σαφὲς εἰπεῖν ἐδυνάσατο, μὴ παρακολουθήσας ἐκείνοις, ἀφ' ὧν ἀρξαμένη ἐς τὸ αἷμα ἐπλεύσατο αὐτοῖς ἡ φιλονεικία. ΦΙ. Θαρρῶν, ὦ Λυκῖνε, ὁ Χαρῖνος αὐτὸς, εἰ βουλοίμεθα παλαιὰ ἀκοῦσαι, καὶ ὅπως ἐπράχθη ἕκαστα, παρὰ σὲ ἡμᾶς ἥξειν ἐκέλευε. καὶ τὸν Διόνικον δὲ αὐτὸν εἰπεῖν, ὡς αὐτὸς μὲν οὐ παρεγένοιτο ἅπασι, σὲ δὲ ἀκριβῶς εἰδέναι τὰ γεγενημένα, καὶ τοὺς λόγους αὐτοὺς ἀπομνημονεύσαι, ἅτε μὴ πρέργως τῶν τοιούτων, ἀλλ' ὡς σπουδῇ ἀκροώμενον. ὥστε σὺ μὲν φθάσεις ἐστιῶν ἡμᾶς ἡδίστῳ τούτῳ ἑστιάσει, ἧς σὺκ οἶδ' ἄν τις ἡδίων ἔμοιγε· καὶ μάλιστα ὅσοι νήφοντες ἐπὶ εἰρωνῇ, καὶ διαμεμπτὶ ἔξω θέλοις ἑστιασόμεθα· εἴτε γέροντες

NOuam quandam & variam disputationem Luciane vobis fuisse narrãt super cœnam apud Aristænetum: tum philosophicos quosdam sermones dictos, ac super his summam contentionem exortam fuisse: quòd ni mentitus est Charinus, etiam ad vulnera vsque rem processisse: denique sanguine constictum fuisse diremptum. LVC. Atqui vndenam, Philon, ista resciuit Charinus? neque enim is nobiscum aderat in cõuiuio. PHIL. E Dionico medico aiebat audisse sese: porrò Dionicus etiam ipse è conuiuarum numero fuit opinor. LVC. Fuit maximè: verùm ne is quidẽ ab initio rebus omnibus fuit præsẽs, sed seriùs aduenerat, media fermè pugna, paulóq; ante vulnera. Proinde demiror si quid comperti certive referre potuit, qui nõ ordine spectarit illa, vnde inter illos nata lis, postea ad sanguinẽ vsque deducta est. PHI. Proinde, Luciane, Charinus etiã ipse, si rem cõpertiùs vellẽ cognoscere, & quo singula modo sint gesta, doceri, te adirem iussit: nã Dionicum etiam ipsum fassum fuisse, ne se quidem toti negotio præsentem adfuisse: te verò, quicquid esset actũ, id omne cõpertò certóque scire: tum etiam quæ dicta inter illos fuerint, meminisse: quippe qui eiusmodi nõ obiter neque neglectim audire, sed per otium atq; attẽtè auscultare sis solitus. Proinde nunquam effugies, quin nos hoc suauissimo accipias epulo: quo mihi quidẽ haud scio an vllũ possit accidere iucundius: præsertim quòd sobrij per otium tutò ac citra sanguinẽ, extráq; teli, quod aiunt, iactũ constituti, sumus epulaturi, Siue senes aliquid

Super cœnam sunt debacchati, Siue etiam iuuenes à mero compulsi sunt, quæ neutiquam fas erat, tum dicere, tum facere. L V C. Iuueniliùs tu quidem Philon, atque inconsultiùs hæc nos iubes in vulgus efferre, eáque referre quæ inter pocula ab ebriis sunt acta: quum hæc magis oporteat obliuioni tradere, eáque omnia Baccho deo velut auctori imputare, qui quidem haud scio an quenquam suis nõ afflatum Orgiis, & Bacchanalium expertem prætermiserit. Proinde vide ne hominis sit parum benè morati, eiusmodi ad amussim exquirere, quæ rectiùs erat in conuiuio reliquisse, atque ita discedere. Siquidem odi (sicut inquit versus poëticus) memorem compotorem. Ne à Dionico quidem rectè factum, qui hæc apud Carinum effutiuerit, immodicámque & pridianam dissiparit temulentiam hominum philosophorum. Cæterùm ego absit vt istiusmodi quippiã sim dicturus. P H I L. Nugas agis Luciane cùm ista dicis. Quin haud quaquam oportebat ad istum modum apud me præsertim agere: vt qui certò sciam te multo cupidiorem esse narrandi, quàm ego sim audiendi, adeò vt mihi videaris, si desint qui te audiant, vel ad columnam aliquam aut statuam libenter accessurus, quò cuncta pariter euomas. Quòd si nunc coner discedere, non sines, ni te priùs audiero, abire: verùm vltro aderis, consectabere, rogabis. At tum ego te vicissim lusero. Iámque adeò, si ita vis, abimus, ex alio quopiam hæc eadem audituri. Tu verò ne dicito. L V C. Age ne quid succenseas: equidem dicam, quandoquidem vsqueadeo cupidus es audiendi: verùm heus ea lege, ne passim in vulgus efferas. P H I L. Ni prorsus ignoro Lucianum, tute istuc potiùs feceris. Nam prior ipse denarrabis omnibus, vt me quidem ad id nihil futurum sit opus. Sed illud mihi primo respondе loco: Aristænetus num filio Zenoni dabat vxorem, atque ita in nuptiis eius vos accepit? L V C. Non, imò filiam suam elocauit Cleanthidem, idque Eucriti nummularij filio, qui philosophiæ dat operam. P H I. Formoso admodum per Iouem adolescentulo: tametsi tenero adhuc, & vxoriæ rei non admodum maturo. L V C. Verum: at non inueniebat, opinor, alterum generum magis idoneum. Hunc igitur, qui tum modestus videretur, tum ad philosophiæ studium propensus,

A ἐπῳδήνησέν τι τοιοῦτον δεῖπνον, εἴτε νέοι, εἰπεῖν τι ὅσα ἤκιστα ἐχρῆν ὑπὸ τῦ ἀκράτου παροινθέντες, καὶ πρᾶξαι. ΛΥ. ἐαυτοὺς ἡμᾶς, ὦ Φίλων, ἀξιοῖς ἐκφέρειν ταῦτα πρὸς τοὺς πολλοὺς, καὶ ἐπεξιέναι, διηγουμένους πράγματα, ἐν οἴνῳ καὶ μέθῃ γιγνόμενα, δέον λήθην ποιήσασθαι αὐτῶν, καὶ νομίζειν ἐκεῖνα πάντα ἔργα τῦ Διονύσου εἶναι, ὃς οὐκ οἶδα εἴ τινα τῶν αὐτῷ ὀργίων ἀτέλεστον καὶ ἀβάκχευτον παρεῖδεν. ὅθεν οὖν μὴ κακοήθων τινῶν ἀκροατῶν ἢ ὃ ἀκριβῶς τὰ τοιαῦτα ἐξετάζειν, ἃ καλῶς ἔχει ἐν τῷ B συμποσίῳ καταλιπόντας ἀπαλλάττεσθαι. μισῶ γάρ, φησὶ καὶ ὁ ποιητικὸς λόγος, μεμνημένα συμπότην, καὶ οὐδὲ ὁ Διόνικος ὀρθῶς ἐποίησε πρὸς τὸν Χαρῖνον, αὐτὰ ἐξαγορεύσας, καὶ πολλὴν τὴν ἐωλοκρασίαν καταπεδήσας ἀνδρῶν φιλοσόφων· ἐγὼ δὲ, ἄπαγε, οὐκ ἄν τι τοιοῦτον εἴποιμι. Φ Ι. Σπάνιά γε ταῦτα, ὦ Λυκῖνε. ἀλλ' οὔτι γε πρὸς ἐμὲ οὕτω ποιεῖν ἐχρῆν, ἀκριβῶς γιγνώσκοντα πολὺ πλέον ὑπεπιμιμνήσκειν σε εἰπεῖν, ἢ ἐμὲ ἀκοῦσαι· καί μοι δοκεῖς εἰ ἀπορήσας τ' ἀκουσομένων, κἂν πρὸς κίονά τινα, ἢ πρὸς ἀνδριάντα ἡδέως ἂν προσελθών, ἐκχέαι, πάντα σωρεύσων ἀμυσί. εἰ γοῦν ἐθελήσω ἀπαλλάττεσθαι νῶν, οὐκ ἐάσεις με δύσκολον ἀπελθεῖν, ἀλλ' ἥξεις, καὶ παρακολουθήσεις, καὶ δεήσῃ, κἀγὼ θρύψομαί σοι ὀλίγον πρὸς μέρος· καὶ εἴ γε δοκεῖ, ἀπιόντων ἄλλου αὐτὰ πυθόμενοι, σὺ δὲ μὴ λέγε. ΛΥ. μηδὲν πρὸς ὀργήν, διηγήσομαι γάρ, ἐπεὶ σφόδρα οὕτω προθυμῇ, ἀλλ' ὅπως μὴ πρὸς πολλοὺς ἐρεῖς. Φ Ι. Εἰ μὴ πάντα πᾶσιν ἐγὼ ὑπερελέησμαι Λυκίνου, αὐτὸς σὺ ἄμεινον ποιήσεις αὐτὸ, καὶ φθάσεις εἰπὼν ἅπασιν, ὥστε οὐδὲν ἐμοῦ δεήσῃ. ἀλλ' ἐκεῖνό μοι πρῶτον εἰπέ, τῷ παιδὶ τῷ Ζηνῶνι ὁ Ἀριστάνετος ἀγόμενος γυναῖκα, εἶσέ σφας; ΛΥ. οὐκ, ἀλλὰ τὴν θυγατέρα ἐξεδίδου αὐτὸς τὴν Κλεανθίδα τῷ Εὐκρίτου τῷ δημοσίῳ τῷ φιλοσοφοῦντι. Φ Ι. παγκάλῳ, νὴ Δία, μειρακίῳ, ἀπαλῷ γε μὴν ἔτι, καὶ οὐ πάνυ καθ' ὥραν γάμων. ΛΥ. ἀλλ' οὐκ εἶχεν ἄλλον ἐπιτηδειότερον, οἶμαι. τοῦτον οὖν νόμιζε τὸν ἐπὶ δόξαν τε καὶ πρὸς φιλοσοφίαν ὁρμη-

μᾶλλον, ἐπὶ δὲ μᾶλλον ὄντα πλουσίῳ τῷ Εὐκρίτῳ, τοῦτον ἐξελέξατο νυμφίον ἐξ ἁπάντων. ΦΙ. ἀμελεῖς μὲν λέγεις αἰτίαν ὁ πλουτεῖν τὸν Εὐκρίτον. ἀτάρ, ὦ Λουκιανέ, τίνες οἱ δεῖπνοι τῆσδε; ΛΥ. τίνας μὲν ἄλλους τί σοι λέγομι; οἱ δὲ ἀπὸ φιλοσοφίας, καὶ λόγων, ὅσους ἔφηλε, οἱ μὲν, ἀκοῦσαι μάλιστα, Ζηνόθεμις ἦν ὁ πρεσβύτης, ὁ ἀπὸ τῆς στοᾶς, καὶ ξυνὼν αὐτῷ, Δίφιλος ὁ Λαβυρίνθου ἐπίκλην, διδάσκαλος ὢν τοῦτο τοῦ Ἀρισταινέτου, υἱέος τοῦ Ζηνοθέμιδος· τὸν δὲ ἀπὸ τοῦ περιπάτου, Κλεόδημος, οἶσθα τὸν σωμύλον, τὸν ἐλεγκτικόν; ξίφος αὐτὸν οἱ μαθηταί, καὶ κοπίδα καλοῦσιν. ἀλλὰ καὶ ὁ Ἐπικούρειος Ἕρμων παρῆν, καὶ εἰσελθόντα τι αὐτὸν, βλοσυροῖς ἐπεσκόπουν οἱ Στωϊκοὶ, καὶ ἀπεστρέφοντο, ὡς δῆλοι ἦσαν ὡς περί τινα παρανομίαν καὶ σύλησιν μυσαττόμενοι. ἦσαν μὲν Ἀρισταινέτου αὐτοῦ φίλοι, καὶ συνήθεις ὄντες, παρεκέκλητο δὲ καὶ δεῖπνον, καὶ ξυνῆν αὐτοῖς ὁ γραμματικὸς Ἰστιαῖος, καὶ ὁ ῥήτωρ Διονυσόδωρος. ἦγε δὲ καὶ τὸν νυμφίον τὸν Χαιρέαν, Ἰων ὁ Πλατωνικὸς σωφρονιστὴς, διδάσκαλος αὐτῷ ὤν, σεμνός τις ἰδεῖν, καὶ γενναῖος, καὶ πολὺ τὸ κόσμιον ὑπεφαίνων τῷ προσώπῳ. καιόντα γοῦν οἱ πολλοὶ ὠνόμαζον αὐτὸν, εἰς τιμὴν ὁρῶντες τῆς γνώμης ἀποβλέποντες. καὶ ἐπεὶ παρῆλθεν, ὡς ἐξανέστησαν πάντες αὐτῷ, καὶ ἐδέξιουν τὸ ὡς τινα τῶν κρειττόνων· καὶ ὅλως, θεοῦ ὑπόδημα ἦν ἡ σεμνότης, Ἰων ὁ θαυμαστὸς συμπαρῆν. δεῖν δὲ ἤδη καταπλήσεσθαι, ἀπάντων σχεδὸν παρόντων, ἐν δεξιᾷ μὲν εἰσιόντων, αἱ γυναῖκες ὅλον τὸν κλιντῆρα ἐκάστου ἐπέλαβον, ἐκ ὀλίγας οὔσας, καὶ ἐν αὐταῖς ἡ νύμφη, πάνυ ἀκριβῶς ἐγκεκαλυμμένη, ὡς τῶν γυναικῶν περιεχομένη. ἐς δὲ τὸν ἀριστερὸν ἡ ἄλλη πληθὺς, ὡς ἕκαστος ἀξίας εἶχε. κατ' αὐτικρὺ δὲ τῆς γυναικὸς, ὁ πρῶτος ὁ Εὐκρίτος, εἶτα ὁ Ἀριστάνετος. εἶτα ἐνεδιάζετο, πότερον χρὴ πρότερον, Ζηνόθεμιν τὸν Στωϊκὸν ἄνδρα γέροντα, ἢ Ἕρμωνα τὸν Ἐπικούρειον, ἱερέα γὰρ ὢν τῶν Διοσκούρων, καὶ γένους τοῦ πρώτου ἐν τῇ πόλει· ἀλλὰ ὁ Ζηνόθεμις τὴν ἀπορίαν ἔλυσεν· εἰ γάρ με, φησὶν, ὦ Ἀριστάνετε, δεῖ πρότερον ἄξεις Ἕρμωνος,

A præterea autem vnicus Eucriti diuitis, ex omnibus delegit filiæ suę maritum. PHI. Caussam nè attiquam leuem dixisti, nempe quia dives sit Eucritus. Verùm heus Luciane, quinam erant conuiuæ? LVC. Reliquos illos quorsum attinuerit tibi recensere? Verùm è Philosophorum numero, ac literatorum, quos potissimùm opinor audire cupis, Zenothemis erat, senex ille Stoicus, vnáque cum hoc Diphilus, cui cognomen Labyrinthus: & hic quidem quòd esset Zenoni Aristæneti filio præceptor. Deinde Peripateticæ fa-
B ctionis Cleodemus: nosti hominem, nempe dicacem illum & argutum, atque ad refellendũ instructum. Discipuli gladium ac bipennem nominant. Quin & Hermon aderat Epicureus. Verùm hunc, cùm ingrederetur, Stoici toruis obtuebãtur oculis, & auersabantur, palámque perinde quasi parricidam quempiam atque impium ac funestum detestabantur. Et hi quidem tanquam Aristæneti ipsius amici familiaréque fuerãt ad cœnam vocati, quos comitabatur & Istiæus gram-
C maticus, & Dionysidorus rhetor. Iam verò propter sponsum Chæream vnà cum illo ad conuiuium accesserat Ion ille Platonicus, quòd is iuueni præceptor esset, vir venerandus aspectu, ac maiestatis quiddam præ se ferens, multúmque dignitatis ipso ostendens ore: vnde nonnulli propter animi constantiam ac rectitudinem, regulam illum appellant. Huic simul vt ingrediebatur, assurgebãt omnes, ac veluti præcipuum quendam ac primarium hominẽ comiter atque officiosè exceperunt: adeò vt planè numen aliquod aduenire videretur, cùm adesset Ion admirandus ille. Tandem verò cùm iam omnes fermè conuiuæ præsentes essent, tempus erat vt discũberetur. Itaque ad
D dextram ingressus, totam illam sponsam mulieres (erant autem complures) occupabant. Inter quas erat & sponsa summo studio culta, hinc atque hinc stipata fœminis. Porrò ex aduerso ostij altera turba, pro cuiusque dignitate locis distributis. Porrò è regione mulierũ primo loco accumbebat Eucritus, secũdo Aristænetus. Sub hæc ambigi cœptum, vtrum altero priorem oporteret accũbere, Zenothemimne Stoicum, quippe senem: an Hermonẽ Epicureum: nam hic erat Castoris ac Pollucis sacerdos: tum autẽ nobilissimæ inter ciues familię. Verùm eã hæsitationem sustulit Zenothemis: Si me, inquiens, Aristænete, minoris ducis Hermone,

viro videlicet iſto, vt ne quid aliud mali dicam, Epicureo, diſcedo, totúmque conuiuium vobis relinquo. Et puerum protinus aduocat, diſcedere parans. Tum Hermõ: Imò habeto, inquit, tibi priores partes Zenothemi. Quanquam etiam ſi nihil aliúd, vel hoc nomine par erat mihi concedi, quòd ſacerdos ſim, vt planè contemnas Epicurum. Rideo, inquit Zenothemis, ſacerdotem Epicureum. ſimúlque cum dicto accumbebat. Poſt hunc Hermon, deinde Cleodemus Peripateticus, pone hunc Ion, proxime hũc ſponſus, poſt eum ego, iuxta me Diphilus, huic aſſidebat Zenon diſcipulus, poſtremò rhetor Dionyſidorus cum Iſtixo grãmatico. PHIL. Papæ Luciane! Muſarum conuentum quendam mihi narras fuiſſe iſtud conuiuium, quippe plurimis ſapientibus ac doctis viris refertum. Ego verò laudo Ariſtænetum, qui quum optatiſſimam illam ac ſplendidiſſimam ſolẽnitatem celebraret, præ cæteris ſapientiſſimos viros adhibere voluerit: idque adeò delectis ex vnaquaque philoſophiæ ſecta præcipuis, non hos aduocans, illos præteriens, verùm promiſcuè vocans omneis. LVC. Is verò nequaquam eſt è vulgarium iſtorum diuitum numero, verùm & literarum ęſt ſtudioſus, ac maximam vitæ partem in his rebus verſatur. Cœnabamus igitur initiò quidem taciti & quieti, variúſque erat apparatus, & omniiugus. Neque enim arbitror operæpretium vt numero recenſeam etiam illa condimenta, cupedias, aromata, atque id genus illectamenta. Cuncta ſiquidem affatim ſuppetebãt. Inter hæc Cleodemus admoto ad Ionis aurem ore, Non vides, inquit, ſenem illum, Zenothemim dicebat (ſubauſcultabam enim) vt ſeſe opſoniis ingurgitat, vtque iure veſtem oppleuit: tum quàm multa puero à tergo ſtanti porrigit, putans interim ſe aliorum oculos fallere: neque meminit poſt ſeſe accumbentium? Hæc igitur fac & Luciano cõmonſtres, quò teſtis eſſe poſſit. Mihi verò nihil Ione monſtratore opus erat: quippe qui hæc multò antè limis iam oculis præuideram Hæc ſimul atque dixiſſet Cleodemus, irruit in conuiuium & Alcidamas Cynicus, atque is quidem inuocatus, vulgatum illud feſtiuitatis gratia præfatus de Menelao, qui vltro ad fratris conuiuium acceſſiſſet. Itaque pleriſque turpiter atque impudenter viſus eſt feciſſe: & quod cuique tum fortè in mentem venicbat, in eum torquebant: alius illud, *Inſanis Menelae*: alius rurſum,

Cœna deſcriptio.

Cynici interueniũt & occaſio turbæ.

Τουτοὶ τ̃ ἀνδρὸς, ἵνα μηδὲν ἄλλο κακὸν εἴπω, Ἐπικουρείῳ, ἄπειμι, ὅλον σοι τὸ συμπόσιον καταλιπών, καὶ ἅμα τὸν παῖδα ἐκάλει, καὶ ὀξίδιον ἐφέκει. καὶ ὁ Ἑρμων, Ἐχε μὲν ὦ Ζηνόθεμι τὰ πρῶτα, ἔφη, ἀτὰρ εἴ γε μηδὲν ἕτερον, ἱερεύς γε εἶναι, σοὶ ἐξέσται καλῶς εἶχεν, εἰ καὶ τ̃ Ἐπικούρου πάνυ καταπεφρόνηκας. ἐγέλασε, ἦν γὰρ ὁ Ζηνόθεμις, Ἐπικούρειον ἱερέα· καὶ ἅμα λέγων, κατεκλίνετο, καὶ μετ' αὐτὸν ὅμως ὁ Ἑρμων, εἶτα Κλεόδημος ὁ Περιπατητικὸς, εἶτα ὁ Ἴων, καὶ πρὸ ἐκείνου, ὁ νυμφίος, εἶτ' ἐγὼ, καὶ πρ' ἐμὲ, ὁ Δίφιλος, καὶ πρὸ αὐτ̃, Ζηνὼν ὁ μαθητὴς, εἶτα, ὁ ῥήτωρ Διονυσόδωρος, καὶ ὁ γραμματικὸς Ἰστιαῖος. ΦΙ. βαβαὶ, ὦ Λυκῖνε, μουσεῖόν τι τὸ συμπόσιον ἀνεῖπε σοφῶν τ̃ πλείστων ἀνδρῶν, καὶ ἔγωγε τ̃ Ἀρισταίνετον ἐπαινῶ, ὅτι τὴν εὐκταιοτάτην ἑορτὴν ἄγων, ἐκ σοφωτάτης ἐστίᾳ πρὸ τ̃ ἄλλων ἠξίωσεν, ὅπερ τὸ κεφάλαιον ἐξ ἑκάστης αἱρέσεως ἀπομνημονεύμενος, καὶ τοὺς μὴ, πρόσκλητος, ἀλλ' αὐομάτιξ ἀπῆλθες. ΛΥ. ἔστι γὰρ, ὦ ἑταῖρε, καὶ τ̃ πολλῶν τούτων πλουσίων, ἀλλὰ καὶ παιδείας μέλει αὐτῷ, καὶ ὁ πλεῖστον τ̃ βίου τοῖς τοιούτοις ξυνέστιν. εἰστιώμεθα οὖν ἐν ἡσυχίᾳ ὁ πρῶτον, καὶ παρεσκεύαστο ποικίλα. πλὴν ὅσον εἶμαι χρὴ καὶ ταῦτα καταριθμεῖσθαι, χυμοὺς, καὶ πέμματα, καὶ καρυκείας· ἄπαντα γὰρ ἄφθονα. ἐν τούτῳ δ' ὁ Κλεόδημος ὑπακούσας τὸν Ἴωνα, Ὁρᾷς, ἔφη, τὸν γέροντα (Ζηνόθεμιν λέγων, ἐπῆκουον γὰρ) ὅπως ἐμφορᾶται τ̃ ὄψων, καὶ ἀναπέπληκε ζωμοῦ τὸ ἱμάτιον, καὶ ὅσα τ̃ παρὰ κατόπιν ἑστῶτι ὀρέγει, λανθάνειν οἰόμενος τοὺς ἄλλους, καὶ μεμνημένος τ̃ μὴ αὐτόν; δέξον οὖν καὶ Λυκίνῳ ταῦτα, ὡς μάρτυς εἴη. ἐγὼ δὲ τάδε ἐδόμην δείξοντος μοι τ̃ Ἴωνος, πολὺ προέπεσεν αὐτὰ ὀκτὼ παρόψιδος ἑωρακώς· ἅμα δὲ ταῦτα ὁ Κλεόδημος εἰπὼν, καὶ ἐπεισέπεσεν ὁ Κυνικὸς Ἀλκιδάμας ἄκλητος, ἐκφορὰ δ κοινὸν ἐπιχαριεντισάμενος, τὸν Μενέλαον αὐτόματον ἥκοντα. τοῖς μὲν οὖν πολλοῖς αἰσχύνην ἐδόκει πεποιηκέναι, καὶ ἀνεκόπτετο τὰ πρόχειρα· ὁ μὲν, Ὦ, Ἀφραδὴς Μενέλαε· ὁ δ',

Αλλ' ὁκ Ατρείδῃ Αγαμέμνονι ἰῶδμεν θυμῷ,
καὶ ἄλλα πρὸς τὸν κιθαρῳδὸν ὕβριζα, καὶ χαρίεντα ἐπισκωπτόντες. ἐς μὲν τοίνυν ὁ Φασηλὶς ἐπλημμελεῖτο λέγων· ἐδεδοίκεισαν γὰρ τὸν Αλκιδάμαντα, βόλιν ἀτιμώτατον ὄντα, καὶ κακοπαθέστατον Κυνικῶν ἁπάντων, πλὴν ὅτι καὶ ἀμείνων ἐδόκει, καὶ φοβερώτατος ἅπασιν. ὁ δὲ Αισχίνης, ἐπαινέσας αὐτὸν, ἐκέλευε μαλθακὸν τινὰ λαβόντα, καθίζεσθαι πρὸς Ισιαῖόν τε καὶ Διονυσόδωρον. ὁ δὲ, Ἄπαγε φησὶ, γυναικεῖον λέγεις, καὶ μαλθακὸν, ὅτι μαλθακοῦ καθίζεσθαι, ἢ σκίμποδος, ὥσπερ ὑμεῖς ὅτι μαλακῆς ταύτης ὑπῆς μικρῷ δεῖν ὕπτιοι κατακείμενοι, ἐστρωμένοι, πορφυρίδας ὑποβεβλημένοι. ἐγὼ δὲ, κἂν ὀρθοστάδιον δειπνήσαιμι, ἐμπεσὼν παρὰ τῷ συμποσίῳ· εἰ δὲ κἀμοιμι, χαμαὶ καὶ τὸν τρίβωνα ὑποβαλόμενος, κείσομαι ἐπ' ἀγκῶνος, οἷ τὸν Ηρακλέα γράφουσιν. οὕτως, ἔφη, χαίρετε, ὁ Αισχίνης, εἴ σοι ἥδιστ. καὶ ὁ ἀπὸ τούτου, ἐν κύκλῳ περιιὼν ὁ Αλκιδάμας, ἐδείπνει, ὥσπερ οἱ Σκύθαι τοῖς τῶν ἀφορωτέρων νομοῖς μετεξανιστάμενος, καὶ τοῖς βοσκήμασι τὰ ὅπλα συμπεριφέρων. καὶ μόνος καὶ σιγῶν, ἐνεργὸς ἦν, ἀρετῆς πέρι καὶ κακίας μεταξὺ διεξιών, καὶ ἐς τὸν χρυσὸν καὶ τὸν ἄργυρον ἀποσκώπτων. ἠρώτα γοῦν τὸν Αισχίνην, τί βούλονται αὐτῷ αἱ βοσκαῖαι καὶ τηλικαῦται κύλικες, πλὴν κεραμεᾶς ἴσα δυναμένων. ἀλλ' ἐκφανὲς μόνον ἤδη διεγκλωπῶντα ἔπαυσεν ἐς ὃ παρὼν Αισχίνης, τῷ παιδὶ δύσας βιμεγέθη σκύφον δοὺς αὐτῷ, ζωρότερον ἐγχέαντα. καὶ ἐδόκει ἄρισα ὑπενοηκέναι, οὐκ εἰδὼς ὅσων κακῶν ἀρχὴν ὁ σκύφος ἐκεῖνος ἐπεδίδωκει. λαβὼν δὲ ἅμα ὁ Αλκιδάμας, ἐσίγησε μικρὸν, καὶ ἐς ῥοῦδαφος καταβαλὼν ἑαυτὸν, ἔκειτο ἡμίγυμνος, ὥσπερ ἠπειλήκει, πήξας τὸν ἀγκῶνα ὀρθὸν, ἔχων ἅμα τὸν σκύφον ἐν τῇ δεξιᾷ, οἷος ὁ παρὰ τῷ Φόλῳ Ηρακλῆς ὑπὸ τῶν γραφέων δείκνυται. ἤδη δὲ καὶ ἐς ἅπαντας συνεχῶς περιεφέρετο ὁ κύλιξ, καὶ φιλοτησία, καὶ ὁμιλία, καὶ φῶτα εἰσεκέκμησο. ἐν τοσούτῳ δ' ἐγὼ τὸν πρεσβύτατα τῷ Κλεοδήμῳ παῖδα,

Verùm Agamemnonis mentì non iſta placebant.

Ad hæc alia quæ pro tempore falsè lepidèque dici poterant, in eum obmurmurabant. Nam palàm nullus audebat quicquam dicere, propterea quòd metuerẽt Alcidamantem, vt pote conuitiatorem egregium, vnúmque è Cynicis omnibus clamoſiſſimum: qua quidem re adeò viſus eſt reliquis antecellere, vt nulli non eſſet formidandus. At Ariſtænetus collaudatum illum quòd inuocatus aduenisſet, iuſſit accepta ſella iuxta Iſtiçum ac Dionyſidorum accumbere. At ille, Apage, inquit, muliebre quiddam ac molle dicis, vti in ſcamno aut ſella ſedeam, quemadmodum facitis vos, mollibus in ſtratis penè ſupini recumbentes, purpura ſuffulti. Quin ego tibi vel ſtans cœnauero, in ipſo interim conuiuio etiam obambulans. Quòd ſi defatigatus fuero, tum humi ſubſtrato pallio, cubito innixus cubuero: qualem videlicet Herculem pingunt. Ita fiat, inquit Ariſtænetus, ſi quidem iſthuc mauis. Sub hæc Alcidamas in orbem conuiuium luſtrans, cœnabat, Scytharum ritu ad vberiora paſcua ſubinde ſeſe transferens, vnáque cum his qui inferebant edulia, circumiens atque obambulans. Atque interim tamen dum cibum caperet, haudquaquam negotio vacabat, de virtute obiter, de vitio diſſerens, tum in aurum atque argentum dicteria iaculans: iámque Ariſtænetum percontabatur, quidnam ſibi vellent tam multa, tam magna pocula, quum non minùs vſui poſſent eſſe fictilia. Verùm Ariſtænetus iam obturbantem, moleſtúmque eſſe pergentem, in præſens quidem compeſcuit, miniſtro innuens, vt ingentem calicem, infuſo meraciſſimo vino, illi porrigeret. Atque id quidem viſus eſt optimè excogitaſſe, nondum etiam intelligens quantorum malorum is calix eſſet auctor futurus. Hunc igitur vt acceperat Alcidamas, aliquantiſper ſilentium agebat, ac ſolo ſternens ſeſe cubabat ſeminudus, quemadmodum facturũ ſeſe fuerat pollicitus, cubito humi fixo innitens, ſimúlque dextra ſcyphum ſuſtinens, qualem Herculem apud Pholum pictores effingunt. Iam verò & inter alios calix aſſiduè circumagebatur: tum inuitatiunculę ad bibendum, & confabulationes ortæ, demũ & lucernæ illatæ. Interim ego cùm puerum qui iuxta Cleodemum adſtabat,

(erat autem is pocillator egregiè formoſus) ſubridentem vidiſſem (nam, arbitror, quicquid obiter inter cœnandum obtigit, commemorari oportere, maximè ſi quid ſit elegantius ac ſcitè factum) iam admodum artētus obſeruare cœpi quidnam rei rideret. Ac paulo pòſt accedebat puer tanquam calicem à Cleodemo recepturus. At ille ſimul & digitum illius ſubſtringebat, & drachmas puto duas vnà cum calice tradebat. Porrò puer ad ſubſtrictum digitum rurſum arridebat: cæterùm de pecunia, quum non ſenſiſſet opinor, eóque non reciperet, in terram delapſis drachmis ſtrepitus eſt concitatus, móxq; ambo pariter rubore ſuffundebantur, idque ita palàm, vt nemo non animaduerteret. Ambigebatur igitur inter eos qui proximè ſedebant, cuiuſnam eſſent illi nummi, cùm & puer negaret à ſe proiectos, & Cleodemus item, iuxta quem ſtrepitus acciderat, ſibi excidiſſe diſſimularet. Verùm ea res tum neglecta eſt, ac conniuenter omiſſa: propterea quòd id quod acciderat, non ita multi vidiſſent, præter vnum (vt mihi quidem viſum eſt) Ariſtænetum. Nam is paulo pòſt puerum loco mouit, clanculum ablegans, & alij cuidam innuit vti Cleodemo pocillator aſſiſteret, videlicet ex exoletis illis ac robuſtis mulionì aut equiſoni cuipiam. Ad hunc modū ea res vtcunque abiit, ſummum alioqui allatura pudorem Cleodemo, ſi quidem ad omnes permanaſſet, ac non protinus occupans Ariſtænetus eam ſopiſſet, ciuiliter dextréque admodum inducta temulentia. Cæterùm Alcidamas (iam enim potus erat) percontatus quodnam eſſet nomen puellæ nubenti, tum clara voce indicto ſilentio, ſimul & ad fœminas conuerſo vultu, Præbibo, inquit, tibi Cleanthi, Herculis Archegetæ nomine. Sub hæc cùm riſiſſent omnes: Ridetis, inquit, ſacrilegi, quòd ſponſæ, Herculis dei mei nomine propinauerim? Imò illud ſcito opus eſt, ni ſcyphum à me traditum accipiat, nunquam fututum vt illi filius obtingat talis, qualis ego ſum, virtute interritus, animo liber, tum corpore adeò robuſto. ſimúlque cũ dicto ſeſe magis etiam renudabat, etiam vſque ad illa quæ ſunt maximè pudenda. Ad ea cùm iterũ arriſiſſent conuiuæ, indignatus ille ſurrexit, toruis iam atque efferatis obtuēs oculis, vultúque ipſo teſtãs iam neq; pacem neque quietem acturum ampliùs.

Ita vocat duci Minſarum.

A οἰνοχόον ὄντα ὡραῖον, ἰδὼν ὑπομειδιῶντα (ἐχρῆν γὰρ, οἶμαι, & ὅσα πρήγματα τῆς ἑστιάσεως, εἰπεῖν, & μάλιστα εἴπερ τῷ γλαφυρώτατον ἐπράχθη) μάλα ἤδη πρόφυλλον, ὅπερ ἐμειδίασε. ἐν μὲν μικρὸν, ὁ μὲν παρεκάλει, ὡς ἀποπλανώμενος τὸν παῖδα τοῦ Κλεοδήμου τοῦ φιάλου· ὁ δὲ, τὸν τε δάκτυλον ἀπέθλιβεν αὐτοῦ, & δραχμὰς δύο, οἶμαι, συνανέδωκε μετὰ τῆς φιάλης· ὁ παῖς δὲ παρὰ μὲν τὸν δάκτυλον θλιβόμενον, ἐπὶ τοῖς ἐμειδίασεν, ἃ μὲν συν�ᾔδειν, οἶμαι, ὃ νόμισμα, ὥστε μὴ δεξαμένου, φόφον αἱ δύο B δραχμαὶ πρὸς γῆν ἐκπεσοῦσαι, ἐν ἡρυθρίασαν ἀμφὼ μάλα σαφῶς. ἠπόρουν οἱ πλησίον, οὗ τινος εἶεν τὰ νομίσματα, τοῦ μὲν παιδὸς ἀρνουμένου μὴ ἀποβεβληκέναι, τοῦ δὲ Κλεοδήμου καθ' ὃν ὁ φόφος ἐγένετο, μὴ παρεσκευασμένῳ τὸν ἀπόρριψιν. ἠμελήθη μὲν οὖν, & παρώφθη τοῦτο, οὐ πολλῶν ἰδόντων, πλὴν μόνου ὡς ἐμοὶ ἔδοξε τοῦ Ἀρισταινέτου· μετίσησι γὰρ τὸν παῖδα μικρὸν ὕστερον ἀφανῶς ἐκ παρεξαγαγών, & τῷ Κλεοδήμῳ τινὰ παρασκευάσαι δίεσιν τῆς C ἀζώρου ἤδη, & καρτερῶν, ὀρεωκόμον τινὰ, ἢ ἱπποκόμον· & τοῦτο μὲν, ὡδέπως ἐχεχορήκει, μεγάλης αἰσχύνης αἴτιον τῷ Κλεοδήμῳ ἡγούμενον, εἰ ἔφθη διαφοιτῆσαι εἰς ἅπαντας. ἀλλὰ μὲν κατέσχεν αὐτίκα, δεξιῶς πάνυ τοῦ Ἀρισταινέτου τὸ παρεῖναι συγχωροῦντος. ὁ Κωμικὸς δὲ Ἀλκιδάμας, ἐπεπώκει γὰρ ἤδη, πυθόμενος ἥτις ἡ γαμουμένη παῖς καλοῖτο, σιωπὴν παρεκελεύετο, εἶτα μεγάλῃ τῇ φωνῇ, ἀποβλέψας εἰς τὰς γυναῖκας, Προπίνω σοι, ἔφη, ὦ Κλεανθί, Ἡρακλέους ἀρχηγέτου. ὡς δ' ἐγέλασάν τινες τοῦτο ἅπαντες, Ἐγελάσατε, εἶπεν, ὦ κάθαρμα, εἰ τῇ νύμφῃ προὔπινον τὸν ἡμέτερον θεὸν τὸν Ἡρακλέα; & μὲν δὴ εἰδέναι χρὴ, ὡς ἢν μὴ λάβῃ παρ' ἐμοῦ τὸν σκύφον, ἃ ποτε ζηλωτὸς αὐτῇ γένοιτο, οἷος ἐγὼ, ἄπρεπτος μὲν ἀλκὴν, ἐλεύθερος δὲ τὸν νοῦν, & σῶμα δὲ οὕτω καρτερός· & ἅμα παρεγύμνου ἑαυτὸν μᾶλλον, ἄχρι περὶ τὰ αἴσχιστα. εἰδὼς ὅτι τούτοις ἐγέλασάν οἱ συμπόται, ἐς ὀργὴν ἀγανακτήσας, ἐπεμέσατο, δριμὺ & παρέφορον βλέπων, & δῆλος ὢν οὐκέτι εἰρωνίαν ἄξων.

Τάχα

πάλα δ' αὖ πιος καθίκετο τῇ βακτηρίᾳ, εἰ μὴ κῦ καιρὸν εἰσικνέομεθα πλακοῦς ὑμεγέθης· παῖς ὢν ἀποδλέψας, ἡμερώτερος ἐγίνετο, καὶ ἔληξε τῷ θυμῷ, καὶ ἀνεφορᾶτο συμποσίων. καὶ οἱ πλεῖστοι ἐμέθυον ἤδη, καὶ βοῆς μεσὸν ἦν τὸ συμπόσιον. ὁ μὲν γὰρ Διονυσόδωρος ὁ ῥήτωρ αὐτὸς, ῥήσεις ποιάς ἐν μέρει διεξήει, καὶ ἐπῃνεῖτο ὑπὸ τῶν κατόπιν ἑστώτων οἰκετῶν· ὁ δὲ Ἰστιαῖος ὁ γραμματικὸς ἐρραψῳδεῖ, ὕστερος κατακείμενος, καὶ συνέφερεν εἰς ὃ αὐτὸ τὰ Πινδάρου, καὶ Ἡσιόδου, καὶ Ἀνακρέοντος, ὡς ἐξ ἁπάντων μίαν ᾠδὴν παγέλοιον ἀποτελεῖσθαι· μάλιστα δ' ἐκεῖνα ὥσπερ προμαντευόμενος τὰ μέλλοντα,

Συὶ δ' ἔβαλον ῥινούς. καὶ,

Ἔνθα δ' ἄρ' οἰμωγή τε, καὶ ὀλολυγὴ πέλεν ἀνδρῶν.

ὁ Ζηνόθεμις δ' αὖ ἐγίγνωσκε, φοιτῶν ἐπὶ τὸν παῖδος λαβών, λεπτόγραμμόν τι βιβλίον. ὀλίγα λιπόντων δὲ ὀλίγον, ὥσπερ εἰώθασι, τῶν παρακομιζόντων τὰ ὄψα, μηχανώμενος Ἀριστάνετος μηδ' ἐκεῖνον ἀτερπῆ τὸν καιρὸν εἶναι, μηδὲ κενὸν, ἐκέλευσε τὸν γελωτοποιὸν εἰσελθόντα γε, εἰπεῖν τι, ἢ ποιῆσαι γελοῖον, ὡς ἔτι μᾶλλον οἱ συμπόται ἀφυχθεῖεν. ἡ πρῶλθεν ἄμορφός τις ἐξυρημένος τὸν κεφαλὸν, ὀλίγας ὑπὲρ τῇ κεφαλῇ τρίχας ὀρθὰς ἔχων· οὗτ' ὠρχήσατό τε καλακλῶν ἑαυτὸν, καὶ ἀφυστρέφων, ὡς γελοιότερος φαίνοιτο· καὶ ἀνάπαλιν συλλαβὴν, διεξῆλθεν, αἰγυπτιάζων τῇ φωνῇ, καὶ τέλος, ἐπέσκωπτεν εἰς τοὺς παρόντας. οἱ μὲν οὖν ἄλλοι ἐγέλων ὁπότε σκώπτοιεν· ἐπεὶ δὲ καὶ εἰς τὸν Ἀλκιδάμαντα ἔμοιόν τι ἀπέρριψε, Μελιταῖον κυνίδιον προσειπὼν αὐτὸν, ἀγανακτήσας ἐκεῖνος (καὶ πάλαι δὲ δῆλος ἦν φθονῶν αὐτῷ δοκιμουμένῳ, καὶ κατέχοντι τὸ συμπόσιον) ἀπορρίψας τὸν τρίβωνα, προὐκαλεῖτο οἱ παλαιστρίζειν. εἰ δὲ μὴ, κατοίσειν αὐτὸν, ἔφη, τῷ βακτηρίᾳ. ὅπως δὴ ὁ κακοδαίμων Σατυρίων (τοῦτο γὰρ ὁ γελωτοποιὸς ἐκαλεῖτο) συρὰς, ἐπαλαιστρίζε. καὶ ὃ πρᾶγμα γοερὸν ἦν, φιλόσοφος ἀνὴρ γελωτοποιῷ ἀναμιγνύμενος, καὶ παίων, καὶ παιόμενος ἐν τῷ μέρει,

A Forsitan & baculum illisisset alicui, ni commodùm id temporis placenta prægrandis fuisset illata. Nam hanc simul atque conspexit, lenior ac mitior esse cœpit, ac stomachari desiit, obambulans interim, ac placentam auidè vorans. Iam verò plerique temulenti esse cœperant, & clamoribus vndique perstrepebat conuiuium. Nam & Dionysidorus rhetorem illic agens, orationes quasdã pronuntiabat, laudabatúrque à ministris qui à tergo assistebãt. Et Istiçus Grãmaticus vicissim qui post illum accumbebat, versuum centones quosdã recitabat, Pindari, Hesiodi, & Anacreontis carmina simul contexens atque cõsarcinans: ita vt ex omnibus vnicam redderet cantilenam, oppidóq; ridiculam: in primis autem illa, perinde quasi vaticinans de his quæ postea acciderunt,

B

Commisere simul clypeos.

Tum illud quoque:

Tum verò clamorq; virúm luctusq; coortus.

C At verò Zenothemis libellulum quempiam minutis conscriptum literulis, à puero acceptum legebat. Verùm quum ij quorum partes erant edulia inferre, aliquantisper, ita vt solent, cessarent morarentúrque: Aristænetus sedulò curans ne vel id interea tẽporis aut otiosum esset, aut voluptatis expers, accersitum intrò morionem iussit ridiculum aliquid vel dicere, vel facere, quò magis etiam exhilararentur conuiuę. Móxque ingressus deformis quidam, deraso capite, pauculos capillos in vertice gestans, eósque cristæ in morem erectos, hic saltabat, atque inter saltandum, quò maiorem cõcitaret risum, rotatu sese circumagebat, distorquebátque. Tum cymbalo concusso, sonabat interim quiddam, linguam imitans Ægyptiorum. Postremò dicteria quædam iaculabatur in eos qui aderant. Ac reliqui scommate tacti ridebant: verùm vbi & in Alcidamãtem simile quiddam torsisset, catulum illum Melitæum appellans, indignatus ille (iamdudum autem præ se ferebat quòd inuideret illi, dum probaretur, ac conuiuarum oculos retineret) abiecto pallio, vt secum luctaretur, prouocauit. Quod ni faceret, hũc, inquit, baculum tibi impingam. Atque ita miser ille Satyrion (nã id erat morioni nomen) congressus cum eo, pancratio decertabat. Erat id spectaculi multò iucundissimum, quippe cùm viderent hominem philosophum cum morione compositum, cùm ferire, tum vicissim feriri.

D

Proinde qui aderant, partim pudore tangebantur, partim ridebant: donec iam ictus Alcidamas, pugnam detrectaret, ab homuncione omnium plausu comprobato certamine superatus. Hæc igitur cùm essent non mediocri risu excepta: ibi tandē ingressus & Dionicus medicus, haud multò post peractam concertationem. Aiebat autem in mora fuisse Polyprepontem tibicinem, dum hunc phrenesi correptum curandi gratia viseret. Ac planè quiddam risu dignum commemorabat. Dicebat enim in ædes illius veniisse sese, ignarum etiam hominem iam eo morbo teneri. At illum protinus surrexisse, foribúsque occlusis, ac nudato gladio, tibias ipsas sibi tradidisse, iisque vti caneret iussisse. Deinde vbi id non posset, illum percussisse, scuticam sublata manu gestantem. Sese porrò in tanto periculo tale quiddam fuisse commentum, nempe ad canendi certamen prouocasse hominem: idque ea lege, vt victus præscriptum certúmque plagarum numerum acciperet. Ac sese priorem cecinisse, prauè atque imperitè: deinde traditis illi tibiis, scuticam ab illo recepisse: gladium autem extemplo per fenestras in aream abiecisse. Dein cùm minore iam discrimine cum illo luctaretur, auxilio aduocasse vicinos. Eos, reuulsisse belluam, atque ita illorum opera seruatum sese. Ostēdebat autem & plagarum vestigia quædam, nonnulláque in facie tubera liuentia. Ergo cùm Dionicus ob huiusmodi fabulam non minùs placuisset, quàm morio ipse: proxime Istiæum reclinans sese, de reliquiis cœnabat. Atque hic quidem haud absque numine quodam nobis aduenerat, imò prorsum vsui futurus ad ea quæ postea contigerunt. Nam prodiens in medium conuiuium puer quidam, qui se ab Etœmocle Stoico venire diceret, epistolium quoddam adferens, aiebat ab hero sibi mandatum, vt eo palàm omnibus audientibus perlecto, rursus domum sese reciperet. Hic igitur permittente Aristæneto, admotus ad lucernam legebat. PHI. Num orationem, Luciane, in sponsæ laudem compositam, aut carmen nuptiale, quod genus permulta faciunt? LVC. Videlicet nos quoque tale quippiam existimabamus. Verùm ne accedebat quidem ad id, vt aiunt. Cæterùm in literis ita scriptum erat: Etœmocles philosophus Aristæneto:

οἱ παρόντες δὲ, οἱ μὲν ἡδοῦντο, οἱ δὲ ἐγέλων, ἄχρι ἀπηνέχθησε παρόμενος ὁ Ἀλκιδάμας, ὑπὸ συγκεκροτημένου ἀνθρωπίσκου καταγωνισθείς. γέλως οὖν πολὺς ἐξεχύθη ἐπ' αὐτοῖς. ἐνταῦθα Διόνικος ἐπεισῆλθεν ὁ ἰατρὸς, ὑ πολὺ κατόπιν τ ἀγῶνος· ἐδιέβεβλητο δὲ, ὡς ἔφασκε, φρενίτιδι ἑαλωκότα παρακαθήμενον Πολυπρέποντα τὸν αὐλητήν. καί τι καὶ γελοῖον διηγήσατο. ἔφη μὲν γὰρ εἰσελθεῖν πρὸς αὐτὸν, σὺκ εἰδὼς ἐχόμενον ἤδη τοῦ πάθους· τὸν δὲ, ταχέως ἀναστάντα, ὑποκλάσαί τε τὼ ῥόθονε, καὶ ξιφίδιον ἀπαράμενον, ἐναδόντα αὐτοῦ τοῖς αὐλοῖς, κελεῦσαι αὐλεῖν. εἶτα ἐπεὶ μὴ δύναιτο, παίειν, σύτης ἔχοντα ἐς ὑποδίας τὰς χεῖρας. τέλος οὖν ἐν τοσούτῳ κινδύνῳ ὑπενοῆσαι δεῖον δὲ· ἐς ἀγῶνα γὰρ παρακαλέσασθαι αὐτὸν ὑπὲρ ῥητοῦ πλαγῶν ἀριθμοῦ καὶ παρῶτον μὲν, αὐτὸς αὐλῆσαι πονήρως· μετὰ δὲ, παραδόντα τοῖς αὐλοῖς ἑκεῖνα, δέξασθαι παρ' αὐτοῦ ὁ σύτης, καὶ ὁ ξιφίδιον ὑπερρίψαι πάχιστα ἀφ' τῆς φωταγωγοῦ ἐς ὃ ὕπαυθεν τῆς αὐλῆς· καὶ ὃ ἀπὸ δούτου, ἀσφαλέστερον ἤδη παρεσκευασμένον αὐτῷ, ὑποκαλέσθαι τοὺς γείτονας, ὑφ' ὧν ἀναστασθέντων ὁ θηρίον, σωθῆναι αὐτόν. ἐδείκνυε δὲ καὶ σημεῖα τῶν πληγῶν, καὶ ἀμυχάς τινας ὑπὸ τῷ προσώπου. καὶ ὁ μὲν Διόνικος, οὐ μεῖον ἐδοκιμήσας τῷ γελωτοποιοῦ ὑπὲρ τὴ διηγήσῃ, πλησίον τῷ Ἰστιαίου παρακλίνας ἑαυτὸν, ἐδείπνει ὅσα λοιπά· σὺκ ἄνευ θεοῦ τινος ἡμῖν ὑπεπαρών, ἀλλὰ καὶ πάνυ χρήσιμος τοῖς μέλλουσι ταῦτα γενήσεσθαι. παρελθών γάρ τις ἐς ὃ μέσον οἰκέτης, πρὸς Ἐτοιμοκλέους ἥκειν λέγων τῷ Στωϊκοῦ, γραμματίδιόν τι ἔχων, κελεῦσαι οἱ ἔφη τὸν δεσπότην ἐν τοῖς κοινῷ ἀναγνόντα, εἰς ἐπήκοον ἅπασιν ὀπίσω αὖθις ἀπαλλάττεσθαι. ἐφέντος οὖν τῷ Ἀρισταινέτου, παρελθὼν παρὰ τὸν λύχνον, ἀνεγίνωσκεν. ΦΙΛΩΝ. ἦ που, ὦ Λυκῖνε, τῆς νύμφης ἐγκώμιον, ἢ ὑπεθαλάμιον, οἷα πολλὰ ποιοῦσιν; ΛΥΚΙΝΟΣ. ἀμέλει καὶ ἡμεῖς τοιοῦτόν τι ᾠήθημεν· ἀλλ' ὅδ' ἐγγὺς ἐκ τούτου· ἐπεγέγραπτο γὰρ, Ἐτοιμοκλῆς φιλοσόφος, Ἀρισταινέτῳ.

Οπως μὴν ἔγωγε εἰς δεῖπνα, ὁ πρέλλυδος μου βίος ἅπας μάρτυρες αἰ ἡμέραι· ὃς γε ὁσημέραι πολλῶν ἐνοχλουμένων, καὶ πολὺ σοῦ πλησιωτέρων, ὅμως σοὶ πώποτε φέρων ἐμαυτὸν, ἐπέδωκα, εἰδὼς ὅτι τοῖς συμποσίοις θορύβους, καὶ παρρησίας. ὅτι σοῦ δὲ μόνου εἰκότως ἀγανακτῶ μοι δοκῶ, ὃς τοσοῦτον χρόνον ἐμοῦ λιπαρῶς πεφροντικότος, οὐκ ἠξίωσας συναριθμῆσαι καὶ τοῖς ἄλλοις φίλοις, ἀλλὰ μόνος ἐγώ σοι ἄμοιρος, καὶ τούτου, ὃν γε τοῖσιν οἰκεῖον αἰσθομένῳ οὖν ὅτι σοὶ ὃ πλέον, ὅπως ἀχαρίστῳ φανείσῃ· ἐμοὶ γὰρ ἡ δυσμένεια, σὸν δὲ ὕβρις ἀχρεία μοῖρα, ἢ λαγῶς, ἢ πλακοῦντες, ἃ παρ' ἄλλοις ἀφθόνως ἀπολαύω τε καθήκοντα εἰδόσιν, ἐπεὶ καὶ τιμωροῦσι τοὺς μαθητὰς Παμμένης δεῖπνους πολυτελεῖς, ὡς φασι, δεῖπνον δειπνίζων, οὐκ ἐπιθυσα, ἱκετεύοντι, σοὶ δ' αὐτὸν ἐμαυτὸν φυλάττων. σὺ δὲ ἡμᾶς παρῆλιπες, ἄλλους διαχεῖς, εἰκότως· οὔπω γὰρ δειπνήσας ἀφροδίτῃ τὸ βέλτιον, οὐδὲ πω καθαρτικὴν φαντασίαν ἔχῃς. ἀλλ' οἶδα ὅτι μοι τοῦτο, παρὰ τῶν θαυμαστῶν σου φιλοσόφων, Ζηνοθέμιδος καὶ Λαβυρίνθου, ὧν (ἀπεὶη δὲ καὶ ἡ ἀθρασία) συλλογισμῷ ἑνὶ ἀποφράξαι ἂν μοι πάνυ δοκῶ τὰ στόματα. ἢ εἰπάτω τις αὐτῶν, τί ἐστι φιλοσοφία· ἢ τὰ παρόντα τοῦτο, τί διαφέρῃ ἕξις ἕξεως, ἵνα μὴ τῶν ἀπόρων εἴπω, τί κατηγορίαι, ἢ περίτιθι, ἢ δεύτερον λόγον. ἀλλὰ σὺ μὲν ὕστερον αὐτῶν. ἐγὼ δὲ ὡς ἂν μόνον ὃ καλὸν ἀγαθὸν ἡγούμενος εἶναι, οὕτω ῥᾳδίως τιθέμενος ἀτιμίαν. καίτοι ὅπως μὴ ἐς ἐκεῖνο ἔχῃς καταφεύγειν τὴν ἀπολογίαν ὕστερον, ὅτι λαθέσθαι λέγων σε τοσούτου θορύβου, καὶ παραλόγημα, διὰ σε τιμωροῦν παρεσκεύασα, καὶ ἴσως ὅτι τοιοῦτος, καὶ σὺ ὦ διαπεφευγὼς φύσει ποτὲ ὕστερον. ταῦτα ἐγὼ τοῖς παροῦσιν ἀπολελόγημαι. εἰ δὲ δεῖπνου ἕνεκα ἐρρίζωσαί σοι δοκῶ, ὃ κατὰ τὸν Οἰνέα σκόπησον. ἔφει γὰρ καὶ τὴν Ἀρτεμιν ἀγανακτῆσαι, ὅτι μόνων αὐτὴν ὁ πρέλλων ἔκφρος ὢν τὴν θυσίαν, τοὺς ἄλλους θεοὺς ἑστίων. φησὶ δὲ πρὸς αὐτὴν Ὅμηρος ὧδέπως·

A Quàm non mouear conuiuiis, omnis anteacta vita mea fuerit testis, qui quidem cùm quotidie mihi complures ea causſa molesti sint, te multo ditiores, tamen haud vnquam illis morem gessi: perpendens nimirum, quantum sit in eiusmodi compotationibus tumultus, quantum licentiæ petulantiæque: verùm aduersus vnum te mihi videor meo iure stomachatus, qui tantum temporis à me officiosissimè cultus & obseruatus, tamen indignum habueris, quem vel inter reliquos amicos tuos numerares, sed solum ex omnibus præterieris, idque cùm vicinus essem. Proinde tua causſa magis discrucior, qui quidem te tam ingratum præbueris. Nàm ipse felicitatem nequaquã in hoc statuo, si quis mihi impartiat vel suem syluestrem, vel leporem, vel placentam: quæ mihi affatim contingunt apud alios, qui officia norunt: quandoquidem etiam hodie quum apud discipulũ Pammenem cœnare mihi licuerit opiparam (vt vocant) cœnam, non annui tamẽ vehementer obsecrãti, tibi scilicet demens ego memetipsum reseruans. At tu nobis præteritis, alios accipis conuiuio. Idque meritò facis: neque enim vllo modo potes quid sit rectius, dignoscere, nec apprehensiuam illam phantasiam habes. Cæterùm haud sum nescius vnde mihi ista sint profecta: nempe ab egregiis istis philosophis tuis Zenothemide ac Labyrintho: quibus equidem (absit inuidia dicto) vel vnico syllogismo mihi videor os protinus obturare posse. Alioqui respondeat istorum aliquis, quid sit philosophia, aut hęc quæ inter elementa traduntur, quid habitio differat ab habitu: vt ne quid interim de perplexis illis rogationibus proponam, quid sit syllogismus cornutus, quid acerualis, quid metens. Verùm tu quidem istis fruaris licet. Nam ego qui solum in bonis ducã quod sit honestum, facilè tulero cõtumeliam. Atqui ne possis posthac ad istam excusationem confugere, vt dicas te mei oblitum fuisse, nimirum in tanto rerum strepitu, tantisque occupationibus: bis te hodie sum allocutus, primùm mane domi tuæ, deinde rursum in Castoris ac Pollucis templo rem diuinam facientem. Ac his quidem de rebus hæc respondерim. Quòd si tibi videor cœnæ gratia succẽsere, quid Oeneo acciderit cogitato. Videbis nimirum ipsam etiam Dianam indignãtem quòd ille se solã non adhibuerit ad sacrificium, cũ reliquos deos omneis acciperet cõuiuio. Nã hac de re sic alicubi meminit Homerus:

Seu quia non norat, ſeu non ſuccurrerat A illi:
Acriter eſt offenſa tamen.

Item Euripides:

Calydon quidem hæc Pelopeÿ regio ſoli:
Qua parte ſæuum ſpectat aduerſa fretum,
Agros habens tum diuites, tum fertiles.

Rurſum Sophocles:

Immanis apri triſte monſtrum in Oenei
Immiſit agros gnata Latonæ dea
Docta eminus miſſis ferire ſpiculis.

Hæc tibi è plurimis pauca citaui, vt intelligeres cuiuſmodi præterito viro Diphilum ad cœnam adhibeas, cui & ipſi filium commiſeris tuum. Idque rectè. Eſt enim iucundus adoleſcenti, & ita cum eo B viuit, vt placeat, atque obſequatur: atque adeò ni mihi turpe dictu fuerat, addidiſſem & aliud quiddam: quod quidem tu, ſi libebit, è Zopyro eius pædagogo verum eſſe cognoſces. Verùm nō conuenit obtarbare in nuptiis, neque accuſare quenquam: præſertim criminibus vſque adeò fœdis ac pudendis. Tametſi Diphilus dignus in quem facerem, quippe qui duos iam diſcipulos à me retraxerit: ego tamen ipſius philoſophiæ cauſſa reticebo. Porrò famulo huic mandaui, vti ſi quam partem dare velles vel apri, vel cerui, vel placentæ, mihi deportandā, vt iſthoc pacto te mihi de cœna purgares, ne reciperet, ne ad hoc ipſum à nobis miſſus fuiſſe videatur. Hæc, amice, quum legerentur, ſudor interim vtique mihi manabat præ pudore, ſimúlque iam illud quod vulgo dici ſolitum eſt, optabam, vt terra mihi dehiſceret, quum viderem eos qui præſentes aderant, ad ſingulas epiſtolæ partes inter ſe ridentes, potiſſimùm autem hos qui nouerant Etœmoclem, virum canum, tantúmque ſeueritatis præ ſe ferentem. Admirabantur igitur, quòd eiuſmodi vir eſſet, hactenus fugiſſe ſeſe. barba videlicet ac vultus auſteritate deceptos. Cæterùm Ariſtænetus mihi quidem haud videbatur homine contemptu negligentiáve præteriiſſe, verū quòd deſperaſſet, ſi fuiſſet inuitatus, vnquam adduci poſſe vt annueret, vtque ad eiuſmodi res ſe morigerum præberet: eoque ne tentandū quidem eſſe putaſſe. Ergo poſteaquam puer iam legere deſiiſſet, vniuerſum cōuiuium in Diphilum ac Zenonē torquebant oculos, quòd hi iam metu trepidi ſederent, ac pallidi, ipſáque vultus inconſtantia ac perplexitate crimen agnoſcētes ab Etœmocle intentum.

Ἡ λάθετ', ἢ οὐκ ἐφόπσιν, ἀάσατο δ' μέγα θυμῷ.

καὶ Εὐριπίδης·

Καλυδὼν μὲν ἥδε γαῖα Πελοπίας ξυνὸς,
Ἐν αἰπὺ πόρθμοις πεδὶ' ἔχουσα λίδαξ μοτα.

καὶ Σοφοκλῆς·

Συὸς μέγιστον χρῆμ' ἔπ' Οἰνέως γύας,
Αἴτνια Λητὼς παῖς ἐκπέμπει θεά.

Ταῦτά σοι ἀπὸ πολλῶν ὀλίγα προθέμην, ὅπως μάθῃς οἷ λύδρα παραλιπών, Δίφιλον ἑστιᾷς, καὶ τὸν υἱὸν αὐτῷ παραδιδοὺς, εἰκότως. ἡδὺς γάρ ἐστι τῷ μειρακίῳ, καὶ ποιεῖ χαίρειν αὐτῷ συνίησιν. εἰ δὲ μὴ αἰσχρὸν ἐμὲ λέγειν τὰ τοιαῦτα, καὶ αὐτὸ τι παρεσέθηκα, ὅσον οὐ εἰπεῖν, παρὰ Ζωπύρου τοῦ παιδαγωγοῦ αὐτοῦ μάθοις ἄν, ἀληθῆς ὤν. ἀλλ' ὑμῖν παραπλήσιον τὸ γάμοις, οὐδὲ λοιδορεῖσθαι ἀλλήλοις, καὶ μάλιστα ἐφ' ὕβρει αἰσχραῖς αἰτίαις. καὶ γὰρ εἰ Δίφιλος ἄξιος δύο ἤδη μαθητάς μου ἀποστέσας, ἀλλ' ἔγωγε φιλοσοφίας αὐτῆς ἕνεκα σιωπήσομαι παρεσέπαξα δ' τῷ οἰκέτῃ τούτῳ, ἵνα δι' ὧν αὐτῷ μοιχεύει τινα ἢ συός, ἢ ἐλάφου, ἢ σησαμοιῶτος, ὡς ἐμοὶ λοιδορεῖσθε, καὶ αὐτὴ τῆς δείπνου ἀπολογία γένοιτο, μὴ λαβεῖν, μὴ καὶ δόξωμεν ὑπὸ τούτῳ πεπομφέναι. Τούτων, ὦ ἑταῖρε, διαγινωσκομένων μεταξύ, ἱδρώς τέ μοι παρεσείχετο ἐπ' αἰδοῖ· καὶ τοῦτο δὴ ὃ τῶν λόγου, χαίρειν μοι τὸν γλῶν ἀπυχόμην, ὁρῶν τοὺς παρόντας γελωτας ἐφ' ἑκάστῳ, ᾧ μάλιστα ἔστι ἥδεσθαι τὸν Ἐπιμοκλέα, πολιὸν αὐθέντην, ἐσ σιμοὺς ἐμβλέποντα· ἐθαύμαζον δ' ὅπως οἱ ἀλαθοὶ αὐτοῖς, ἐξαπατώμενοι τῷ πώγωνι, καὶ τῇ τοῦ προσώπου σκυθρωπότητι. ὁ γοῦν Ἀριστάνετος, ἐδόκει μοι οὐκ ἀμελείᾳ παρεῖναι αὐτὸν, ἀλλ' οὔποτ' ἂν ἐλπίσας κληθέντα ὑπελθεῖν, οὐδ' ἂν ἐπιτρέψαι ἑαυτὸν τοιούτῳ τινί· ὥστε οὐδὲ τῷ λόγῳ πιεσθῆναι ἄξιον. ἐπεὶ δ' οὖν ἐπαύσατό ποτε ὁ οἰκέτης διαγινώσκων, ὃ μὲν συμπόσιον ἄπτεται εἰς τοὺς ἀμφὶ τὸν Ζώπυρον καὶ Δίφιλον ἀπέβλεπε, διδυκόντας, καὶ ὠχριῶντας, καὶ τῇ ἀπειρίᾳ τῶν προσώπων ἐπαληθεύοντας τὰ ὑπὸ τοῦ Ἐπιμοκλέους κατηγορηθέντα.

ὁ Αειςαίνετος δὲ ἐτεπάρακτο, καὶ ζορύβου μεςὸς ἦν. ἐκέλευε δ' ὅμως πίνειν ἡμᾶς, καὶ ἐπειρᾶτο διαβιβάζεσθαι ὁ γεγονὼς, ὑπομειδιῶν ἅμα, καὶ τὸν οἰκέτην ἀπέπεμψεν, εἰπὼν ὅτι ἐπιμελήσεται τούτων. μετ' ὀλίγον δὲ καὶ ὁ Ζηνὼν ὑπεξανέςη ἀφανῶς, τῷ παιδαγωγῷ νεύσαντος ἀπαλλάττεσθαι, ὡς κελεύσαντος τοῦ πατρός. ὁ Κλεόδημος δὲ, καὶ πάλαι πινὸς ἀφορμῆς δεόμενος (ἐβούλετο γὰρ συμπλακῆναι τοῖς Στωϊκοῖς, καὶ διερρήγνυτο, οὐκ ἔχων ἀρχὴν διαλόγου) τότε οὖν ὁ εὐδόκιμον παραφρύσας τῆς ἐπιςολῆς, Τοιαῦτα, ἔφη, ἐξεργάζεται ὁ καλὸς Χρύσιππος, καὶ Ζηνὼν ὁ θαυμαςὸς, καὶ Κλεάνθης, ῥηματία δύςτηνα, καὶ ἐρωτήσεις μόνον, καὶ γράμματα φιλοσόφων, τἄλλα δ' ἅπαντα, Ετοιμοκλεῖς οἱ πλεῖστοι. καὶ αἱ ἐπιςολαὶ ὁρᾶτε ὅπως γεροντικαί, καὶ ὁ τελευταῖος, Οἶνός μοι Αειςαίνετος, Ετοιμοκλῆς δὲ, Αρτεμις. Ηρακλῆς, δύφημα πάντα, καὶ ἑορτῆ γεγενημένα. νὴ Δί', εἶπεν ὁ Ερμων ὑποκαταπεπλωκὼς· ἠκηκόειν γὰρ, οἶμαι, ὡς τινα ἐσκευάσθαι Αειςαινέτῳ ἐς τὸ δεῖπνον, ὥστε οὐκ ἄκαιρον ἦν μεμνῆσθαι τοῦ Καλυδωνίου· ἀλλὰ τοῖς ἑτέροις, ὦ Αειςαίνετε, πέμπε ὡς τάχιςα τὴν ἀπαρχῶν, μὴ καὶ φθάσῃ ὁ γεροντικὸς οὗτος λιμὸς, ὥσπερ ὁ Μελέαγρος ἀπομαραινόμενος· καίτοι σοὶ μὲν οὐ πάνυ δίκαιον· ἀδελφοὶ γὰρ ὁ Χρύσιππος τὰ τοιαῦτα ἡγεῖτο εἶναι. Χρυσίππου γὰρ μέμνησθε ὑμεῖς (ἔφη ὁ Ζηνόθεμις, ἐπεγείρας ἑαυτὸν, καὶ φθεγξάμενος παμμέγεθες) ἢ ἀφ' ἑνὸς ἀνδρὸς οὐκ ἂν νομίμως φιλοσοφοῦντος Ετοιμοκλέους τῷ γόητι, μεμφθῆτε τὸν Κλεάνθην, καὶ Ζήνωνα, θεοὺς ἄνδρας; οἵ τινες δὲ καὶ ὄντες, ὑμεῖς ἐρᾶτε ταῦτα; ἃ σὺ μὲν τὴν Διοσκούρων κόμην, ὦ Ερμων, τοὺς πλοκάμους τοὺς ἐπικαρκτικοὺς, χρυσοῦς οὔσας; καὶ δύο ὄντας λέγω, ἀποξυρθεὶς τὴν δημίῳ; σὺ δὲ τὴν Σωκράτους γυναῖκα τοῦ μαθητοῦ ἐμοίχευες, ὦ Κλεόδημε, καὶ καταληφθεὶς, τὰ αἴσχιςα ἔπαθες; ἃ σιωπήσαθε οὖν τοιαῦτα σιωπησάμενοι ἀνθεῖς; ἀλλ' ἃ μακρυπὸς ἐγὼ τῆς ἐμαυτοῦ γυναικὸς, ἦν δ' ὃς ὁ Κλεόδημος, ὥσπερ σὺ

A Porrò Aristænetus quanquam esset sanè perturbatus, vehementérque consternatus animo, tamen nos iubebat bibere, conans nimirum id quod euenerat, commodè vertere: subridens interim: ac puerum quidem redire iussit, respondens ea sibi curæ fore. Paulo autem pòst surgens & Zeno clanculum sese abduxit è conuiuio, submonitus à pædagogo, vt discederet, innuente, idque tanquam patris iussu. Ibi verò Cleodemus, qui iamdudum occasionem quæritabat (nam gestiebat omnino cum Stoicis conflictari, verùm dirumpebatur quòd non reperiret caussam ad id B satis idoneam) tum igitur ansam præbente epistola, Huiusmodi, inquit, facit egregius ille Chrysippus, & Zenon ille mirabilis, neque non Cleanthes, verbula misera, neque quicquam præter rogatiunculas, & vmbras duntaxat philosophorum: cæterùm Etœmocles sunt plerique omnes. Videtis quàm & ipsæ epistolæ graues sint ac seniles. Postremò Aristænetus hic Oeneus est, Etœmocles Diana. Dij boni, quàm bene auspicata omnia, quámque congrua celebrandæ festiuitati! Ita per Iouem, inquit Hermon, supra hunc accumbens: C inaudierat autem, vt opinor, aprum quendam Aristæneto paratum, vt in conuiuio proponeretur, eóque putabat non intempestiuè factam mentionem apri illius Calydonij: at per Lares, Aristænete, fac quamprimum sacri partem mittas, ne senex interim ille fame pereat, tanquam Meleager tabefactus. Tametsi nihil queat acerbum accidere, quandoquidem Chrysippus hæc indifferentia censet esse. Itáne vos Chrysippum nominatis? inquit Zenothemis, erigens sese, maximáque voce intonans: An ex vno homine, qui non legitimè philosophiam exerceat, nempe præstigiatore isto Etœmocle, Cleanthem ac Zenonem metimini, viros sapientes? At qui tandem estis ipsi vos, qui hæc dicitis? an non tu Hermon Castoris & Pollucis cæsariem, quam habebant auream, circumtondisti? Cuius quidem facti pœnam dabis carnifici traditus; Tu porrò Cleodeme, nónne Sostrati discipuli tui vxorem stuprasti? Nónne in adulterio eo deprehensus, nefandissima passus es? An non igitur silebitis, cùm huiusmodi dedecorum vobis sitis conscij? Atqui non sum meæ ipsius vxoris leno, Cleodemus inquit, quemadmodum tu;

neque diſcipuli diuerſantis apud me viaticum ſuſtuli quod is depoſuerat, eóque facto rapuiſſe me per Palladem deierans abnegaui: neque quaternis drachmis fœnero, noque diſcipulos obtorto collo in vincula duco, niſi in tempore mercedem perſoluerint. Verùm illud, inquit Zenothemis, haudquaquā poſſis inficias ire, te Critoni venenum quo patrem necaret, miniſtraſſe. Atque interea fortè bibebat: quicquid autem erat in calice reliquum (erat autem fermè ſemiplenus) in duos illos profundebat. Porrò cōſperſus eſt pariter & Ion, idque præmij tulit, quòd illis vicinus accumberet, alioqui eo malo nō indignus. Hermō igitur demiſſo vertice merum è capite abſtergebat, eos interim qui præſentes erāt, atteſtans, quòd id genus cōtumelijs eſſet affectus. Cleodemus autem cùm non haberet calicem, inuadens primùm conſpuebat Zenothemin: deinde læua comprehenſum à barba, plagam in tempus erat illiſurus, ac ferē fortaſſe necaſſet, ni Ariſtęnetus dextrā ſublatam retinuiſſet. Is mox tranſcenſo Zenothemide, inter vtrunque medius aſſedit, vt eo veluti muro dirēpti, pacem inter ipſos agerent. Hæc igitur dum gerebātur, Philon, equidem varia meo cū animo voluebam. Primùm illud ſtatim occurrebat, nullū eſſe operępretium, ſi quis diſciplinas perdiſcat, ni ſimul & vitæ rationes ad id quod eſt optimum, accommodet atque componat: cùm viderem illos qui verbis alios antecellerent, quàm factis ipſis ſeſe ridiculos exhiberēt. Deinde & illud veniebat in mentem, ne fortè verum eſſet quod vulgò plerique dictitarent, videlicet eruditionem à recta ratione boniſque inſtitutis abducere iſtos, qui ſolos libros ſpectarent, quíque ſolicitudine curáque quam illi afferrent, perpetuò tenerentur: quandoquidem quum ibi tam multi præſētes eſſent philoſophi, ne caſu quidem vllum erat cernere à peccando immunem: verùm alij faciebant turpia, alij dicebant turpiora. Neq; enim iam poteram eorum quæ fiebant culpam vino auctori imputaꝛe, mecum reputans cuiuſmodi eſſent quæ Etœmocles neque cibo neque pōtu etiamdum guſtato ſcripſerat. Ita rerum vices prępoſterę atque inuerſę videbantur: ſiquidem vidiſſes idiotas illos ſumma cum modeſtia conuiuium agitantes, neque vino petulantes, neque indecorè ſeſe gerentes: at ridebant duntaxat, & iam damnabant eos opinor quos dudum ſuſpexerant, ex habitu iudicātes eos alicuius eſſe pretij.

Quomodo & quatenus philoſophandū ſit.

A τοῦδὲ τῦ ξένυ μαθητῦ λαβὼν τὸ φόδιον παρακαλαθήκης, ἔπειτα ὤμοσα κὴ τῆς Πολιάδος μὴ εἰληφέναι, νοῦ ὄπι τέτταρσι δραχμαῖς ὀφείλω, τοῦδὲ ἄγχω τοὺς μαθητὰς, ἢν μὴ κὴ καιρῷ ἀποδῶσι τοῖς μισθοῖς. Ἀλλ' ἐκεῖνο, ἔφη ὁ Ζηνόθεμις, οὐκ ἂν εἴποις τέκνον μὴ οὐχὶ φάρμακον ἀποδεδόσθαι Κείτωνι ὅπι τὸν πατέρα· ἢ ἅμα ἔτυχε πίνων, ἢ ὁπόσον ἐπὶ λοιπὸν ἐν τῇ κύλικι ἦν ἥμισυ μέθυ, κατισχέδασεν αὐτῶν. ἀπέλαυσε δὲ καὶ ὁ Ἰων τῆς χαπνήσεως, οὐκ ἀπάξιος ὤν. ὁ μὲν οὖν Ἑρμῶν ὑπαπεξύετο ἐκ τῆς κεφαλῆς τὸν

B ἄκρατον, παροινικώς, καὶ πὶς παρόντας ἐμύρτυρετο, οἷα ἐπεπόνθει. ὁ Κλεόδημος δὲ (οὐ γὰρ εἶχε κύλικα) ὑπισχνεῖτο, παρασείων τι τὸν Ζηνόθεμιν, ἢ τῇ ἀριστερᾷ τὸν πώγωνος λαβόμενος, ἔμελλε παίσειν κὴ κόρης· καὶ ἀπέκτεινεν ἂν τὸν γέροντα, εἰ μὴ Ἀριστήνετος ἐπέσχε τὴν χεῖρα, καὶ ὑπορθὰς τὸν Ζηνόθεμιν, εἰς ὃ μέσον αὐτῶν κατεκλίθη, ὡς ἀφαιρήσειν, ὑπὸ ἀφαιτειχίσματι αὐτῷ εἰρήνην ἄγοντες. ἐν ὅσῳ δὲ ταῦτα ἐγίνετο, ποικίλα, ὦ Φίλων, ἐγὼ κατ' ἐμαυ-

C τὸν ἐνεθύμουν, ὃ πρῶτόν μοι ἐκεῖνο, ὡς οὐδὲν ὄφελος εἰς ἄρα βεβιῶσθαι τὰ μαθήματα, εἰ μή τις ἄρα ἐς τὸν βίον ῥυθμίζοι πρὸς ὃ βέλτιον. ἐκείνους γοῦν πρώτους ὁρῶντας ἐν τοῖς λόγοις, ἑώρων γέλωτα ὑπὸ τῶν πραγμάτων ὀφλισκάνοντας· ἔπειτα δὲ εἰσῄει με, μὴ ἄρα ὃ ὑπὸ τῶν πολλῶν λεγόμενον ἀληθὲς ᾖ, κὴ ὃ πεπαιδεῦσθαι ἀπάγῃ τ' ὀρθῶν λογισμῶν τοὺς ἐς μέσα τὰ βιβλία, ἐς τοὺς ἐν ἐκείνοις φερομένους στενοχὼς ἀφορῶντας. τοσούτων γοῦν φιλοσόφων παρόντων, οὐδὲ κὴ τύχοι ἕνα τινὰ ἔξω ἁμαρτήματος ἰδεῖν

D ἀλλ' οἱ μὲν ἐποίουν αἰσχρὰ, οἱ δ' ἔλεγον αἰσχίω. οὐδὲ γὰρ εἰς τὸν οἶνον ἔτι αἰτιᾶσθαι εἶχον τὰ γιγνόμενα, λογιζόμενος οἷα ὁ Ἐτεμοκλῆς ἄσιτος ἔτι κὴ ἄποτος ἐγεγράφει. διὲφραστο δὴ οὖν ὃ πρᾶγμα. κὴ οἱ μὲν ἰδιῶται, κοσμίως πάνυ ἐστιώμενοι, ὅτε παροινοῖντες, ὅτε ἀφημονοῦντες ἐφαίνοντο, ἀλλ' ἐγέλων μέτριον, καὶ κατεγίνωσκον αὐτῶν, οἶμαι, οὐδ' ἐθαύμαζον, οἰόμενοί τινας εἰ ἀπὸ τῶν σχημάτων.

οἱ σοφοὶ δὲ ἠπίλγαινον, καὶ ἐλοιδοροῦντο, καὶ ἐπορεπιμπλαντο, καὶ ἐπεκεκράγεσαν, καὶ εἰς χεῖρας ἤεσαν. ὁ θαυμάσιος δὲ Ἀλκιδάμας, καὶ ἐνόρει ἐν ταῖς μέσῳ, οὐκ αἰδούμενος τὰς γυναῖκας. καὶ ἐμοὶ ἐδόκει ὡς αὖ ἄριστά τις εἰκάσειεν, ὁμοιότατα εἶ τὰ ἐν συμποσίῳ, οἷς ὠδὲ τῆς Ἔριδος οἱ ποιηταὶ λέγουσιν. οὐ γὰρ κληθῆσαι αὐτὴν ἐς τὸν Πηλέως τὸν γάμον, ῥίψαι δ' μῆλον εἰς τὸ συνδεῖπνον, ἀφ' οὗ τοσοῦτον πόλεμον ἐπ' Ἰλίῳ γενέσθαι. καὶ ὁ Ἐπιμενίδης τοίνυν ἐδόκει μοι τὴν ἐπιστολὴν ἐμβαλὼν εἰς τὸ μέσον, ὥσπερ τι μῆλον, οὐ μείω τῆς Ἰλιάδος κακὰ ἐξεργάσασθαι. οὐ γὰρ ἐπαύσαντο οἱ ἀμφὶ τὸν Ζηνόθεμιν καὶ Κλεόδημον φιλονεικοῦντες, ἐπεὶ μέσος αὐτοῖν ὁ Ἀριστήνετος ἐγίνετο. Ἀλλὰ νῦν μέν, ἔφη ὁ Κλεόδημος, ἰκανόν, εἰ ἐλεγχθείητε ἀμαθεῖς ὄντες· αὔριον δὲ ἀμυνοῦμεν ὑμᾶς ὅτου τινὰ καὶ χρὴ τρόπου. ἀπόκριναί μοι, ὦ Ζηνόθεμι, ἢ σύ, ἢ ὁ κομψώτατος Δίφιλος, καθ' ὅ, τι διαφέρειν εἶ λέγοντες τὴν χρημάτων κτῆσιν, σοῦν ἄλλ' ἢ τοῦτο ἐξ ἁπάντων σκοπεῖτε, ὡς πλείω κτήσασθε, καὶ διὰ τοῦτο ἀμφὶ τοὺς πλουσίους ἀεὶ ἴστε, καὶ δανείζετε, καὶ τοκογλυφεῖτε, ἢ ὅτι μισθῷ παιδεύετε, πάλιν αὖ τινὰ ἡδονὴν μισοῦντες, καὶ τὴν Ἐπικουρείων κατηγορεῖτε, αὐτοὶ τὰ αἴσχιστα ἡδονῆς ἕνεκα ποιεῖτε, καὶ πάσχετε, ἀγανακτοῦντες εἴ τις μὴ καλέσειεν ὅτι δεῖπνον. εἰ δὲ καὶ καλεῖσθε, τοσαῦτα μὲν ἐσθίοντες φθονεῖσθε, τοσαῦτα δὲ τοῖς οἰκέταις ὀπτοδιδόντες. καὶ ἅμα λέγων, τινὰ ὀφθαλμὸν ἐξελασσᾶν ἐπιχείρει, ἐν ᾧ ὁ παῖς εἶχε τὴν Ζηνοθέμιδος, μεστὸν οὖσαν πανταποδαπῶν κρεῶν, καὶ ἔμελλε λύσας αὐτὸν μὴ ἀπορρίπτειν αὐτὰ ἐς τὸ ἔδαφος, ἀλλ' ὁ παῖς οὐκ εἴα, κρατερῶς ἀντεχόμενος. καὶ ὁ Ἑρμῶν, Εὖγε, ἔφη, ὦ Κλεόδημε, εἰ πάντων μέν τινος ἕνεκα ἡδονῆς κατηγορεῖτε, αὐτοὶ δὲ ἥδεσθαι οὐδὲν ἧσσον τοῖς ἄλλοις ἀξιοῦτε. Οὐκ, ἀλλὰ σύ, ἦ δ' ὃς ὁ Ζηνόθεμις, εἰπέ, ὦ Κλεόδημε, καθ' ὅ, τι οὐκ ἀδιάφορόν ἐστι τὸν πλοῦτον. Οὐμὰ τὸν, ἀλλὰ σύ. καὶ ὅτι πολὺ ὃ τοιοῦτον ἐᾷ, ἄγει δή ὁ Ἰων ἀνεκύψας ἐς τὸ ἐμφανέστερον, Παύσασθε, ἔφη·

A Cõtrà ſapientes illi, & in libidinem ferebantur, & cõuitiis certabãt, & ſupra modum ſeſe potu cibiſq; explebãt: poſtremò vociferabãtur, & ad manus vſque conſerendas rapiebantur. Cęterùm admirãdus ille Alcidamas, etiam meiebat ſub oculis omniũ nihil reueritus fœminas. Ac mihi quidẽ ſi quis hæc quæ in eo conuiuio gerebantur, rectiſſimè voluiſſet conferre, ſimillima videbantur iis quæ de Eride dea poëtæ fabulãtur: nempe hanc, quòd non eſſet ad Pelei nuptias aduocata, malum in medium cõuiuium abieciſſe, ex quo tam ingens apud Troiam bellum fuerit ortum. Itidem Etœmocles mihi viſus eſt epiſtola illa quaſi malo quopiam in medium proiecta, non minus malorum quàm Ilias habebat, excitaſſe. Neque enim finem contentionis faciebant Zenothemis ac Cleodemus: quanquam medius inter vtrunque interceſſerat Ariſtęnetus. Age, inquit Cleodemus, impręſentiarum quidem ſat eſt ſi literas neſcire conuincamini: ſed craſtino die vos vlciſcar quibus conueniet modis. Reſponde mihi Zenothemi, vel tu, vel elegantiſſimus iſte Diphilus, qua tandem gratia pecuniæ poſſeſſionem inter differentia ponendam eſſe cenſetis, cùm ex omnibus nil aliud expectetis, quàm vt ipſi quãplurimum pecuniæ poſſideatis, atque ob id cauſſæ ſemper apud diuites hæretis, fœneratis, atque vſuris incumbitis, neque non mercede docetis? Rurſum cur voluptatem deteſtemini, atque hac de cauſſa Epicureos in ius vocetis: cùm ipſi voluptatis gratia, turpiſſima tum facitis, tum patimini: indignè ferentes ſi quis vos non vocarit ad cœnam: rurſum ſi vocemini, non ſat eſt tantum vorare vt cibo turgeatis, niſi & famulis tantum donetis? Atque hæc cùm diceret, pariter & linteum reuellere conatus eſt quod Zenothemidis puer tenebat, omni carnium genere refertum: planéque futurum erat, vt apertum illud ac ſolutum medium in ſolum abiiceret, niſi quia puer non omittel at è manibus, gnauiter aduerſus trahentem retinens. Hîc Hermon: Euge Cleodeme, reſpondeant qua gratia damnent voluptatem, cùm ipſi ſupra cæteros omneis ſtudeant voluptati. Quin magis, inquit Zenothemis, tu Cleodeme reſpondeto quamobrem diuitias inter indifferentia numeres. Imò tu potiùs. Atque hunc ad modum diutius eſt altercatum, donec Ion capite tãdem in apertum prolato, Deſiſtite, inquit:

Ego, ſi libet, ſermonum argumenta pro- A ponam in medium, conuiuio nuptiiſque digna. Vos porrò citra contentionem viciſſim & dicite, & auſcultate: quēadmodum & apud Platonem noſtrum alternis dicēdi vicibus res vt plurimùm agitatur. Id dictum probabant cùm omnes qui aderant, tum in primis Ariſtænetus atque Eucritus, nimirum in ſpem erecti fore vt eo pacto ab odioſis illis contentionibus diſcedi poſſet. Et Ariſtænetus priorem in locum ſeſe recepit, iam partam eſſe pacē ratus. Iámque nobis inferebatur ea cōuiuij pars, abſolutam cœnam vocant, ſingulæ ſingulis aues, carnes aprugnæ, pulpa leporina, piſcis Tagenicus, placentæ: breuiter illa, quæcunque liberum eſt ſeu velis in aluum condere, ſeu domum aſportare malis. Apponebatur igitur nō ſua cuique quadrula, verùm Ariſtæneto atq; Eucrito eadem in parte menſæ vna ambobus cōmunis, ita vt de ſua vtrique parte quæ ſe ſpectaret, eſſet edendū, aut tollendum. Deinde altera Zenothemidi Stoico & Hermoni Epicureo, & his item inter ipſos communis. Deinceps Cleodemo atque Ioni. Poſt hos ſponſo ac mihi. Porrò Diphilo duorum pars appoſita, propterea quòd Zeno iam diſceſſerat. Hæc facito C Philon vti memoria teneas: nam paulo pòſt ad intellectū narrationis erunt vſui. PHIL. Meminerò ſanè. LVC. Tum Ion: Primus igitur exordiar, inquit, ſi quidem videtur. Deinde vbi pauliſper interſiluiſſet, Conueniebat, inquit, fortaſſis, vt apud eiuſmodi viros de ideis, atque incorporeis ſubſtātiis, dēque animi immortalitate ſermo haberetur: verùm ne mihi contradicāt ij qui diuerſam philoſophiæ ſectam ſequuntur, de nuptiis dicā ea quæ congruūt. Atque illud quidem optimum fuerat futurum, ſi nuptiis opus non haberemus, ſed Platonis ac Socratis dogma ſecuti, à fœminarum commercio nos penitus abdicaremus. Etenim qui ita feciſſēt, ij demum ad abſolutam illam virtutem pertingere potuiſſent. Quòd ſi viris omnino ducendæ ſint vxores, vt eas iuxta Platonicam ſententiam inter ſe cōmunes habeant, videlicet quò zelotypia vacemus. Hęc cùm eſſent riſu excepta, vt quę nimis intempeſtiuè dicerentur, tum Dionyſodorus: Non tu deſines, inquit, barbarica iſta nobis occinere? Nam vbi zelotypiam iſtā reperias, aut apud quem? At tu etiam hiſcere audes, inquit, ſterquilinium? Ad hæc Dionyſodorus opinor iam erat conuicia quę conueniebat, regeſturus,

ἐγὼ γάρ, εἰ δοκεῖ, λόγων ἀφορμὰς ὑμῖν ἀξίων τῆς παρούσης ἑορτῆς καταθήσω εἰς τὸ μέσον. ὑμεῖς δὲ ἀφιλονείκως ἔρξατε, καὶ ἀκούσατε ὡσαύτως ἀμέλει καὶ τοῦδε τοῦ ἡμετέρου Πλάτωνι ἐν λόγοις ἡ πλείστη διατριβὴ ἐγένετο. πάντες ἐπήνεσαν οἱ παρόντες, καὶ μάλιστα οἱ ἀμφὶ τὸν Ἀρισταίνετόν τε καὶ Εὔκριτον, ἀπαλλάξασθαι τῆς ἀνδίας ὅτῳ τρόπῳ ἐλπίσαντες. καὶ μετῆλθέ τε ὁ Ἀρισταίνετος ὅτι τὸν αὐτοῦ τόπον, εἰρήνην ἄγοντα ἐλπίσας. καὶ ἅμα εἰσεκομίζετο ἡμῖν ὃ ἐπιτελὲς ὀνομαζόμενον δεῖπνον, μία ὄρνις ἑκάστῳ, καὶ κρέας ὗς, καὶ λαγῶα, καὶ ἰχθὺς ἐκ τοῦ παλαίου, καὶ σησαμοῦντες, καὶ ὅσα ἐστρατεῖν, καὶ ἐξιὸν ἀποφέρεσθαι τοῦπα. παρέκειτο δὲ οὐχ ἑνὶ ἑκάστῳ πινάκιον, ἀλλ' Ἀρισταιέτῳ μὲν καὶ Εὐκρίτῳ, ὅτι μιᾶς τραπέζης κοινόν, καὶ τὰ πρὸ αὐτοῦ, ἑκάτερον ἐγκρίνειν λαβεῖν· Ζηνοθέμιδι δὲ τῷ Στωϊκῷ καὶ Ἕρμωνι τῷ Ἐπικουρείῳ, ὁμοίως κοινὸν καὶ τούτοις, εἶτα ἑξῆς Κλεοδήμῳ, καὶ Ἴωνι, μεθ' οὓς τῷ νυμφίῳ, καὶ ἐμοί· τῷ Διφίλῳ δέ, τὰ ἀμφοῖν, ὁ γὰρ Ζήνων ἀπαλλάττει. καὶ μέμνησό μοι τούτων, ὦ Φίλων, δέῃ δή ποτε καὶ ἐν αὖθις χρήσιμον εἰς τὸν λόγον. ΦΙΛ. μεμνήσομαι δή. ΛΥ. ὁ τοίνυν Ἴων, Πρῶτος οὖν ἄρχομαι, ἔφη, εἰ δοκεῖ. καὶ μικρὸν ὑπισχνεῖτο, ἔχειν μὲν ἴσως, ἔφη, τοιούτων ἀνδρῶν παρόντων περὶ ἰδεῶν τε καὶ ἀσωμάτων εἶναι, καὶ ψυχῆς ἀθανασίας· ἵνα δὲ μὴ αἰτιάσωσί μοι, ὁπόσοι μὴ ξυντὰ φιλοσοφοῦσι, περὶ γάμων ἐρῶ τὰ εἰκότα. ὃ μὲν οὖν ἄριστον ἦν, μὴ δεῖσθαι γάμων, ἀλλὰ πειθομένους Πλάτωνι, καὶ Σωκράτει, παιδεραστεῖν. μόνοι γὰρ οἱ τοιοῦτοι ἀποτελεσθεῖεν ἂν πρὸς ἀρετήν. εἰ δὲ δεῖ καὶ γυναικείου γάμου κατὰ τὰ Πλάτωνι δοκοῦντα, κοινὰς εἶναι ταύτας τὰς γυναῖκας, ὡς ἔξω ζήλου εἶναι. γέλως ὅτι τούτοις ἐγένετο, ὡς οὐκ ἐν καιρῷ λεγομένοις. Διονυσόδωρος δέ, Οὐ παύσῃ, ἔφη, βαρβαρικὰ ἡμῖν ᾄδων; ποῦ γὰρ ἂν εὑρεθείη τὸν ζῆλον ὅτι τοῦτο, καὶ τοῦδε τίνι; καὶ σὺ γὰρ φθέγξῃ καθαρμα; εἶπεν. οἴμοι, καὶ ὁ Διονυσόδωρος ἀντελοιδόρησε τὰ εἰκότα,

ἀλλ' ὁ γραμματικὸς Ἰστιαῖος ὁ βέλτιστος, Παύσασθε, ἔφη· ἐγὼ γὰρ ὑμῖν ὑπιθαλάμιον ἀναγνώσομαι, καὶ ἀρξάμενος ἀνέγνωσεν. ἐμὲ γὰρ ταῦτα, εἴτε μέμνημαι, τὰ ἐλεγεῖα,

Ἦ οἵη πρὶν ἄρ' ἦεν Ἀριστήνετον ἐν μεγάροισι,
Δῖα Κλεανθὶς ἄλοσσ' ἐπιέφετ' ὀδυ-(κέων,
Περὶ ἔχουσα πασάων ἀλλάων παρθέ-
Κρέουσα τ' Κυθέρης, ἠδ' αὖ τ' Σελήνης.
Νυμφίε, σὺ δὲ χαῖρε, καρτερῶν κεφά-
πασι ἐφήδων,
Κρέουσα Νηρῆος, καὶ Θέτιδος παιδός.
Ἄμμες δ' αὖθ' ὑμῖν τὸν ὑπαλάμιον (μέλπα.
ὕμνον

Ξωὸν ἐπ' ἀμφοτέροις πολλάκις ἀφσωγέλωτος οὖν ὅτι τοῦτο, ὡς ἔοικε, τοιοῦτόν ἐστι, καὶ ἀρέσκει ἤδη τὰ παρακείμενα ἑαυτῷ, καὶ ἀπέλυσε τοὺς ἀμφὶ τὸν Ἀριστήνετον, καὶ Εὔκριτον, τὰ παρ' αὐτῷ ἑκάτερος, κἀγὼ τἀμά, καὶ ὁ Χαιρέας, ὅσα ἐκείνῳ ἔκειτο, καὶ Ἰων ὁμοίως, καὶ ὁ Κλεόδημος. ὁ δὲ Δίφιλος ἤξίου καὶ τὰ τοῦ Ζηνωνίου ἤδη ἀπόντι παρατεθέντα φέρεσθαι, καὶ ἔλεγε μόνῳ παρατεθῆναι οἱ αὐτά, καὶ περὶ τούτου ἐμάχετο, καὶ ἀπίασιν, ἕτερος ἑτέρου ἀντιλαμβόμενοι, ὡς δὴ τὸν Παρθενικὸν νεκρὸν ἀπάγοντες, καὶ τέλος, ὁπόπληγη, ἔπεσε, πολὺν γέλωτα παρέχων τοῖς συμποταῖς, καὶ μάλιστα ἐπὶ ἡγαπάκτει μὲν τοῦτο, ὡς αὐτὰ μάλιστα ἠδικημένος. οἱ δὲ ἀμφὶ τὸν Ἑρμοῦν καὶ Ζηνόθεμιν, ἅμα κατέκειντο, ὡς δὴ εἴρηκα), ὁ μὲν Ἑρμῆς, ὁ Ζηνόθεμις, ὁ δὲ ἐπ' αὐτόν. προὔκειτο δὲ αὐτοῖς τὰ μὲν ἀνὰ μέσον πόρτα, ἵππου καὶ αἰέλουρος εἰρωνικῶς· ἡ δὲ ὄρνις ἡ παρὰ τὸν Ἑρμοῦν, πιμελεστέρα, ὥστε, οἶμαι, τυχὸν ἔδοξε καὶ ταύτῃ αἱρεθῆναι, τῷ ἑαυτὴν ἐκάστερον. ἐν τούτῳ τοίνυν ὁ Ζηνόθεμις (καί μοι, ὦ Φίλων, πάνυ προσέχε τὸν νοῦν, ἀμφὶ γὰρ ἐσμεν ἤδη τῷ κεφαλαίῳ τῶν πραγμάτων) ὁδὶ Ζηνόθεμις, φημί, τὴν πρὸ αὐτοῦ ἀφεὶς, τῷ παρὰ τὸν Ἑρμοῦν αἰέλουρον, ποτέρων, ὡς ἔφην, ἔστιν. ἐδ' ἀντιλαβόμενος, καὶ οὐκ εἴα πλεονεκτεῖν. ἐνῆν δ' ὅτι ταῦτα, καὶ συμπεσόντες, ἔπαιον ἀλλήλους ταῖς ὄρνισιν αὐταῖς εἰς τὰ πρόσωπα. καὶ τῶν παρόντων ἐπιλαμβόμενοι, ἐπεκαλοῦντο βοηθεῖν· ὁ μὲν τ' Κλεόδημον, ὁ Ἑρμῆς· ὁ δὲ Ζηνόθεμις,

A verùm Grammaticus Istiæus, vir optimus ille, Desinite, inquit, ego vobis epithalamion recitabo: simúlq; cœpit legere: erat autem Elegiaci versus hi, si satis memini:

Nuper Aristaneti in ædibus vnica summo
Nutrita est studio diua Cleanthis hera,
Virginibus cunctis reliquis præstantior vna,
Vel potior Phœbe, vel potior Venere:
Salue & tu iuuenum validissime sponse valentum,
Nereo prior, ac fortior Aeacida.
At rursum vobis hoc carmen sæpius olim
Commune ambobus coniugiale canam.

Hæc, ita vt est consentaneum, risus est consecutus. Reliquum erat vt cibi tol-B lerentur. Iámque tollebant Aristæne-tus atque Eucritus ex his quæ sibi fue-rant proposita, suam vterque partem. Tum ego quæ mihi, & Chæreas item quæ sibi erant proposita. Eundem ad modum Ion & Cleodemus. Porrò Di-philus etiam Zenonis digressi partem tollere parabat, affirmans vni sibi ea fuisse proposita: atque hac de causa cum ministris dimicabat, ac vicissim in-ter sese trahebant, manibus vtrinque in auem iectis, non aliter quàm Patro-cli cadauer hinc atque illinc attrahere C conantes. Postremò vicit ille, atque ab-stulit, plurimum interim risum præbens conuiuis: maximè cùm eam ob rem po-stea grauiter stomacharetur, perinde quasi atroci affectus iniuria. Iam verò Zenothemis atque Hermon, qui pa-riter, vt dictum est, accumbebant, alter superiùs, puta Zenothemis, al-ter infra hunc, reliqua quidem, quo-niam æqualia fuerant apposita, citra pugnam sustulerant, cæterùm auis quæ iacebat ad Hermonis partem, erat al-tera paulò pinguior: idque ita casu e-uenerat, opinor. Iámque suam vter-que sublaturus erat, ibi Zenothemis (sed tu mihi nunc quammaximè fac a-nimum aduertas: iam enim ad ipsum ne-gotij caput peruenimus) Zenothemis, inquam, omissa ea quæ sese spectabat, eam quæ ante Hermonem iacebat, tol-lere est aggressus: quæ quidem (vti iam diximus) erat pinguiuscula. At ille con-trà nitens retinebat, haud sinens vt ea in re potiores ferret. Inter hæc clamo-re coorto, vtrique in alterum irruentes, ipsis auibus facies mutuò cædebant: ac barbis inuicem prehensis, auxilio ad-uocabant, hic quidem Cleodemum, pu-ta Hermō: ille verò, nempe Zenothemis,

Alcidamantem ac Diphilum. Ac cæteri quidem ad partes accesserunt, partim huius, partim illius, præter vnum Ionem, qui sese neutrum atque ancipitem seruabat. Cæterùm illi inuicem conserti pugnabant, ac Zenothemis quidem scyphum è mensa sublatum, eum qui coram Aristæneto stabat, abiecit in Hermonem,

Atque hunc haud tetigit, aliòsed flexus aberrat:

Verùm sponsi caput dissecuit alto grauissimóque vulnere. Itaque mulierum coorta vociferatio, quæ medium in prælium insiliebant: cum primis autem adolescentuli mater, cùm iam sanguinem eius aspexisset: præterea & sponsa metu territa prosiliit. Inter hæc Alcidamas strenuum virum præstitit, cùm Zenothemidi ferret opem, & illiso suo baculo, Cleodemi quidem caluariam, Hermonis verò maxillam comminuit: ad hæc è famulis aliquot opitulari parãtes, vulnerauit: quanquam illi nihil his rebus territi cesserunt: verùm Cleodemus intentato digito Zenothemidi oculum effodit: tum admotus narem mordicus auulsit. Porrò Hermon Diphilum Zenothemidi suppetias ferre conatum, è sponda in terram præcipitem dedit. Sauciatus est & Istiæus grammaticus, dum interuentu suo eos studet dirimere: calce videlicet in dentes illius illiso, idque à Cleodemo, cùm hunc Diphilum esse credidisset, non Istiæum. Iacebat igitur miser ille iuxta suum ipsius Homerum, sanguinem ab ore vomens. Præterea tumultus atque lacrymarum plena vndique erant omnia: dum & mulieres eiularent Chæreæ sponso circumfusæ, dúmque alij has studerent compescere. Porrò maxima malorũ omnium pars erat Alcidamas, posteaquam semel ad suum rediisset ingenium, feriens quicunque fortè in ipsum incidisset. Neque verò pauci in eo prælio cecidissent, scito, ni baculum is fregisset. Ego porrò iuxta parietem erectus assistens, spectabam omnia, neque me ei negotio admiscebam, nimirum Istiæi iam doctus exemplo, quàm esset periculosum eiusmodi cõflictus velle dirimere. Lapithas itaque Centaurósque vidisses, euerti mensas, effundi sanguinem, proiici scyphos. Demum Alcidamas subuersa lucerna magnas induxit tenebras. Iámque res, vt est coniectu facile, atrocior etiam multo esse cœpit, præsertim cùm haud esset procliue luminis copiam alicunde recuperare:

A Αλκιδάμαντα, καὶ Δίφιλον. καὶ συμίσγουσι οἱ μὲν, ὡς τὸν, οἱ δὲ, ὡς ἑκάτερον, πλὴν μόνου τοῦ Ἴωνος· ἑκάτερος δὲ μέσον ἑαυτὸν ἐφύλαττεν. οἵδε ἐμάχοντο συμπλακέντες, καὶ ὁ μὲν Ζηνόθεμις, σκύφον ἀράμενος ἀπὸ τῆς τραπέζης, κείμενον παρὰ τὸν Ἀριστάνετον, ῥίπτει κατὰ τοῦ Ἑρμωνος. Καὶ ἐκεῖνον μὲν ἥμαρτε, τὸν δὲ οἱ ἐπάπτει ἄλλῃ· διῆλε δὲ τὸ συμφὺς ὀστέον εἰς δύο, ἄχρι τοῦ μάλα καὶ βαθέος αἵματος. Ἐκ δὴ τούτου τοῦ γυναικῶν ἐγένετο, καὶ κατεπήδησαν εἰς τὸ μεταίχμιον αἱ πολλαί, καὶ μάλιστα ἡ μήτηρ τοῦ μειρακίου, ἐπεὶ B ὃ αἷμα εἶδε καὶ ἡ νύμφη δὲ ἀνεπήδησε, φοβηθεῖσα περὶ αὐτῷ. ἐν τοσούτῳ δὲ ὁ Ἀλκιδάμας ἠείρετο, τῷ Ζηνοθέμιδι συμμαχῶν. καὶ παραξας τῇ βακτηρίᾳ, τὸν Κλεοδήμου μὲν ὀστέον κρανίον, τὸν Ἑρμωνος δὲ τὴν σιαγόνα ἐπέτριψε, καὶ τῶν οἰκετῶν αὐτοῖς βοηθεῖν αὐτοῖς ὑπαγορεύοντας, κατέτρωσεν· ὁ μὲν ἀπετράπετο ἑκάτερος. ἀλλ' ὁ μὲν Κλεόδημος, ὀρθὸν ἔχων τὸν δακτύλῳ τὸν ὀφθαλμὸν τοῦ Ζηνοθέμιδος ἐξώρυττε, καὶ τὴν ῥῖνα τοῦ προσφὺς, ἀπέτραγεν. ὁ δὲ Ἑρμων, τὸν Δίφιλον ὑπὸ ξυμμαχίας ἔχοντα τὸν Ζηνοθέμιδος, ἀφῆκεν ὑπὸ κεφαλὴν ἀπὸ τοῦ κλιντῆρος. ἐπεὶ δὲ C Ἰσταῖος ὁ γραμματικὸς, διαλύειν αὐτοὺς ὑπαγορῶν, λάξ, οἴμοι, εἰς τοὺς ὀδόντας τοῦ Κλεοδήμου, Δίφιλον εἰσῆλτε. ἔκειτο οὖν ἄθλιος καὶ τὸν αὐτοῦ Ὅμηρον, αἷμα ἐμέων. πλὴν ὀφρυῶν τε καὶ δακρύων μεστὰ ἦν πάντα. Καὶ αἱ γυναῖκες ἐκώκυον, τὸν Χαιρέαν περιχυθεῖσαι· οἱ δὲ ἄλλοι κατέπαυον. μέγιστον δὲ ἦν ἀπόντων κακῶν ὁ Ἀλκιδάμας, ἐπεὶ ἅπαξ ὃ καθ' ἑαυτὸν ἐπέφατο, παίων τὸν προστυχόντα· καὶ D πολλοὶ ἄν, δῆλα δὴ, ἔπεσον, εἰ μὴ κατέαξε τὴν βακτηρίαν. ἐγὼ δὲ παρὰ τὸν τοῖχον ὀρθὸς ἑστὼς, ἐθεώρουν ἕκαστα, οὐκ αἱρούμενός ἐμαυτὸν, ἅτε τοῦ Ἰσταίου διδαχθείς, ὡς ἔστιν ἐπισφαλὲς διαλύειν τὰ τοιαῦτα. Λαπίθας οὖν καὶ Κενταύρους εἶδες ἄν, τραπέζας ἀνατρεπομένας, καὶ αἷμα ἐκχεόμενον, καὶ σκύφους ῥιπτουμένους· τέλος δὲ, ὁ Ἀλκιδάμας ἀνατρέψας τὸν λυχνίον, σκότος μέγα ἐποίησε· καὶ τὸ πρᾶγμα, ὡς τὸ εἰκὸς, μακρῷ χαλεπώτερον ἐγένετο· καὶ γὰρ οὐ ῥᾳδίως ἦν πόρρωθεν φωτὸς ἄλλου,

Ἀλλὰ πολλὰ ἐτεράζετο, καὶ δεινὰ ἐν τῷ σκότῳ. καὶ ἐπεὶ πῦρ τις λύχνον ποτὲ κομίζων, κατελήφθη Ἀλκιδάμας μὲν, τὴν αὐλητρίδα ἀπογυμνοῦν, καὶ τοῖς βίαν συνεκδύεσθαι αὐτῇ ἀπειλοῦντα. Διονυσόδωρος δὲ ἄλλό τι γελοιότερον ἐφωράθη πεποιηκώς· σκύφος γὰρ ἐξέπεσεν ἐκ τοῦ κόλπου, ὃ ἁρπάσας αὐτὸς· εἶτ' ἀπολοφυράμενος, Ἰωνᾶ, ἔφη, ἀπολόμενον ἐν τῇ ταραχῇ, δοῦναί μοι αὐτὸ, ὅπως μὴ ἀπόλοιτο· καὶ ὁ Ἰων κηδεμονικῶς ἔλεγε τοῦτο πεποιηκέναι. ὅτε δὲ τοῦτο διελύθη τὸ συμπόσιον, σπασθεῖσα ἐκ τῶν δακρύων αὖθις εἰς γέλωτα ὅτε τῷ Ἀλκιδάμαντι, καὶ τῷ Διονυσοδώρῳ, καὶ Ἰωνι. καὶ οἵ τε τραυματίαι, φορείοις ἐξεκομίζοντο, ποικίλως ἔχοντες· καὶ μάλιστα ὁ πρεσβύτης Ζηνόθεμις ἀμφοτέρως, τῇ μὲν, τῆς ῥινὸς, τῇ δὲ, τοῦ ὀφθαλμοῦ ἐπιλημμένος, βοᾶν ἀπόλλυσθαι ὑπ' ἀλγηδόνων· ὥστε καὶ τὸν Ἑρμείαν, καίπερ ἐν κακοῖς ὄντα (δύο γὰρ ὀδόντας ἐξεκέκοπτο) αἰτιᾶσθαι λέγοντα, Μέμνησο μέντοι, ὦ Ζηνόθεμι, ὡς οὐκ ἀδιάφορον ἡγῇ τὸν πόνον. καὶ ὁ νυμφίος δὲ, ἀκεσαμένου τὸ τραῦμα τοῦ Διονίκου, ἀπήγετο εἰς τὴν οἰκίαν, ταινίαις κατειλημμένος τὴν κεφαλὴν, ὅτε τὸ ζεῦγος ἁρπαθεὶς, ἐφ' ᾧ τὴν νύμφην ἀπάξειν ἔμελλον, πικροῖς ὁ ἆθλιος τοῖς γάμοις ἑορτάσας. καὶ τῶν ἄλλων δὲ ὁ Διόνικος ἐπεμελήθη δὴ τὰ δυνατά. καὶ κατενυσθέντες, ἀπήγοντο ἐμοῦντες οἱ πολλοὶ ἐν ταῖς ὁδοῖς. ὁ μέντοι Ἀλκιδάμας, αὐτοῦ ἔμεινεν. οὐ γὰρ ἐδυνήθησαν ἐκβαλεῖν τὸν ἄνδρα, ἐπὶ ἅπαξ καταβαλὼν ἑαυτὸν ὅτε τῆς κλίνης, πλαγίως ἐκάθευδε. τοῦτό σοι τέλος, ὦ καλὲ Φίλων, ἐγένετο τοῦ συμποσίου, ἢ ἄμεινον τὸ πραγικὸν ἐκεῖνο εἰπεῖν, ὅ,

Πολλαὶ μορφαὶ τῶν δαιμονίων·
Πολλὰ δ' ἀέλπτως κραίνουσι θεοί·
Καὶ τὰ δοκηθέντ' οὐκ ἐτελέσθη.

Ἀπροσδόκητα γὰρ ὡς ἀληθῶς ἀπέβη καὶ ταῦτα. ἐκεῖνό τε μεμάθηκα ἤδη, ὡς οὐκ ἀσφαλὲς ἀπροφάσιστα ὅτε, συνεστᾶσθαι τοιούτοις φιλοσόφοις.

sed multa interim ac fæua patrata sunt in tenebris. Pòst vbi accederet nescio quis lucernam tandem apportans, Alcidamas quidem repertus est tibicinæ vestem sustollens, vique cum illa congredi pugnans. Dionysodorus autem in alio quodam ridiculo facinore deprehensus est. Nam, vt surrexerat, scyphus è sinu illius elapsus in solum decidit: postea excusans aiebat Ionem in tumultu calicem sublatum sibi tradidisse, ne periret. Id ita factum, Ion admodum solicitè quasi patronum agens asseuerabat. His rebus dimissum est conuiuium, à lacrymis denuo in ridiculum exitum conuersum, idque Alcidamantis, Dionysodori, atque Ionis gratia. Porrò qui erant saucij, sublati sarcinę ritu foras deportabantur miseris affecti modis, maximè senex ille Zenothemis, pariter tum oculo tum nare mutilatus, enecari se præ cruciatu clamitãs: adeò vt Hermon, quanquam ne ipse quidem expers malorum, (nam huic duo dentes fuerant excussi) palàm atteslaretur, Memineris, inquiens, ô Zenothemis, ne posthac dolorem in mediis habendum ducas. At sponsus iam vulnere à Dionico curato, domum reuectus est fasciis reuincto capite, eidem impositus vehiculo, quo sponsam fuerat abducturus. Atque ita miser ille nuptias acerbas celebrarat. Deinde & aliis item Dionicus pro sua virili remedium adhibuerat. Postremò postquam iam dormierant, asportati sunt plerique mediis in viis vomentes. Cæterùm Alcidamas inibi remanebat. Neque enim valebant hominem extrudere, posteaquam semel sese in spondam abiecerat, atque ibi trãsuersus accubuisset. Hic erat, ô bone Philon, eius exitus conuiuij, de quo rectissimè illud dici possit, quod in fine Tragœdiarum nonnunquam accinitur:

Sunt fortunæ varij casus:
Plurima quæ haud speraueris vnquam,
Ea conficiunt numina diuûm.
Rursum quæ certò speraris,
Ea frustratò non contingunt.

Siquidem & hæc planè præter expectationem atque inopinatò exierunt. Præterea & illud iam didici, non esse tutum, cui non sit opus, cum eiusmodi philosophis agitare conuiuium.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΣΥΡΙΗΣ ΘΕΟΥ.

DE SYRIA DEA.

Iacobo Micyllo interprete.

ARGVMENTVM.

Argumentum operis ipſe titulus indicat. Deſcribit enim Syriæ deæ & templum, & ſacra, & effigiem quoque, facto narrationis initio à collatione reliquorum templorum ſacrorúmque quæ in Syria ſunt. Ac primùm quidem in genere commendat templum deæ huius, à ſanctitate, miraculis, & opulentia. Deinde ſpeciatim commemorat & de origine eius, quando videlicet, & à quibus conditum tradatur, & quænam ipſa Dea eſſe à pleriſque putetur. Poſt hæc de æde templi, à quibus ea extructa fuerit, quæ eius forma, qui ſitus ſit. Item de ſignis ac ſtatuis quæ tum intra ædem, tum extra viſantur. Poſtremo autem & de ſacerdotibus deæ, de lacu & piſcibus ſacris, ad quos ſimulacra deorum veluti per pompam quandam viſendi cauſſa quotannis exeunt. Præterea & de panegyricis conuentibus qui ibi celebrentur, de Gallis, & eorum ceremoniis, déque ſacrificandi ritu ac legibus: inſertis ſuo loco & Antiochi & Combabi hiſtoriis, quorum alter Stratonicen nouercam amauit: alter ob euitandam eiuſdem rei ſuſpicionem ſibi ipſi virilia præcidit. Atque in his nonnulla, vt videlicet illa de arca Noë (quem Lucianus, vt cæteri Græci quoque, Deucalionem hîc vocat) de Gallorum & ſacerdotum purificatione, de vetito porcorum eſu, & id genus alia ita tradantur, vt propemodum credi poſſit ex Iudæorum obſeruationibus ac ſacris pleraque illa tranſſumpta, ſed tempore poſtea uſu ſi adulterata ac depranata fuiſſe, ſiue hoc populorum vicinitate atque commercio factum demus, ſiue Barbari iſti ad eorum exempla quæ à Iudæis tunc cùm in Aſſyria captiui erant, videbant fieri, ſuos quoque ritus conformarunt. Aſſyriorum enim & hæc ciuitas fuit, in qua tam prodigioſa dea culta eſt, ea parte quæ Cœleſyria à Plinio dicitur, condita: cuius nomen Stephanus quidem Hieram, hoc eſt, ſacram, abſolutè, Strabo autem & Plinius iuncta voce Hierapolin vocant: quod hîc Lucianus Ionica dialecto, qua per totam hanc deſcriptionem vtitur, in polin Hieram, hoc eſt, ciuitatem ſacram, per tmeſin diuiſit. Eandem autem & Bambycem iidem, & Edeſſam, quod poſterius nomen Strabo addit, & à Syris ipſis Magog, vt Plinius habet, appellari tradunt: ipſámque deam quam Lucianus ſimpliciter Syriam vocat, proprio nomine Atergatin, & à Græcis Derceto quoque nominari ſcribunt. Cæterùm de Atergatide non alienum opinor fuerit etiã illa huc apponere, quæ apud Athenæum leguntur, quando & ipſa ad vberiorem intellectum eorum quæ hîc à Luciano dicuntur, nonnihil facere videntur. Verborum eorum ſententia hæc eſt: Antipater Tarſenſis, inquit, profeſſione Stoicus, libro περὶ δεισιδαιμονίας, hoc eſt, de religione, quarto, dici à quibuſdam tradit, quòd Gatis Syrorum regina, ita gulæ dedita fuerit, vt per præconem edixerit ne quis piſcem aliquem abſque Gatide comederet. Per ignorantiam igitur pleroſque Atergatim ipſam vocare, atque à piſcibus abſtinere. Mnaſeæ autem in ſecundo de Aſia ita ait: Mihi quidem Atergatis videtur regina adeò intolerabilis fuiſſe, ac multa duriter populis ſuis imperaſſe, ita vt lege quoque cauerit illis, ne quem piſcem ederent, ſed ad ipſam afferrent, eò quòd hoc cibi genere delectaretur. Atque inde etiam in ſacrificiis ſolenne hoc manſiſſe, vt quoties deam precarentur, piſces illi argenteos aut aureos offerrent: ſacerdotes verò etiam tota die veros deæ piſces in menſa paratos ac coctos apponere, elixos pariter & aſſatos, quos ipſi poſtea ſacerdotes deæ abſumant. Ac paulo pòſt idem addit: Atergatis autem, quemadmodum Xanthus ille Lydus tradit, à Mopſo quodam Lydo capta vnà cum filio Ichthye, in lacu Aſcalone contumeliæ cauſſa ſubmerſa, & à piſcibus deuorata eſt. Hæc Athenæus libro 8. Præterea neque illud omittendum videtur, quòd Edeſſam tradit Volaterranus eam eſſe vrbem, in quam Tobias olim filium ſuum ad Gabelum quẽdam, apud quem pecuniam depoſuerat, miſit. Quod ſi verè ab illo traditur, eadémque Edeſſa & Hierapolis dicitur, vt Straboni placet, manifeſtum ex eo iam apparet, & Iudæos ibi captiuos vixiſſe, & illorum obſeruationum veſtigia quoque quædam eodem loco hæſiſſe. Sed hæc in medio relinquamus.

ἄτερ Γάτιδος, id eſt, abſque Gatide, quæ verba iũcta Atergatidis nomen fecere.

ΕΣτιν ἐν Συρίῃ πόλις, οὐ πολλὸν ἀπὸ τοῦ Εὐφράτεω ποταμοῦ, καλέεται δὲ Ἱρή, καὶ ἔστιν ἱρὴ τῆς Ἥρης τῆς Ἀσσυρίης. δοκέει δέ μοι, πόλεϊ τὸ οὔνομα οὐκ ἅμα τῇ πόλῃ οἰκισθῆναι ἐγένετο, ἀλλὰ τὸ μὲν ἀρχαῖον, ἄλλο ἦν. μετὰ δὲ σφίσι, τῶν ἱρῶν μεγάλων γινομένων, ἐς πόλεϊ ἡ ἐπωνυμίη ἀπίκετο. περὶ τούτης δὴ τῆς πόλιος ἔρχομαι ἐρέων ἐκόσα ἐν αὐτῇ ἐστί. ἐρέω δὲ καὶ νόμους, τοῖσι ἐς τὰ ἱερὰ χρέονται, καὶ πανηγύρεας τὰς ἄγουσι, καὶ θυσίας τὰς ὑποτελέουσι. ἐρέω δὲ ἐκόσα καὶ περὶ τοῦ ἱροῦ εἰσαμέων μυθολογέουσι, καὶ τὸν νηόν, ὅκως ἐγένετο. γράφω δέ, Ἀσσύριος ἐών· καὶ τῶν ἀπηγέομαι, τὰ μὲν αὐτόψιν μαθών· τὰ δὲ, καὶ τῶν ἱρέων ἐδάην, ἐκόσα εἴρηται ἐμοὶ πρεσβύτερα, ἐγὼ ἱστορέω. Πρῶτοι μὲν οὖν ἀνθρώπων, τῶν ἡμεῖς ἴδμεν, Αἰγύπτιοι λέγονται θεῶν τε ἐπίνοιαν λαβεῖν, καὶ ἱερὰ εἵσασθαι, καὶ τεμένεα, καὶ πανηγύρεας ἀποδέξαι· πρῶτοι δὲ καὶ ὀνόματα ἱερὰ ἔγνωσαν, καὶ λόγους ἱεροὺς ἔλεξαν. μετὰ δέ, οὐ πολλοστῷ χρόνῳ παρ' Αἰγυπτίων λόγον Ἀσσύριοι ἐς θεοὺς ἤκουσαν, καὶ ἱερὰ καὶ νηοὺς ἤγειραν, ἐν τοῖσι καὶ ἀγάλματα ἔθεντο, καὶ ξόανα ἐστήσαντο. δὲ δὴ παλαιὸν, καὶ παρ' Αἰγυπτίοισι ἀξίωσιν ἦν ἔσχε. καὶ ἔστι ἱερὰ καὶ ἐν Συρίῃ, ἃ δὴ πολλῷ τοῖς Αἰγυπτίοισι ἰσοχρονέοντα, τῶν ἐγὼ πλέξω ὄπωπα. τό γε τοῦ Ἡρακλέος ὃ ἐν Τύρῳ, ἃ τούτου τοῦ Ἡρακλέος, τὸν Ἕλληνες ἀείδουσι, ἀλλὰ τὸν ἐγὼ λέγω πολλὸν ἀρχαιότερος, καὶ Τύριος ἥρως ἐστί. ἔνι δὲ καὶ ἄλλο ἱερὸν ἐν Φοινίκῃ μέγα, ὃ Σιδώνιοι ἔχουσι, ὡς μοὶ αὐτοὶ λέγουσι, Ἀστάρτης ἐστί. Ἀστάρτην δὲ ἐγὼ δοκέω Σελήνην εἶναι· ὡς δέ μοι τις τῶν ἱρέων ἀπηγέετο, Εὐρώπης ἐστὶ τῆς Κάδμου ἀδελφεῆς. Τούτην δὲ ἐοῦσαν Ἀγήνορος τοῦ βασιλῆος θυγατέρα, ἐπειδή τε ἀφανὴς ἐγένετο, οἱ Φοίνικες τῷ νεῷ ἐτίμησάν τε, καὶ λόγον ἱερὸν ἐπ' αὐτῇ ἔλεξαν, ὅτι ἐοῦσαν καλὴν Ζεὺς ἐπόθησε, καὶ ἐκ εἴδεος ἐς τοῦτον ἀμείψαντα, ἥρπασε· καὶ μιν ἐς Κρήτην φέρων, ἀπίκετο. ταῦτα μὲν καὶ τῶν ἄλλων Φοινίκων ἤκουον· καὶ τὸ νόμισμα τῶν Σιδωνίων χρέονται,

ESt in Syria ciuitas non longè ab Euphrate flumine, vocatur autem Sacra, & est quoque sacra Iunonis Assyriæ: cæterùm nomen hoc videtur mihi nõ statim ab initio vrbi, cùm condita est, impositum fuisse, sed antiquitus quidem aliud fuisse, postea verò cùm sacra ibi magna subinde peragerentur, in hoc cognomentum euasisse. De hac igitur ciuitate venio dicturus, quæcunque videlicet in ipsa sunt. Dicam autem & leges quibus in sacris vtuntur, & solennes conuentus quos celebrant, & sacrificia quæ peragunt. Dicam autem & quæcunque de illis traduntur, qui templum hoc consecrarunt, & de æde ipsa quo pacto condita fuerit. Scribo autem Assyrius ipse existẽs: & eorum quæ narro, alia quidem ipse coràm vidi, alia verò à sacerdotibus edoctus sum. Quęcunque igitur antiquiora me sunt, ab iis narrationem incipiam. Primi itaque hominum, quos nos scimus, Ægyptij, dicuntur & deorum notitiam percepisse, & templa constituisse, lucósque & conuentus solennes edidisse. Primi autem & nomina sacra intellexerunt, & sermones sacros docuerunt. Deinde verò non multo tempore pòst, ab Ægyptiis Assyrij doctrinam de diis acceperunt, & sacra templáque erexerunt, in quibus & simulacra posuerunt, & statuas dedicarunt. Antiquitus autem etiam apud Ægyptios absque simulacris & statuis templa erant. Et sunt in Syria quoque templa non multo Ægyptiis ætate posteriora, quorum ego plurima ipse vidi. Herculis vtique æquæuum est illud videlicet quod Tyri est: non huius Herculis quem Græci carminibus celebrant: sed quem ego dico, multo vetustior est, & Tyrius heros. Est autem & aliud templum in Phœnicia, magnum, quod Sidonij celebrant, Astartæ, vt quidem ipsi dicunt. Astarten autem ego puto Lunam esse. Cæterùm vt mihi ex sacerdotibus quidã narrauit, Europæ illud est, Cadmi sororis. Hanc autẽ fuisse ferunt Agenoris regis filiam: & postquam amplius non comparuit, Phœnices ipsam templo honorarunt, & sermonẽ de ea sacrum euulgarunt, quòd videlicet pulchra cùm esset, Iupiter amore eius captus fuerit, & mutata in taurum forma, rapuerit eam, & in Cretam inde abiens deportarit. Atq; hęc quidẽ etiam à cæteris Phœnicibus audiui: & nomisma quoq; quo Sidonij vtũtur,

Hercules Tyrius.

Astarte.

Europam habet insidentem tauro, Ioui videlicet. Cæterùm ipsam ædem non omnes confitentur Europæ esse. Habent autem & aliud templum Phœnices, non Assyrium, sed Ægyptium, quod ex Heliopoli in Phœniciam peruenit: quod ego quidem ipse non vidi, sed tamen magnum etiam hoc & pervetustum est. Porrò & Bybli vidi templum magnum, Veneris Bybliæ cognomento, in quo & ritus quosdam in Adonidem peragunt. Cognoui autem & ipse ritus eos. Dicunt igitur factum illud quo ab apro percussus Adonis fuit, in sua terra contigisse: & in memoriam rei verberantur annis singulis, & lamentantur, & ritus solennes peragunt, ac ipsis magni adeò luctus per totam regionem inducuntur. Postquam autem iam verberandi ac deplorandi finis factus est, principiò quidem inferias Adonidi peragunt, perinde ac mortuo tum existenti, postea autem sequenti die & viuere ipsum dictitant, & in aërem sursum mittunt, & capita detondent, quemadmodum Ægyptij quando apud ipsos Apis mortuus est. Ex mulieribus autem quæcunque tonderi non volunt, talem pœnam exoluunt: vnum quidem diem ad quæstum corpore faciendum prostant: forum autem illud solùm peregrinis exhibetur: & quod inde mercedis auferunt, hoc Veneri in sacrificium datur. Sunt autem ex Byblis nonnulli qui dicunt apud sese humatum esse Osirim Ægyptium, luctúsque & ritus hosce non Adonidi sed Osiridi omnes fieri. Dicam autem & vnde fidem eius rei sibi faciant. Caput vnoquoque anno ex Ægypto Byblum defertur, septem diebus, quantum spatij ex illa in hanc est, enatans. Ac venti ipsum ferunt diuina quadam remigatione. Vertitur autem nusquam aliò, sed solùm Byblum perfertur, & est in summa mirum quiddam. Et hoc quouis anno fit, quemadmodum & me præsente tum Bybli factum est, & caput ipsum spectaui è papyro effigiatum. Est autem & aliud miraculosum in terra Bybliorum: fluuius quidam ex Libano monte in mare defertur: fluuio nomen est Adonis. Hic quotannis cruore inficitur, & colorem amittit, & in mare exiens, ipsum quoque pelagus magna ex parte purpureum efficit, Bybliisque lugendi tempus indicat. Fabulantur autem quòd illis tum diebus Adonis per Libanum saucietur,

Venus Byblia.

Adonis fluuius.

A τὴν Εὐρώπην ἐφεζομένην ἔχει τῷ ταύρῳ τῷ Διί· τὸν μὲν οὖν ἐμοὶ γε οὐκ ὁμολογέουσι Εὐρώπης ἐμνήσθαι. ἔχουσι δὲ καὶ ἄλλο Φοίνικες ἱερόν, οὐκ Ἀσσύριον, ἀλλ' Αἰγύπτιον, ὃ ἐξ Ἡλίου πόλιος ἐς τὴν Φοινίκην ἀπίκετο. ἐγὼ μὲν οὖν οὐκ ὄπωπα, μέγα δὲ καὶ τόδε καὶ ἀρχαῖόν ἐστι. εἶδον δὲ καὶ ἐν Βύβλῳ μέγα ἱερὸν Ἀφροδίτης Βυβλίης, ἐν τῷ καὶ τὰ ὄργια ἐς Ἄδωνιν ἐπιτελέουσι. ἐδάην δὲ καὶ τὰ ὄργια. λέγουσι γὰρ δὴ ὧν ἔργον ἐς Ἄδωνιν ὑπὸ τοῦ συὸς, ἐν τῇ χώρῃ τῇ σφετέρῃ γενέσθαι, καὶ μνήμην τοῦ πάθεος τύπτονταί τε ἑκάστου ἔτεος, καὶ B θρηνέουσι, καὶ τὰ ὄργια ἐπιτελέουσι, καὶ σφίσι μεγάλα πένθεα κατὰ τὴν χώρην ἵστανται. ἐπεὰν δὲ ἀποτύψωνταί τε, καὶ ἀπολαύσωνται, τοιῇδε μὲν καθαίρεσι τῷ Ἄδωνιδι, ὅκως ἐόντι νέκυϊ· μετὰ δὲ, τῇ ἑτέρῃ ἡμέρῃ, ζώειν τέ μιν μυθολογέουσι, καὶ ἐς τὸν ἠέρα πέμπουσι, καὶ τὰς κεφαλὰς ξυρέονται, ὅκως Αἰγύπτιοι, ἀποθανόντος Ἄπιος. γυναικὸς δὲ ὁκόσας οὐκ ἐθέλουσι ξυρέεσθαι, τοιῇδε ζημίῃ ἐκτελέουσι· ἐν μιῇ ἡμέρῃ, ὅτε περ ἀπὸ τῆς ὥρης ἵστανται· ἢ δὲ ἀγορὴ μισθοῖσι ξείνοισι C παρέχεται, καὶ ὁ μισθὸς ἐς τὴν Ἀφροδίτην, θυσίη γίνεται. εἰσὶ δέ τινες Βυβλίων, οἳ λέγουσι καὶ σφίσι τεθάφθαι τὸν Ὀσιριν τὸν Αἰγύπτιον, καὶ τὰ πένθεα, καὶ τὰ ὄργια, οὐκ ἐς τὸν Ἄδωνιν, ἀλλ' ἐς τὸν Ὀσιριν πάντα περαίνεσθαι. ἐρέω δὲ κἀγὼ ὁκόθεν καὶ τὰ δὲ πιστὰ δοκέουσι. κεφαλὴ ἑκάστου ἔτεος ἐξ Αἰγύπτου ἐς τὴν Βύβλον ἀπικνέεται, πλώουσα τὸν μεταξὺ πλόον ἑπτὰ ἡμερέων. καὶ μιν οἱ ἄνεμοι φορέουσι θείῃ ναυτιλίῃ. πέπεται δὲ θάλασσα, ἀλλ' ἐς μοιρίδιον τὴν Βύβλον ἀπικνέεται· καὶ ἔστι D σύμπαν, θῶυμα. καὶ τῷπερ ἑκάστου ἔτεος γίνεται, ὃ καὶ ἐμεῦ παρεόντος ἐν Βύβλῳ ἐγένετο· καὶ τὴν κεφαλὴν ἐθησαύριζον Βυβλίοι. ἔστι δὲ ἄλλο θῶυμα ἐν τῇ χώρῃ τῇ Βυβλίῃ, ποταμὸς ἐκ τοῦ Λιβάνου τοῦ ὄρεος, ἐς τὴν ἄλλην ἐκδιδοῖ οὔνομα τῷ ποταμῷ Ἄδωνις ὀπίκεται· ὁ δὲ ποταμὸς, ἑκάστου ἔτεος αἱμάσσεται, καὶ τὴν χροιὴν ὀλέσας, ἐσπίπτει ἐς τὴν θάλασσαν, καὶ φοινίσσει ὁ πολλὸν τοῦ πελάγεος, καὶ σημαίνει τοῖς Βυβλίοις τὰ πένθεα. μυθέονται δὲ ὅτι τούτοισι τοῖσι ἡμέρῃσι, ὁ Ἄδωνις ὑπὸ τὸν Λίβανον πεπώκεται,

καὶ τὸ αἷμα ἐς τὸ ὕδωρ ἐρχόμενον ἀλλάσσει τὸν ποταμὸν, καὶ τῷ χρόᾳ τὸ ἐπώνυμον διδοῖ. ταῦτα μὲν οἱ πολλοὶ λέγουσι. ἐμοὶ δέ τις αὐτὴρ Βύβλιος, ἀληθέα δοκέων λέγειν, ἑτέρῳ ἀπηγέετο τοῦ πάθεος αἰτίῳ. ἔλεγε δὲ ὧδε· Ὁ Ἀδωνις ὁ ποταμὸς, ὦ ξεῖνε, διὰ τοῦ Λιβάνου ἔρχεται· ὁ δὲ Λίβανος καρπὸν ξανθότατόν ἐστι· αἴτεμοι ὦν τηνικάδε ἐκείνῃσι τῇσι ἡμέρῃσι ἰσταμένοισι τὸν χοῦν τοῦ ποταμοῦ ὑπιφέρουσι, ἐστὶν ἐς τὰ μάλιστα μιλτώδεα· ἡ δὲ γῆ μιν αἱματώδεα ποιέει· καὶ τοῦ δὲ τοῦ πάθεος ὑπὸ τὸ αἷμα, τὸ λέγουσι, ἀλλ' ἡ χώρη αἰτίη. ὁ μὲν μοι Βύβλιος τοσαῦτα ἀπηγέετο. εἰ δὲ ἀτρεκέως ταῦτα ἔλεγε, ἐμοὶ μὲν δοκεῖ καρπὸν θεῖον καὶ τοῦ αἵματος ἐπιτυχεῖν. αἰείρω δὲ καὶ ἐς τὸν Λίβανον ἐκ Βύβλου, ὁδὸν ἡμέρης, πυθόμενος αὐτόθι ἀρχαῖον ἱρὸν Ἀφροδίτης ἔμμεναι, τὸ Κινύρης ἵσατο· καὶ εἶδον τὸ ἱρὸν, καὶ ἀρχαῖον ἐὸν. τάδε μὲν ἔστι τὰ ἐν τῇ Συρίῃ ἀρχαῖα καὶ μεγάλα ἱρά. τοσούτων δὲ ἐόντων, ἐμοὶ δοκέειν, οὐδὲν τῷ ἐν τῇ ἱρῇ πόλει μεῖζον ἔμμεναι, οὐδὲ νηὸς ἄλλος ἁγιώτερος, οὐδὲ χώρη ἄλλη ἱερωτέρη. ἔνι δὲ καὶ ἔργα ἐν αὐτῷ πολυτελέα, καὶ ἀρχαῖα ἀναθήματα, καὶ πολλὰ θαύματα, καὶ ζόανα διοτρεπέα, καὶ θεοὶ δὲ κάρτα αὐτόθιοι ἐμφανέες. ἱδρῶτά γὲ δή ὦν παρὰ σφίσι τὰ ξόανα, καὶ κινέεται καὶ χρησμηγορέει· καὶ βοὴ δὲ πολλάκις ἐγήρετο ἐν τῷ νηῷ, κλαδέντος τοῦ ἱροῦ, καὶ πολλοὶ ἤκουσάν. καὶ μὲν καὶ ὅλως πέρι, ἐν τοῖσι ἐγὼ οἶδα, σοφώτατόν ἐστι. πολλὰ γὲ αὐτοῖσι ἀπικνέεται χρήματα, ἔκ τε Ἀραβίης, καὶ Φοινίκων, καὶ Βαβυλωνίων, καὶ ἄλλα ἐκ Καππαδοκίης, τὰ δὲ καὶ Κίλικες φέρουσι, τὰ δ' Ἀσσύριοι. εἶδον δ' ἐγὼ καὶ τὰ ἐν τῷ νηῷ κάθηρα ἀποκείμενα, ἐσθῆτα πολλὴν, καὶ ἄλλα, ἐκόσα ἐς ἄργυρον ἢ ἐς χρυσὸν ἀποκέκριται. ἑορτὰς μὲν γὲ καὶ πανηγύριες ἀδαμοῖσι ἄλλοισι ἀνθρώπων τοσάσδε ἀποδείκνυται. ἱστορέοντι δέ μοι ἐτέων πέρι, ὁκόσα τῷ ἱρῷ ἐστι, καὶ τινὰ θεὸν αὐτοῦ λόγῳ τινὰ δοκέουσι, πολλοὶ λόγοι ἐλέγοντο, τῶν οἱ μὲν ἱεροὶ, οἱ δὲ ἐμφανέες, οἱ δὲ κάρτα μυθώδεες· καὶ ἄλλοι, βαρβαρικοὶ, οἱ μὲν τοῖσι Ἕλλησι ὁμολογέοντες, τοὺς ἐγὼ πάντας μὲν ἐρέω, δίκομαι δὲ οὐδαμῶς.

A & cruor illius in aquam delatus, fluminis colorem mutet, eidémque nomen præbeat. Atque hæc quidem vulgo dictitãt. Cæterùm mihi vir quidam Byblius, qui vera dicere visus est, aliam quandam huius rei causſam narrauit: Dicebat autem hoc pacto: Fluuius hic Adonis, ô hospes, per Libanum defertur. Libanus autem ipse terram habet admodum rubeam. Venti igitur vehementiores illis tum diebus exoriẽtes, terram in fluuium deferunt, quæ tum maximè minio similis est: ea posteà illum cruentum videri facit. Atque ita rei huiusce causſa haudquaquam cruor est, vti ferunt, sed terra.

B Ac Byblius quidem tantum narrabat. Quòd si autem vera ista dixit, mihi quidem videtur diuinus adeò etiam vẽti iste tum ortus incidere. Cæterùm ascendi & in Libanum ex Bybli, itinere vnius diei, cùm audissem ibi antiquum tẽplum Veneris esse, quod Cinyras dedicasset. Ac vidi sanè templũ, erátque pervetustum. Atque hæc quidem in Syria sunt templa antiqua, & magna. Quę cùm multa adeò sint, nullum tamen, quantum mihi videtur, maius eo est quod in Sacra ciuitate habetur, neque etiam ædes alia sanctior,

C aut terra magis sacra vspiam est. Sunt autẽ & opera in eo pretiosa, & donaria antiqua, & miraculosa multa, & statuæ religiosæ, & dij quoque ex ipsis manifestam adeò sui significationem dantes. Siquidem & sudorem ipsis emittunt statuæ, & mouentur, & oracula edunt, & clamor sæpenumero in æde coortus est cùm templum iam clausum esset, multíque audierunt. Iam verò & diuitiis inter ea quę quidem ipse vidi, primum atque præcipuum est. Nam multæ afferuntur ipsis opes tum ex Arabia tum à Phœnicibus & Babyloniis, & aliæ item ex Cappadocia, & quæcunque Cilices afferunt, & quæcunque Assyrij. Vidi autem ego etiam ea quæ secretò in æde posita sunt,

D vestes videlicet multas, & alia quæcunque argento aut auro seorsim deputata sunt. Nam festa quidem & solennes conuentus haud vllis aliis hominibus æquè multùm peraguntur. Porrò inquirenti mihi de annis, quàm diu templum hoc durasset, & de dea, quamnam ipsi eam esse putarent, multi sermones ferebantur, quorum alij sacri tradebantur, alij aperti ac plani erant, alij contrà valde fabulosi: rursum alij Barbari, alij cum Græcis consentientes: quos ego omnes quidem referam, haudquaquam autem approbo.

Deucalio: & de diluuio.

Complures igitur Deucalionẽ Scytham illum tradunt templum hoc conſecraſſe, eum puta Deucalionem, cuius temporibus aquarum diluuium fuit. Cæterùm de Deucalione inter Græcos ſermonem quẽ illi de eo referunt, audiui. Habet autem ſermo ille hoc pacto: Hanc hominum generationem quę nunc eſt, ab initio haud quaquam fuiſſe, ſed eam quæ tum fuit, totam interiiſſe. Hos autem homines qui nunc ſunt, ſecundi generis eſſe, eius quod rurſus à Deucalione in tantam multitudinem excreuit. De illis autem hominibus, huiuſmodi quędam traduntur: Cùm contumelioſi admodum eſſent, nefaria opera eos perpetraſſe. Neque enim iuſiurandum obſeruaſſe, neque hoſpites recepiſſe, neque ſupplicum miſertos eſſe. ob quam rem, maximam calamitatem ipſos mox conſecutam eſſe. Statim enim & tellus multam aquam effudit, & imbres magni fuerunt, & flumina ſolito maiora decurrerunt, & mare quoque in multum aſcendit, eò vſque, dum omnia aquis inundarentur, atque omnes perirent. Deucalion autem ſolus hominum relictus fuit, in ſecundam videlicet generationem, prudẽtiæ ſimul & pietatis gratia. Seruatus autem fuit hoc pacto: Arcam quandam magnam, quam ipſe habebat, impoſitis in eam & liberis, & vxore ſua, conſcendit. Cæterùm cùm ipſe ingrederetur, venerunt eôdem & apri, & equi, & leonum genera, & ſerpentes, aliáque quæcunque tellure paſcuntur, bina ex vnoquoque genere cuncta. Ille autem recepit ad ſe omnia, atque ea ipſum haud quaquam lædebant, ſed magna inter eos, Ioue ita diſpenſante, concordia erat, vnáque in arca omnes nauigabant quandiu aqua ſuperabat. Atque hæc quidem de Deucalione Græci tradunt. De iis autem quæ mox conſecuta ſunt, fertur alius quidam ſermo ab iis qui Sacram incolunt ciuitatem, magna certè admiratione dignus: quòd in ipſorum videlicet terra hiatus quidam factus fuerit, ac totã illam aquam abſorbuerit. Deucalion autem, vbi hæc ita facta ſunt, & aras conſtituit, & ædem ſupra hiatum illum Iunoni ſacram erexit. Ego verò etiã hiatum vidi, & eſt ſub æde illa, admodum exiguus quidam. Vtrùm autem antiquitus etiam maior fuerit, & nũc in tam paruum redactus ſit, equidẽ neſcio. Is vtique quem ego vidi, paruus eſt: ſignum autẽ quo fidẽ huſtoriæ huic faciant, hoc peragunt: Bis vnoquoq; anno ex mari aqua in ędẽ defertur.

οἱ μὲν ὧν πολλοὶ, Δευκαλίωνα τὸν Σκύθην ὃ ἱερὸν ἱδρύσασθαι λέγουσι τοῦτον Δευκαλίωνα, ὅτι τῷ ὃ πολλὸν ὕδωρ ἐλθεῖν. Δευκαλίωνος δὲ πέρι, λόγον ὃν Ἕλληνι ἤκουσα, τὸν Ἕλληνες ἐς αὐτὸν λέγουσι. ὁ δὲ μῦθος ὧδε ἔχει· ἥδε ἡ γενεὴ, οἵη νῦν αἴδεφοι, οὐ τοιῆδε ἐγένοντο, ἀλλ' ἑτέρη μὲν ἡ γενεὴ, πρώτη ὤλετο. οὗτοι δὲ γένεος τοῦ δευτέρου εἰσὶ ὃ αὖθις ἐκ Δευκαλίωνος ἐς πλῆθος ἀπίκετο. ἐκείνων δὲ πέρι τὴν αἰδεφῶν τάδε μυθέονται. ὑβρεῖσαι κάρτα ἐόντες, ἀθέμιστα ἔργα ἔρεξαν· ὅτε γὰρ ὅρκια ἐφύλαξαν, ὅτε ξείνους ἐδέκοντο, οὔτε ἱκετέων ἐφείσαντο, ἀπ' ὧν σφίσι ἡ μεγάλη συμφορὴ ἀπίκετο. αὐτίκα ἡ γῆ πολλὸν ὕδωρ ἀνῆκε, καὶ ὄμβροι μεγάλοι ἐγένοντο, καὶ οἱ ποταμοὶ κατέβησαν μείζονες, καὶ ἡ θάλασσα ὅτι πολλὸν ἀνέβη, ἐς ὃ πρῶτα ὕδωρ ἐγένοντο, καὶ πρῶτες ὄλοντο. Δευκαλίων δὲ μοιρῶν αἰδεφῶν ἐλίπετο ἐς γενεὴν δευτέρην, Δώδωνίς τε καὶ τῶ Δωδώνεος εἵνεκα. ἡ δέ οἱ σωτηρίη ἥδε ἐγένετο· λάρνακα μεγάλην, τὴν αὐτὸς ἔχε, ἐς ταύτην ἐσβιβάσας παῖδάς τε καὶ γυναῖκας ἑωυτῷ, ἐσέβη. ἐσβαίνοντι δὲ οἱ, ἀπίκοντο σύες, καὶ ἵπποι, καὶ λεόντων γένεα, καὶ ὄφιες, καὶ ἄλλα, ἐκόσα ἐπὶ γῆς νέμονται πρώτα ἐς ζεῦγεα. ὁ δὲ πρῶτα ἐδέκετο· καί μιν οὐκ ἐσίνοντο, ἀλλὰ σφίσι μεγάλη δρήτη φιλίη ἐγένετο. καὶ ἐν μιῇ λάρνακι πρῶτα ἔπλευσαν, ἕστε ὃ ὕδωρ ἐπεκράτησε. τὰ μὲν Δευκαλίωνος πέρι, Ἕλληνες ἱστορέουσι. τὰ δὲ ἀπὸ τούτου, λέγεται λόγος ἐπὶ τῷ ἐν τῇ ἱρῇ πόλῃ μεγάλως ἄξιος θωυμάσαι, ὅτι ἐν τῇ σφετέρῃ χώρῃ, χάσμα μέγα ἐγένετο, καὶ ὃ σύμπαν ὕδωρ κατεδέξατο. Δευκαλίων δὲ, ἐπεὶ πάντα ἐγένετο, βωμούς τε ἔστα, καὶ νηὸν ὅτι τῷ χάσματι Ἥρης ἅγιον ἐτέτατο. ἐγὼ δὲ, καὶ ὃ χάσμα εἶδον, καὶ ἔστι ἐπὶ τῷ νηῷ κάρτα μικρόν. εἰ μὲν ὧν πάλαι γε μέγα ἦν, νῦν γε οἷόνδε ἐγένετο, οὐκ οἶδα, ὃ δὲ ἐγὼ εἶδον, μικρόν ἐστι. σῆμα δὲ τῆς ἰσορίης τόδε φρήσονται· δὶς ἑκάστου ἔτεος ἐκ θαλάσσης ὕδωρ ἐς τὸν νηὸν ἀπικνέεται.

φέρεσι δ' οὐκ ἱρέες μοῦνον, ἀλλὰ πᾶσα Συ-
είη, καὶ Ἀραβίη, καὶ οἱ ἔξω τοῦ Εὐφρήτεω, πολ-
λοὶ αὐθρωποι ἐς θάλασσαν ἔρχονται, καὶ πάν-
τες ὕδωρ φέρεσι· ὃ, πρῶτα μὲν ἐν τῷ νηῷ
ἐκχέουσι, μετὰ δὲ, ἐς ὃ χάσμα κατέρχεται,
καὶ δύεται ὃ χάσμα μικρὸν ἐὸν, ὕδατος
χρῆμα πολλόν. τὰ δὴ ποιέοντες, Δευκαλίω-
να ἐν τῷ ἱρῷ τοῦδε νόμον θέσθαι λέγουσι,
συμφορῆς τε καὶ εὐεργεσίης μνῆμα ἐμφανές.
ὁ μὲν δὴ ἀρχαῖος αὐτοῖς λόγος ἀμφὶ τῷ ἱρῷ,
τοιόσδε ἐστί. ἄλλοι δέ, Σεμίραμιν τὴν Βα-
βυλωνίην, τῆς δὴ πολλὰ ἔργα ἐν τῇ Ἀσίῃ
ἐστί. ταύτην καὶ τόδε ἔδος εἵσασθαι νομί-
ζουσι, οὐκ Ἥρῃ δὴ εἵσασθαι, ἀλλὰ μητρὶ
ἑωυτῆς, τῇ Δερκετοῦς οὔνομα. Δερκετοῦς
δὴ εἶδος ἐν Φοινίκῃ ἐθηησάμην, θῆμα ξεῖνον·
ἡμισυ μὲν, γυνή· ὃ δὲ ὁκόσον ἐκ μηρῶν ἐς
ἄκρους πόδας, ἰχθύος οὐρὴ ἀποτείνεται. καὶ δὴ
ἐν τῇ ἱρῇ πόλει, πᾶσα γυνή ἐστι. πίστιες δὴ τοῦ
λόγου αὐτοῖσι, οὐ κάρτα ἐμφανέες. ἰχθύας,
χρῆμα ἱρὸν νομίζουσι, καὶ οὔκοτε ἰχθύων
φαύσουσι, καὶ ὄρνιθας τοὺς μὲν ἄλλους, σιτέον-
ται, πελεκυρέων δὲ μοῦνον, οὐ σιτέονται, ἀλ-
λὰ σφίσι ἅδε ἱρά. τὰ δὲ γινόμενα, δοκέει αὐ-
τοῖς ποιέεσθαι, Δερκετοῦς καὶ Σεμιράμιος
εἵνεκα· ὃ μὲν, ὅτι Δερκετοῦ μορφέων ἰχθύος
ἔχει· ὃ δὲ, ὅτι ὃ Σεμιράμιος τέλος, ἐς πε-
λεκυρέων ἀπίκετο· ἀλλ' ἐγὼ τὸν μὲν νηὸν, ὅτι
Σεμιράμιος ἔργον ἐστί, τάχα κου δίκαιμι·
Δερκετοῦς δὲ ἱρὸν ἔμπαλιν, οὐδαμᾶ πεί-
θομαι, ἐπεὶ καὶ παρ' Αἰγυπτίων ἔνιοί εἰσι, οἳ
ἰχθύας οὐ σιτέονται, καὶ τὰ δὲ οὐ Δερκετοῖ
χαρίζονται. ἔστι δὲ καὶ ἄλλος λόγος ἱρός, τὸν
ἐγὼ σοφοῦ ἀνδρὸς ἤκουσα· ὅτι ἡ μὲν θεὴ,
Ῥέη ἐστί· ὃ δὲ ἱρὸν Ἄττεω ποίημα. Ἄττης ὁ
ἦρος Λυδὸς μὲν ἦν, πρῶτος δὲ τὰ ὄρ-
για τὰ ἐς Ῥέην ἐδιδάξατο. καὶ τὰ Φρύ-
γες, καὶ Λυδοὶ, καὶ Σαμοθρᾷκες ὀπτελέου-
σι, Ἄττεω πάντα ἔμαθον. ὡς γὰρ μιν ἡ Ῥέη
ἔτεμε, βίου μὲν ἀνδρηίου ἀπεπαύσατο, μορ-
φὴν δὲ θηλέην ἠμείψατο, καὶ ἐσθῆτα γυναι-
κηίην ἐνεδύσατο, καὶ ἐς πάντα χῶρον Φρυγίων,
ὄργιά τε ἐπετέλεε, καὶ τὰ ἔπαθε, ἀπηγέετο,
καὶ Ῥέην ἤσδε· ἐν τοῖσι καὶ ἐς Συρίην ἀπί-
κετο. ὡς δὲ οἱ ἀμφὶ Εὐφρήτεω αὐθρωποι,

A Ferunt autem illam non ſacerdotes modò, ſed tota Syria, & Arabia: & qui trans Euphratem incolunt, multi homines ad mare deſcendunt, atque omnes inde aquam afferunt. Ac primò quidem in æde effundunt illam, poſtea autem in hiatũ defluit, recipítque lacus ille quamuis exiguus immenſam vim aquæ. Atque hæc ita facientes, Deucalionem ritum ac legem templi iſtam inſtituiſſe ferunt, ad teſtandam cladis pariter & beneficij memoriam. Vetuſtior igitur ſermo de templi origine talis quidem fertur. Alij autem Semiramidem Babyloniã illam, cuius multa paſſim opera per Aſiam extant,
B etiam hanc ſedem conſecraſſe putant, cæterùm non Iunoni, ſed matri ſuæ, cui nomen Derceto fuit. Dercetûs autem *Derceto.* imaginem in Phœnicia vidi, ſpectaculum planè peregrinum, altera quidem parte mulierem, altera verò, quantum à femoribus ad imos pedes protenditur, in piſcis caudam deſinentem. At hæc quæ in Sacra ciuitate eſt, tota mulier eſt. Porrò argumenta quibus huic narrationi fidem faciunt, non ita clara habent. Piſces rem ſacram exiſtimant, neque vnquam piſces attingunt. Deinde & aues,
C alias quidem edunt, columbam autem ſolam non edunt, ſed hæc ſacra ipſis eſt. Et quòd hæc ita fiunt, placet ipſis Dercetûs & Semiramidis gratia fieri: alterum quidem, quòd Derceto piſcis formam habet: alterum autem, quòd Semiramis ad poſtremum in columbam verſa eſt. At ego ipſam quidem ædem Semiramidis opus eſſe, fortaſſis permiſerim: Dercetûs autem ſacram eſſe haudquaquam credo, quando & apud Ægyptios nonnulli ſunt qui piſcibus non veſcuntur, idque in gratiam Dercetûs minimè faciũt. Fertur autem & alius ſermo ſacer, quem ego à ſapiente quodã viro audiui: quòd videlicet ipſa dea Rhea ſit, templum autem Attæ opus. Porrò Attes genere quidem Lydus
D fuit, primus autem ſacrorum ritus quibus Rhea coleretur, tradidit. Ac quibus Phryges & Lydi & Samothraces in ſacris vtuntur, ea omnia ab Atte acceperunt. Poſtquam enim ipſum caſtrauit Rhea, vitam quidem virilem agere deſiit, formam autem fœmineam aſſumpſit, veſtémque muliebrem induit. Atque ita per omnem terram obambulans, & ſacra peragebat paſſim, & quæ paſſus eſſet, narrabat, Rheámque celebrabat. Inter quæ & in Syriam venit. Cæterùm cùm illi qui trans Euphratem incolunt homines,

Attes vel cat, quem alij Atys tertia de- clinat.

neque ipſum, neque ſacra eius recipe- A ὅτι αὐτὸν, ὅτι ὄργια ἐδίκηνε, ἐν τῷ δὲ τῷ
rent, hoc in loco templum conſtituit. Ac χώρῳ ὃ ἱερὸν ἐποίησαν. σημήια γὴ ἦν θεὸς τὰ
multa ſigna adſunt deæ, quę ipſam Rheã πολλὰ ἐς Ρέην ἀπικέεται. λέοντες γάρ μιν
videri faciunt. Nam & leones ipſam fe- φέρουσι, καὶ τύμπανον ἔχει, καὶ ὅτι τῇ κεφαλῇ
runt, & tympanum habet, & coronam in πυργοφορέει, ὁκοίην Ρέην Λυδοὶ ποιέουσι. ἔλε-
capite turritam geſtat, qualem & Lydi γε δὴ καὶ Γάλλων πέρι, οἵ εἰσι ἐν τῷ ἱρῷ, ὅτι
Rheam effigiant. Dicebat autem & de Γάλλοι Ἥρῃ μὲν ὐδαμᾷ, Ρέῃ δὲ τέμνονται, καὶ
Gallis idem, qui in templo ſunt, quòd Ἄτεα μιμέονται. τὰ δέ μοι βύκαρπία μὲν δο-
Galli Iunoni quidem haudquaquam, κέει ἔμμεναι, ἀληθέα δὲ οὐ. ἐπεὶ καὶ τῆς τομῆς
Rheæ autem caſtrari ſoleant, & Atten ἄλλην αἰτίην ἤκουσα πολλὸν πιστοτέρην. αὐ-
imitentur. Cæterùm hæc mihi conue- δάνω δέ μοι τὰ λεγόμενα τοῖσι Ἕλλη-
nientia quidem videntur eſſe, vera autẽ σι τὰ πολλὰ ὁμολογέοντες, τὴν μὲν θεὸν,
non, quoniam de caſtratione aliam quo- B Ἥρην δοκέοντες, ὃ δὴ ἔργον, Διονύσου τοῦ Σε-
que audiui cauſſam, multa hac fidẽ di- μέλης ποίημα. καὶ γὰρ δὴ Διόνυσος ἐς Συρίην
gniorem. Placent verò mihi hæc quæ de ἀπίκετο, κείνην ἐπὶ τὴν ὁδὸν τὴν ἦλθε ἐπ' Αἰθιοπίην.
templo dicunt, in quibus cum Græcis cõ- καὶ ἔστι πολλὰ ἐν τῷ ἱρῷ Διονύσου ποιητέα σή-
ſentiunt, deam quidem Iunonem putan- ματα· ἐν τοῖσι καὶ ἐσθῆτες βάρβαροι, καὶ λίθοι
tes eſſe, ipſum autem opus Dionyſij, eius Ἰνδοὶ, καὶ ἐλεφαντέων κέρεα, τὰ Διόνυσος ἐξ
qui ex Semele natus fuit. Nam & Diony- Αἰθιόπων ἐκόμισε, καὶ φαλλοὶ δὲ ἕστᾶσι ἐν τοῖσι
ſius in Syriam venit, eo videlicet itinere, προπυλαίοισι δύο κάρτα μεγάλοι. ὅτι δὲ
quo in Æthiopiam eſt profectus. Et ſunt τοιόνδε ὑπόμνημα τοιόνδε ὑπέγραπται,
multa in templo eius indicia, quæ ipſum
auctorem comprobant: inter quæ & veſ- Τοιόσδε φαλλοὺς Διόνυσος Ἥρῃ μητρυιῇ
tes Barbaræ, & lapilli Indici, & Elephã- ἀνέθηκε.
torum cornua, quæ ille ex Æthiopia tu- C Ἐμοὶ μὲν οὖν καὶ τάδε ἀρκέει. ἐρέω δὲ καὶ ἄλ-
lit. Etiam Priapi ſtant in veſtibulis, duo λο, τί ἐστι ἐν τῷ νηῷ Διονύσου ὄργιον. Φαλλοὺς
admodum magni, qui tali Epigrammate Ἕλληνες Διονύσῳ ἐγείρουσι· ὅτι δὲ καὶ τοῖσι
inſcripti ſunt: δέ τι φέρουσι, ἀνδράς μικροὺς ἐκ ξύλου πε-
ποιημένους, μεγάλα αἰδοῖα ἔχοντας. καλέον-
Hos poſui Bacchus tibi Iuno nouerca Pria- ται δὲ πάδε, νευρόσπαστα. ἔστι δὲ καὶ τόδε ἐν τῷ
pos. ἱρῷ, ἐν δεξιᾷ τῆς νηοῦ· κάθηται σμικρὸς ἀνὴρ
χάλκεος, ἔχων αἰδοῖον μέγα. τοσάδε μὲν ἀμ-
φὶ τῶν οἰκιστέων τοῦ ἱεροῦ μυθολογέουσι. ἤδη
δὲ ἐρέω καὶ τῆς νηοῦ πέρι· θεσπίος τε ὅκως ἐγέ-
νετο, καὶ ὅστις μιν ἐποίησατο. λέγουσι τὸν νηὸν
τὸν πρὶν ἐόντα, μὴ ἔμμεναι τὸν νῦν ἐπεσκευασμένον, ἀλλ' ἐκεῖνον μὲν κατενεχθῆναι
χρόνῳ ὑστερον τὸν δὴ νῦν ἐόντα, Στρατονίκης
ἔμμεναι ποίημα, γυναικὸς τοῦ Ἀσσυρίων
βασιλῆος. δοκέει δέ μοι ἡ Στρατονίκη ἐκείνη
ἔμμεναι, τῆς ὁ τροχὸς ἠράσατο, τὸν ἤλεγξε
τοῦ ἐνεδρεύοντος. ὡς γὰρ μιν ἡ συμφορὴ κα-
τέλαβε, ἀμηχανέων τῷ κακῷ, αἰχρῷ δο-
κέοντι, κατ' ἡσυχίην εἶσε. ἔκειτο δὲ ἀλ-
γέων οὐδέν· καὶ οἱ ἥ τε χροιὴ παμπόλυ ἐτέπετο,

Quæ nomine ſimunculæ vocantur apud Græcos, quæ ſidiculæ tracta vel ſaltant, vel alios motus referunt. Vide Valer. lib. 5. ca. 7.

Ac mihi quidem vel iſta ſufficiunt. Cæterùm dicam & aliud, quo ritu videlicet Dionyſij ſacra in æde peragant. Priapos Græci (quos Phallos ipſi dicunt) Dionyſio erigunt, in quibus & tale quiddã portant, viros puta exiguos ex ligno effigiatos, magna virilia habẽtes. Vocantur autem Neuroſpaſta hęc. Eſt igitur & hoc in templo illo. Nam ad dextram ædis partem ſedet exiguus vir ex ærè factus, habens virile magnum. Ac tantum de illo, quod ad conditores templi attinet, tradunt. Iam verò & de æde dicam, & de ſitu eius, quo pacto ędificata ſit, & quiſnam illam ædificauerit. Dicunt igitur ędem illam quæ à principio fuit, haudquaquam eam eſſe quæ nunc eſt, ſed antiquiorem illam quidem ſucceſſu temporum collapſam eſſe, hanc autem quę nunc eſt, Stratonices opus eſſe, vxoris regis Aſſyriorũ. Videtur autem mihi Stratonice illa eſſe, quæ à priuigno amata fuit, cuius amorem medici induſtria deprehendit. Poſtquam enim ipſum ægritudo hæc inuaſerat, dubius animi, propterea quòd illi malum hoc turpe videretur, ſilentio rem premens, morbo decumbebat. Iacebat autem nullo quidem certo dolore affectus, veruntamen & color eius omnino i nmutabatur,

καὶ δ σῶμα δ' ἡμέρης ἐμάραίνετο. ὁ δὲ ἰη- A & corpus in dies marcescebat. Medicus
τρὸς, ὡς εἶδέ μιν οὐδὲν ἐμφανὲς ἀρρωστέοντα, ἔγνω τὴν νοῦσον ἔρωτα ἔμπλαγ. ἔρωτος δὲ ἀφανέος πολλὰ σημήια, ὀφθαλμοί τε ἀσθενέες, καὶ φωνὴ, καὶ χροιὴ, καὶ δάκρυα. μαθὼν δὲ ταῦτα, ἐποίεε, χρηὶ μὲν τῇ δεξιῇ ἔχε τὸν νεηνίσκου τὴν καρδίην. ἐκάλεε δὲ τινὰ αὐτὰ τὴν οἰκίην πρώτας· ὁ δὲ, τῶν μὲν ἄλλων εἰσιόντων πρώτων, ἐν ἡρεμίῃ μεγάλῃ ἐκεῖτο· ὡς δὲ ἡ μητρυιὴ ἀπίκετο, τότε τε χροιὴν ἠλλάξατο, καὶ ἱδρῶτι ἀρύξατο, καὶ θόρνυ ἔχετο, καὶ ἡ καρδίη δυσπάλλετο. τὰ δὲ γιγνόμενα, ἐμφανέα τῷ ἰητρῷ τὸν ἔρωτα ἐποίεε, καὶ μιν ὧδε ἰήσατο. καλέσας τὸν νεηνίσκου τὸν πατέρα, κάρτα ἀρρωδέοντα, λίδε ἡ νοῦσος, ἔφη, τῷδε ὁ παῖς· ὃ δὲ ἀρρωστέει, ἡ νοῦσός ἐστι, ἀλλὰ ἀδικίη· ὁ δὲ γὰρ τοι ἀληθέϊ μὲν οὐδὲν, ἔρως δέ μιν καὶ φρενοβλαβείη ἔχει. ὀπτῶμαι δὲ, τῷ οὐδαμῇ πεύξεται, φιλέων γυναῖκα ἐμὴν, τὴν ἐγὼ οὔτι μετήσομαι. ὁ μὲν ὧν τοιῇδε σοφίῃ ἐψεύδετο, ὁ δὲ αὐτίκα ἐλίαστο, καὶ ἐς τε σοφίης, καὶ ἰητρικῆς, μή μοι παῖδα ὀλέσῃς. οὐ γὰρ ἐθέλων ταύτῃ συμφορῇ ἔχεται, ἀλλὰ οἱ ἡ νοῦσος ἀέκοντι. τῷ σὺ μηδαμᾷ ζηλοτυπέων, πόθος ἔχῃ τὰσῃ βασιλείῃ, μηδὲ ἰῆσθαι, φίλον ἐόντα ἰητρικῇ. ὁ μὲν ὧδε ἀγνὼς ἐὼν, ἐδέετο, ὁ δὲ μιν αὖθις ἀμείβετο, Ἀνόσια κατόδῃς, γάμον ἐμὸν ἀπαυρεόμενος, ἠδὲ ἰῆσθαι ἄνδρα βιώμενος. σὺ δὲ, κῶς δὲ αὐτὸς ἔσχηκας, εἴ τοι σὴν γυναῖκα ἐπόθει ἐμεῦ παῦσαι βιόμενος; ὁ δὲ τοῦτο μὲν οὐδὲν ἔλεγε, ὡς οὐδὲ αὐτὸς αἴ κοτε γυναικὸς ἐφείσατο, τόδε παιδὶ σωτηρίης ἐδόκεε, εἰ καί μιν μητρυιῆς ἐπεθύμεε· οὐ γὰρ ὁμοίην σύμπας ἐμεῦ ἐθέλειν, γαμετὴν, ἢ παῖδα ὀλέσαι. ὡς δὲ ταῦτα ὁ ἰητρὸς ἤκουσε, Τί τοι, ἔφη, ἐμὲ λίεσαι; καὶ γὰρ τοι σὴν γυναῖκα ποθέω· τὰ δὲ ἔλεγον ἐγὼ, πάντα ἔην ψευδέα. πέπρηται μὲν τοῦτοισι, καὶ τῷ μὲν παιδὶ, λείπει καὶ γυναῖκα καὶ βασιλείην. αὐτὸς δὲ ἐς τὴν Βαβυλωνίην χώρην ἀπίκετο, καὶ πόλιν ὑπὲρ τῷ Εὐφράτῃ ἐπώνυμον ἑωυτῷ ἐποιήσατο, ἔνθα οἱ καὶ ἡ τελευτὴ ἐγένετο.

autem vt ipsum aspexit, nullum manifestum morbi indicium præ se ferentem, amorem esse morbum cognouit. Amoris autem occulti multa indicia sunt: oculi videlicet languentes, & vox, & color, & lacrymæ. Quæ omnia cùm ille in hoc animaduertisset, huiusmodi quædam facit. Manu quidem dextera adolescentuli cor tenebat: eos verò qui in domo erant, omnes intrò in cubiculũ vbi ille decumbebat, vocabat. Ille igitur cæteris quidẽ ingredientibus omnibus cum summa quiete iacebat: at vbi nouerca adueniebat, tum demum & colorem mutare, & B sudorem emittere incipiebat, tremoréq; corripiebatur, & ei cor subsultabat. Quæ cùm ita fierent, manifesta amoris indicia medico præbebãt. Ac ipsum hoc pacto sanitati restituit. Aduocato adolescentis patre, qui admodum tum filij causſa solicitus erat, Hic morbus, inquit, haudquaquam morbus est, sed iniuria quædam. Nam ille quidem dolore neutiquam premitur, sed amor ipsum & vecordia tenẽt. Expetit autem ea quæ illi haudquaquam assequi licet. Vxorem enim meam amat, quam ego minimè dimissurus sum. Atque hac ille tum prudentia mentiebatur. Pater autem cõtinuò precari cœpit: C Per prudentiã ego te tuam, pérque ipsam medicinam obtestor, ne mihi perditum eas filium. Non enim sua sponte hoc malo tenetur, sed morbus illi inuito hic accidit: quare tu nequaquam æmulando velis luctum toti regno conciliare: néve, medicus cùm sis, hanc homicidij notam inutere medicinæ. Atq; hoc pacto ignarus ille, tamen precabatur. Alter autem respondens ei rursum, Nefaria, inquit, moliris, coniugem meam à me auferre quærens, & homini medico vim faciens. Tu verò quonam pacto ipse affectus esses si quis vxoris tuæ desiderio teneretur, quãdo nunc ista à me postulas? Tum ille ad hæc respondit, quòd neque ipse vxori vnquam parsurus fuisset, neque filio salutem inuideret, etiamsi nouercæ desiderio teneretur: neque enim parem iacturam esse, vxorem, ac filiũ amittere. Quæ cùm medicus audisset, Quid igitur me, inquit, obtestaris? Etenim tuæ illæ vxoris desiderio tenetur. Et quæ ego tibi modò dicebam, omnia falsa fuêre. Adducitur itaque hisce pater, ac filio quidem & vxorem relinquit, & regnum: ipse verò in terram Babyloniam abiit, & ciuitatem supra Euphratem, cognominem ipsi, condidit, vbi & mortem postea obiit.

Atque hoc quidem pacto tum medicus amorem cognouit,& curauit. Stratonice verò hæc, cùm adhuc priori marito cohabitaret,ſomnium tale vidit: Viſa eſt ei Iuno iubere ædem illam in Sacra ciuitate extruere ſibi,&,ſi minùs pareret, multa maláque ipſi cõminari. Illa verò principiò quidem nullam ſomnij huius rationem habuit: poſtea autẽ vt ipſam grauis morbus corripuit,& viro viſionem expoſuit,& Iunonem placare cœpit,ędémque ſe illã conditurã eſſe promiſit. Ac ſtatim vbi cõualuit,maritus ipſam in Sacram ciuitatẽ miſit,cum ipſa autem vnà & pecunias,& exercitum magnum,partim ędificandi cauſſa, partim etiã ſecuritatis gratia. Vocato autẽ quopiam ex amicis, homine adoleſcẽte admodum formoſo, cui nomẽ erat Combabo: Ego te,inquit, Cõbabe, vtpote probum, ex omnibus amicis diligo maximè, & cùm ob prudentiã tum ob beneuolentiam erga me tuam, quam & præſtitiſti, laudo in primis. In præſentia autem opus mihi eſt magna fide: quare te volo cum vxore mea hinc profectum,& ædificium abſoluere mihi, & ſacra peragere, & exercitui præeſſe. Cæterùm vbi reuerſus fueris, magnis à nobis honoribus afficieris. Ad hæc igitur Combabus ſtatim precari cœpit, multis obteſtans Regem,ne ſe mitteret,néve ſibi crederet pecuniam multo ſuis facultatibus maiorem: deinde & vxorẽ, & opus ſacrum. Cæterùm illud formidabat, neqùando progreſſu temporis zelotypia erga Stratonicen ipſi pareretur, vt quam ſolus inde abducturus erat. Cæterùm vbi illum haudquaquam permouit, ſupplicare iterum cœpit,quò ſibi ſpatium ſeptem dierum permitteret, ac deinde vbi ea perfeciſſet quibus maximè opus haberet, ablegaret. Quod cùm facilè impetraſſet, domum ſuam abit, & procidens in terram, huiuſcemodi quædam cum fletu eiulauit: O me miſerum, quò mihi hac fide? quò mihi autem via iſta, quam nunc poſtremùm aſpiciam? Adoleſcens equidem ego, & cum muliere formoſa proficiſcar? Hæc mihi magna verò calamitas erit, niſi omnem mali cauſſam à me amoueam. Quare neceſſe eſt magnum peragere me facinus, quod mihi metum omnem hunc ſubleuet ac curet. Hæc ita effatus,ſeipſum inutilem ac mãcum reddidit,amputatiſq; virilibus, in anguſtum quoddã vaſculum ea incluſit,myrrha pariter & melle aliiſq; odoramẽtis additis.

A ὧδε μὲν ὁ ἰητρὸς ἔρωτα ἔγνω τε καὶ ἰήσατο. Λίδε δὴ ὧν ἡ Στρατονίκη ἔτι τῷ προτέρῳ ἀνδρὶ συνοικέουσα, ὄναρ τοιόνδε εἶδήσατο, ὡς μὲν ἡ Ἥρη ἐκέλευε ἐγείρασί οἱ τὸν ἐν τῇ ἱρῇ πόλῃ νηὸν εἰ δὲ ἀπιθέοι, πολλὰ οἱ καὶ κακὰ ἀπείλεε· ἡ δὲ, τὰ μὲν πρῶτα, οὐδεμίλῃ ὥρῃ ἐποιέετο· μετὰ δὲ, ὡς μιν μεγάλη νοῦσος ἔλαβε, τῷ τε ἀνδρὶ πίστιν ὤμοσε, καὶ τῇσι Ἥρῃσι ἱλάσκετο, καὶ φησὶ τὸν νηὸν ἀποδείξαι. καὶ αὐτίκα ὑγιέα γιγνομένῃ, ὁ ἀνὴρ ἐς τὴν ἱρὴν πόλιν ἔπεμπε, σὺν δὲ οἱ, καὶ χρήματα, καὶ
B στρατὸν πολλόν. Τοῖς μὲν, οἰκοδομέειν, τοῖς δὲ, καὶ τῆς ἀσφαλέος εἵνεκα. καλέσας δέ τινα τῶν ἑωυτῆς φίλων νεηνίην, κάρτα καλὸν, τῷ οὔνομα ἦν Κομβάβος, Ἐγώ τοι, ἔφη, ὦ Κομβάβε, ἐὸν ἀγαθὸν εἶναι φημὶ, φιλέω τε μάλιστα φίλων ἐμῶν, καὶ πάμπαν ἐπαινέω σοφίης τε, καὶ βουλοίης τῆς ἐς ἐμέας, τῷ δὴ ἐπιδέξαο. νῦν δέ μοι χρειὼ μεγάλης πίστιος, τῷ σε θέλω γυναικὶ ἐμῇ ἐκκαίμνον, ἔργον τέ μοι ἐπιτελέσαι, καὶ ἱρὰ τελέσαι, καὶ στρατῆς ἐπικρατέειν. Σοὶ δὲ ἀπονεμέω
C ἐξ ἐμέων τιμὴ μεγάλη ἔσεται. ταῦτα δὲ ὁ Κομβάβος αὐτίκα λίσσετο, πολλὰ λιπαρέων μή μιν ἐκπέμπειν, μηδὲ πιθέσθαι οἱ τὰ πολλὸν ἑωυτῆς μέζονα χρήματα, καὶ γυναῖκα, καὶ ἔργον ἱερόν. τὰ δὲ ἐρρώδεε, μή κοτέ οἱ ζηλοτυπίη χρόνῳ ἑτέρῳ ἐς τὸν Στρατονίκεων γένοιτο, τὸν μοῦνος ἀπάξειν ἔμελλε. ὡς δὲ οὐδαμᾷ ἐπείθετο, ὁ δὲ ἱκεσίης δευτέρης ἅπτεται, δοιῶν οἱ χρέων ἑωυτὰ ἡμερέων· μετὰ δὲ, ἀποξεῖλαι μιν τελέσθεντα τῶν μάλιστα ἐδέετο.
D τυχὼν δὲ ῥηιδίως, ἐς τὸν ἑωυτῆς οἶκον ἀπικνέεται, καὶ πεσὼν χαμάδις, τοιάδε ὠδύρετο· Ὦ δείλαιος, τί μοι ταύτης τῆς πίστιος; τί δέ μοι ὁδοῦ, τῆς τέλος ἤδη δέρκομαι; νέος μὲν ἐγὼ, καὶ γυναικὶ καλῇ ἕψομαι. Ὅ δέ μοι μεγάλη συμφορὴ ἔσεται, εἰ μὴ ἔγωγε πᾶσαν αἰτίην κακοῦ ἀποθήσομαι. τῷ με χρὴ μέγα ἔργον ἀποτελέσαι, τό μοι πᾶσαν φόβον ἀνήσει. τάδε εἰπὼν, ἀτελέα ἑωυτὸν ἐποίεε, καὶ πάντα τὰ αἰδοῖα, ἐς ἀγγήιον μικρὸν κατέθετο, σμύρνῃ τε ἅμα, καὶ μέλιτι, καὶ ἄλλοισι θυώμασι,

καὶ ἔπειτα, σφρηγίδι, τῷ ἐφορέε, σημαί- A μενος, ὃ τρῶμα ἴητο. μετὰ δ', ὡς μιν ὁδοιπορέειν ἐδόκεε, ἀπικόμενος ἐς τὸν βασιλῆα, πολλῶν παρεόντων, δίδοῖ τε ἅμα ὃ ἀγγήιον, καὶ λέγει ὧδε· Ω δέσποτα, τὸ δέ μοι μέγα κειμήλιον ἐν τοῖσι οἰκίοισι ἀπεκείατο, ὃ ἐγὼ κάρτα ἐπόθεον. νῦν δ', ἐπεὶ μεγάλην ὁδὸν ἔρχομαι, ὧδέ σοι πόδε θήσομαι· σὺ δέ μοι ἀσφαλέως ἔχειν. τόδε γάρ μοι χρυσοῦ κέλτερον, τόδε μοι ψυχῆς ἐμῆς ἀντάξιον. ὥστ' αὖ δ' ἀπίκωμαι, σῶον αὖθις ἀποίσομαι. ὁ δ' δεξάμενος, ἑτέρῃ σφρηγίδι B ἐσημήνατο, καὶ τοῖσι ταμίῃσι φυλάσσειν ἐνετείλατο. Κομβάβος μὲν ὧν, ὃ ἀπὸ τῆδε ἀσφαλέα ὁδὸν ἐΐσυε. ἀπικόμενοι δ' ἐς τὴν ἱρὴν πόλιν, αὐτοῦ τὸν νηὸν οἰκοδόμεον. καὶ σφίσι τρία ἔτεα ἐν τῷ ἔργῳ ἐξεγένετο· ἐν τοῖσι ἀπίσαγε τὰ περ ὁ Κομβάβος ὁρῴδεε. ἡ Στρατονίκη γὰρ χρόνον ὁπὶ πολλὸν συνοῦσα μιν, πρόθυμα ἄρχετο. μετὰ δὲ οἱ καὶ κάρτα ἐπεμήνατο. καὶ λέγεσι οἱ ἐν τῇ ἱρῇ πόλι τὴν Ἥρην τυτέων αἰτίην ἐθέλουσάν σφεα θηέεσθαι, Κομβάβον ἐόντα μὲν ἤδη C ἐόντα, λαθέειν μηδαμᾶ· Στρατονίκην δὲ πόσεσθαι, ὅτι οὐ ῥηϊδίως τὸν νηὸν ἀπετέλεε. ἡ δὲ τὰ μὲν πρῶτα ἐσωφρόνεε, καὶ τὴν νοῦσον ἔκρυπτε· ὡς δὲ οἱ ὃ κακὸν μέζον ἢ συχνὸς ἐγίνετο, ἐς ἐμφανὲς ἐπύγετο, κλαίουσά τε δι' ἡμέρης, καὶ Κομβάβον αἰνιζομένη, καὶ οἱ πάντα Κομβάβος ἦν. τέλος δὲ, ἀμηχανέουσα τῇ συμφορῇ, βύθρεπία ἰκεσίην ἐδίζετο. ἄλλῳ μὲν ὧν τὸν ἔρωτα ὁμολογέειν ἐφυλάσσετο, αὐτὴ δὲ ὁπιχρέειν ἠδέετο. ὁπιτροπεύει ὧν τοιάδε· οἴνῳ ἑωυτὴν μεθύσασα, ἐς λόγους οἱ ἐλθοῦσ' ἅμα δὲ οἴνῳ D ἐσιόντι, παῤῥησίη τε ἐσέρχεται, καὶ ἡ ἀπατυχὴν οὐ κάρτα αἰσχρὴν, ἀλλὰ τὴν παρεοῦσαν ἐκεῖσε ἐς ἀγροιλίην μεταχωρέει. ὡς δέ οἱ ἐδόκεε, καὶ ἐποίεε ταῦτα. καὶ ἐπὶ δεῖπνου ἐλθόντος, ἀπικρεομένη ἐς τὰ οἰκήια, ἐν τοῖσι Κομβάβος αὐλίζετο, λίστετό τε, καὶ γουνῶν ἅπτετο, καὶ τὸν ἔρωτα ὡμολόγεε.

Deinde vbi & annulo quem gestare solebat, obsignasset illud, vulnus curabat. Postea verò cùm ipsi iam tempus videretur vt proficisceretur, ad regem veniens, multis aliis præsentibus dat illi pariter & vasculum, & dicit in hunc modum: Hoc ego vasculum, domine, inter pretiosissima domi repositum habui, idque in primis amabam. Nunc autem, quando magnum adeò iter ingredior, apud te deponam. Tu verò fac vt tutum ac custoditum mihi præstes: nam hoc auro potius mihi est, eodémque pretio cum anima ipsum æstimo: vt postquam rediero, saluum & incolumẽ iterum recipiam. Ille verò acceptum altero quoque annulo obsignauit, & quæstoribus asseruandum & custodiendum tradidit. Combabus igitur post illa securum iter peragebat. Cæterùm cùm iam ad Sacram ciuitatem venissent, ædem summa cura extruxerunt: atque ipsis dum in opere sunt, anni tres elabuntur: intra quos illa quæ Combabus tantopere metuerat, euenêre. Nam Stratonice, postquam ille multo iam tempore cum ea conuersaretur, amare illum cœpit, mox etiam grauiter in illum ex amore insaniit. Et ferunt, qui Sacram ciuitatem incolunt, Iunonem eius rei causſam extitisse: ac Combabum quidem vt bonum virum haudquaquam latuisse: Stratonicen autem vltam esse, eo quòd non statim ac facilè ædem illam promisisset. Porrò illa principio quidem modestè ac temperanter se gerebat, morbúmque celabat: postea verò vbi malum illi hoc in maius quàm vt regi silentio posset, accreuit, manifestè adeò conficiebatur, flebátque continuè, ac Combabum vocabat. Atque illi tum omnia Combabus erat. Postremò autem cùm inopia consilij nullum huic malo remedium inueniret, honestam atque idoneam compellandi illius viam quærere cœpit. Proinde cùm alteri quidem vlli amorem fateri abhorreret, ipsa autem aggredi illum coràm verecundia prohiberetur, huiusce modi quædam animo cogitare cœpit, vt postquam videlicet vino sese inebriasset, in colloquium cum illo veniret. Pariter autem cum vino ingrediente, & loquendi fiducia accedit, & non impetrasse quod postularis, non ita magnus pudor est, sed eorum quæ aguntur, singula in obliuionem retro abeunt. Postquam igitur apud se ista constituerat, faciebat quoque: & cùm cœna peracta discessissent, ad ædes in quibus Combabus diuertebatur, veniens, obtestabatúrq; illum, & genua eius prehẽsabat, & amorem fatebatur.

Ille autem orationẽ eius ægrè ac difficulter admittebat, ipſumque opus detrectabat, denique & ebrietatem illi exprobrabat. At verò cùm illa neſcio quod magnũ malum in ſe ipſam facturam eſſe ſe minitaretur, adductus metu, totã illi rem manifeſtã fecit, & quicquid à ſe ipſe paſſus eſſet, enarrauit, ipſumq; opus in lucẽ protulit. Videns igitur Stratonice ea quæ nunquam futura putaret, à furore quidẽ illo in præſens ita deſtitit, amoris autem haudquaquam oblita eſt, ſed per omnia cõuerſando illi, hanc quaſi quãdam conſolationem amoris, cuius effectum conſequi nequiuerat, quærebat. Eſt autem amor hic in Sacra ciuitate, & etiam nunc durat, vt Gallos quidẽ concupiſcant mulieres, & viciſſim Galli in mulieres depereant, neque tamen quiſquam zelotypia ſiue æmulatione aliquà cõmoueatur, ſed ipſis res hęc in primis ſacra cenſetur. Porrò hæc in Sacra ciuitate circa Stratonicẽ ita geſta, regem haudquaquam latuere, ſed complures venientes, accuſabant illos, & quæ facta eſſent, commemorabãt. Quocirca dolore accẽſus, ab opere quanquam adhuc imperfecto Combabum reuocauit. Alij autem ſermonem quendam neutiquam verum recenſent, quòd videlicet Stratonice poſtquam ea conſequi quæ expetiuerat, non potuiſſet, ipſa ad virum ſcribens, Combabum vltro accuſarit, tanquam qui ad ſtuprum ipſam ſolicitaſſet. Et quod Græci de Sthenebœa dicunt, & de Phædra Cretenſi, hoc idem & Aſſyrij de Stratonice cõfitentur. Ego quidem igitur neque Sthenebœam credo neque Phædram talia perpetraſſe, ſi modò Hippolytum Phædra verè amauit: ſed hæc in medio, ita vt ſunt, relinquamus. Cæterùm vbi nuncius in Sacram ciuitatem peruenit, Combabus & cauſſam reuocationis agnouit, & animo fidente ad regem abiit: nam illi defenſio domi relicta erat. Ac venientem ipſum continuò rex comprehendi iuſſit, & in cuſtodia tenuit. Poſtea autem præſentibus amicis, qui tum quoque vnà adfuerant quando Combabus emittebatur, adductum illum in medium accuſare cœpit, adulteriúmque & intemperantiam vitæ obiecit. Admodum autem grauiter commotus, & fidem inuocabat, & amicitiam, dicens tripliciter Combabum iniuriam feciſſe, vt qui & adulterium commiſiſſet, & fidem frẽgiſſet, & in deam impius fuiſſet, in cuius opere huiuſcemodi perpetraſſet. Multi autẽ adſtantes coarguebãt ipſum, quòd videlicet manifeſte vidiſſent ipſos mutuò cõgredientes.

A ὁ δὲ τὸν τι λόγον ἀπιθέως ἀπεδέχετο, καὶ τὸ ἔργον ἀναίνετο, καὶ οἱ τὴν μέθην ὠνείδιζε. ἀπειλούσης δ' μεγά τι κακὸν ἑαυτῇ ἐργάσασθαι, δείσας, πάντα οἱ λόγον ἔξέφηνε, καὶ πᾶσαν τὴν ἑαυτῆς πάθην ἀπηγήσατο, καὶ τὸ ἔργον ἐς ἐμφανὲς ἤνεγκε. ἰδοῦσα δὲ ἡ Στρατονίκη, τὰ μήποτε ἔλπετο, μανίης μὲν ὅτω ἐκείνης ἔσχετο, ἔρωτος δὲ ὐδαμῇ ἐλήθετο, ἀλλὰ πάντα οἱ συνεῦσα, τοιῶτόν τῳ ἐπιτέχνημα ἐπιτέχνατο ἔρωτος ἀφορήτου. ἔστι ὁ ἔρως οὗτος ἐν τῇ ἱρῇ πόλῃ, καὶ ἔτι καὶ νῦν γίγνεται, γυναῖκες Γάλλων ὑπερθυμέονται, καὶ γυναιξὶ Γάλλοι ὑπερμαίνονται,
B ζηλοτυπέῃ δὲ οὐδεὶς, ἀλλὰ σφίσι τὸ χρῆμα κάρτα ἱερὸν νομίζεται. πάλαι δ' ὧν ἐν τῇ ἱρῇ πόλει, ἀμφὶ τὴν Στρατονίκην, ὐδαμᾶ τὸν βασιλῆα λέληθε, ἀλλὰ πολλοὶ ἀπικνεόμενοι κατηγόρεον, καὶ τὰ γενόμενα ἀπηγέοντο· ὑπὸ τοῖσι προσηγόρεον, ἐξ ἀτελέος τοῦ ἔργου Κομβάβον μετεκάλεε. ἄλλοι δὲ λέγοισι λόγον ὡς ἀληθέα, τὴν Στρατονίκην, ὑπ' ἀπέτυχε τοῦ ἐδέετο, αὐτὴν γράψασθαι ἐς τὸν οἶκον, τὸν Κομβάβου κατηγορέειν, πείρην οἱ ὑπεκαλέσατο. καὶ Ἕλληνες Σθενεβοίης πέρι
C λέγουσι, καὶ Φαίδρης τῆς Κρωσσίης, ταὐτὰ καὶ Ἀσσύριοι ἐς Στρατονίκην μυθολογέουσι. ἐγὼ μὲν οὖν οὐδὲ Σθενεβοίην πείθομαι, οὐδὲ Φαίδρην, εἰ δὲ ὑπετέλεσαν, εἰ τὸν Ἱππόλυτον ἀπρεπέως ἐπόθεε Φαίδρη. ἀλλὰ τὰ μὲν ἐγέτω ὅκως καὶ ἐγένετο. ὡς δὲ ἡ ἀγγελίη ἐς τὴν ἱρὴν πόλιν ἀπίκετο, ἔγνω τε ὁ Κομβάβος τὴν αἰτίην, θαρσέων τε ἤιε, ὅτι οἱ ἡ ἀπολογίη οἵη ἐλίπετο. καί μιν ἐλθόντα ὁ βασιλεὺς αὐτίκα μὲν ἔδησέ τε καὶ ἐν φυλακῇ ἔσχε. μετὰ δὲ παρεόντων οἱ τῶν φίλων, οἳ καὶ τότε παρῆσαν
D μέρος τῷ Κομβάβῳ προσεῖχοντο, θρασυνόμενος ἐς μέσον, κατηγορέειν ἄρχετο, καὶ οἱ μοιχείην τε, καὶ ἀκολασίην προσῆιπε· κάρτα δὲ δίκαια ἔλεγε, πίστιν τε καὶ φιλίην αἰνεκαλέετο, λέγων τελευτὰ Κομβάβον ἀδικέειν, μοιχόν τε ἐόντα, καὶ ἐς πίστιν ὑβρίσαντα, καὶ ἐς θεὸν ἀσεβέοντα, τῆς ἐν τῷ ἔργῳ τοιάδε ἔρρηξε. πολλοὶ δὲ παρεστῶτες, ἤλεγχον, ὅτι ἀναφανδὸν σφέας ἀλλήλοισι συνεόντας εἶδον.

πᾶσι δὲ τέλος ἐδόκει αὐτίκα θνήσκειν Κομ-
βάβον, θανάτου ἄξια ἐργασμένον. ὁ δὲ τέως
μὲν ἐσίγα, λέγων οὐδέν. ἐπεὶ δὲ ἤδη ἐς τὸν
φόνον ἦγετο, φθέγξατό τε, καὶ ὃ χειμήλιον ἦτιε, λέγων, ὡς ἀναιρεῖ μιν οὐχ ὕβρεως οὐδὲ γάμων εἵνεκα, ἀλλὰ ἐκείνων ὑπ' ἐμοῦ ἀπιόντων, τὰ οἱ ἀπιὼν παρεθήκατο. τοῦτο τὰ δὲ ὁ βασιλεὺς καλέσας τὸν ταμίην, ἐκέλευε ἐνεγκεῖν τὰ οἱ φυλακὴν ἔδωκε. ὡς δὲ ἤνεικε, λύσας τὴν σφρηγῖδα ὁ Κομβάβος, τά τε ἐκείνα ἐπέδειξε, καὶ ἑωυτὸν ὁποῖα ἐπεπόνθει· ἔλεξέ τε, Ω βασιλεῦ, τὰ δέ τοι ἐγὼ ἐρρωδέων, μὴ τί με τούτων οὐδὲν ἔπιμ-
πες, ἀέκων ἤιον. καὶ ἐπί με ἀναγκαίη μεγάλη ἐκ σέο κατέλαβε, τοιάδε ἐπιτέλε-
σαι, ἐσθλὰ μὲν ἐς δεσπότην, ἐμοὶ δ' οὐκ ἀγα-
θὰ τυχεῖν. τοιόσδε μέντοι ἐὼν, ἀνδρὸς ἐπ' ἀδι-
κίῃ ἐγκαλέομαι. ὁ δὲ τοῦτο τὰ δὲ θαμ-
βώσας, ἀπεῖβαλέ τέ μιν, καὶ δακρύων, ἅμα ἔλεγε, Ω Κομβάβε, τί μέγα κακὸν εἰργάσαο; τί δὲ σεωυτὸν οὕτω ἀεικέλιον ἔρ-
γον μούνους ἀνδρῶν ἔπρηξας; τὰ δ' ἀμπαύω ἐπαινέω, ὦ φάτνιε, ὅς τοιάδε ἔτλης, οἷα μή-
τε σοὶ πάρος, μήτε ἐμοὶ ἰδέσθαι ὤφελε· οὐ γάρ μοι τούτης ἀπολογίης ἔδεε. ἀλλ' ἐπεὶ δαίμων τοιάδε ἤνεικε, ὥστε μοὶ σὺν ἡμῖν ἔσεσθαι, αὐτίων συνοφαντέων ὁ θάνατος, μετὰ δὲ μεγάλη δωρεὴ ἀπίξεται, χρυσός τε πολλὸς, καὶ ἀργύρεος ἄπλετος, ἐσθῆτες Ἀσσύριαι, καὶ ἵπποι βασιλήιοι· ἀ-
πίξεαι δὲ πρὸς ἡμέας δεύτερος ἐσαγέλεος, οὐδέ τις ἀπόρξει σεο ἡμετέρης ὄψιος, οὐδ' ἐὼ γυ-
ναικὶ ἅμα συνάζωμαι. τὰ δὲ εἶπέ τε ἅμα, καὶ ἐποίεε· καὶ οἱ μὲν αὐτίκα ἐς φόνον ἦγετο. τῷ δὲ τὰ δῶρα ἐδίδοτο, καὶ ἡ φιλίη μείζων ἐγεγένεε. ἐδόκεε δὲ οὐδεὶς ἔτι Ἀσσυρίων Κομβάβῳ σοφίῃ καὶ δαιμονίῃ εἰκέλος. μετὰ δὲ, αἰτησάμενος ἐκτελέσαι τὰ λείποντα τοῦ ἔτεος (ἀτελέα γάρ μιν ἀπολέ-
λοιπε) αὖθις ἐπέμπετο, καὶ τόν τε νεὸν ἐξε-
τέλεσε, καὶ ὃ λοιπὸν, αὖτις ἔμιμνε. ἔδωκε δὲ οἱ ὁ βασιλεὺς ἀρετῆς τε καὶ εὐεργεσίης ἕνε-
κα, ἐν τοῦ ἱροῦ ἑστάναι χάλκεον· καὶ ἔστι ἐς τρίτον ἐν τοῦ ἱροῦ Κομβάβος χάλκεος,

A Omnibus itaque poſtremò videbatur quamprimũ morte afficiẽdus eſſe Combabus, vt qui capitalia peregiſſet. Ille verò hactenus quidẽ ſtabat nihil dicens: poſtquam autẽ ad ſupplicium & cædem iam ducebatur, tum demũ loqui cœpit, & depoſitũ vaſculum repopoſcit, illud addẽs, Quòd nõ contumelię aut nuptiarũ cauſſa interficeret ipſum rex, ſed quòd ea quę abiens apud illum depoſuiſſet, hoc pacto retinere cuperet. Ad hęc igitur rex, vocato quæſtore, iuſſit afferre ea quæ cuſtodienda ei tradidiſſet. Ille vbi attulit, reſignato Combabus ſigillo, ea quæ incluſa fuerant, commonſtrauit, & quæ ipſe paſſus eſſet, expoſuit, atque ita dixit: Nimirum iſta, ô rex, veritus ego quando me primùm ad hoc iter ſuſcipiendum mittebas, inultus ibam: ac poſtquam magna neceſſitate à te compulſus fui, talia peregi, vtilia quidem domino, mihi verò non ita felicia ac bona. At verò talis cùm ſim, tamen contumeliæ in virum coniugem accuſor. Ille autem ad hæc ſtupefactus, amplexatus pariter ipſum eſt, & dixit: O Combabe, cur magnum hoc malum perpetraſti? cur autem teipſum indigno adeò facinore ſolus virorum deformaſti? C Non ita prorſum laudo hæc, ô infelix, qui talia quidem ſuſtinuiſti, qualia vtinam neque te pati, neque me aſpicere vnquam contigiſſet. Neque enim iſta apologia mihi opus erat. Veruntamen quando deus quiſpiam hæc ita voluit, principiò quidem tibi vltio à nobis erit, mors videlicet ipſorum ſycophantarum: poſtea autem maxima dona tibi venient, aurúmque multum, & argentum immenſum, & veſtes Aſſyriæ, & equi regij. Accedes autem ad nos inuocatus, neque te quiſquam à noſtro cõſpectu prohibebit, ne ſi cum vxore quidem vnà cõcumbam. Atque hæc quidem dixit pariter & fecit. D Ac illi quidem continuò ad ſupplicium & cædem ducebantur, huic autem dona dabantur, amicitiáque hæc maxima conciliata fuit. Videbatur autem nullus Aſſyriorum ampliùs Combabo neque ſapientia neque felicitate ſimilis eſſe. Poſtea verò cùm poſtulaſſet vt ſibi liceret ędem, quantum eius reliquum erat, abſoluere, imperfectam enim ipſam reliquerat, rurſum mittebatur: ac ædem quidem ille abſoluit, & reliquam ætatem ibi peregit. Dedit autem illi rex, virtutis pariter & beneficentiæ cauſa, vt æreus in templo ſtatueretur. Stat itaque præmij & honoris cauſſa in templo Combabus æreus,

Hermoclis Rhodij opus, forma quidem mulieri ſimilis, veſtitum autem virilem gerens. Ferũtur autem & amici illius, ij qui maximè erga ipſum beneuolentia affecti fuêre, in ſolatium eius quod paſſus ille fuit, eiuſdem affectionis ſocietatem vltro ſibi elegiſſe. Nam & ſeipſos caſtrarunt, & eandem cum illo viuendi conſuetudinem tenuerunt. Alij autem inter ſermones ſacros de hoc facto ita tradũt, dicentes, quòd Iuno quum amaret Combabum, multis caſtrandi cupiditatem in mentem immiſerit, ne videlicet ſolus ille ob virilitatem amiſſam lugeret. Cęterùm conſuetudo illa poſtquam ſemel cœpit, etiam nunc manet, & multi quotannis in templo hoc caſtrantur & emaſculantur, ſiue Combabum hoc pacto conſolantes, ſiue etiam Iunoni gratificantes. Caſtrantur autem illi, veſtitum verò virilem ampliùs non habent, ſed & muliebria indumenta gerunt, operáque mulierum perficiunt. Cæterùm vt ego audiui, refertur & huius rei cauſa in Combabum. Nam illi etiam hoc accidiſſe traditur. Peregrina quædam mulier ad ſolennem conuentum veniens, cùm vidiſſet & corpore formoſum eſſe, & veſtem præterea virilem habere illum, magno eius amore capta eſt. Poſtea autem vbi cognouit cuiratũ atque inutilem eſſe, ſibi ipſi mortem conſciuit. Ob quæ Combabus mœrore affectus, quòd ea quæ ad Venerem pertinẽt, infeliciter illi cederent, veſtem muliebrem induit, ne qua mulier poſthac eodem modo deciperetur. Et hæc cauſa eſt cur Galli veſte muliebri vtuntur. Ac de Combabo quidem tantum mihi dictum ſit. De Gallis autem iterum in ſequentibus mentionem faciam, puta de caſtratione ipſorum, quo pacto exeecentur, & de ſepultura, quali ſepeliantur: præterea & cuius gratia in templum non ingrediantur. Priùs autem animus mihi eſt & de poſitu ædis dicere, & de magnitudine. Atque igitur dicam. Locus quidem ipſe in quo templum conſecratum eſt, modicus quidam collis eſt. Iacet autem in media quaſi ciuitate, cingitúrque muro duplici, quorum alter quidem vetuſtus eſt, alter autem non ita multo ante noſtram ætatem factus. Veſtibula verò templi verſus Aquilonem ventum ſeorſim directa ſunt, altitudine centum propè paſſuum. In his & Priapi ſtant, quos Dionyſius dedicauit, trecẽtorum etiã iſti circiter paſſuum. In horum vnum vir quiſpiam ſingulis annis bis aſcẽdit,

A Ερμοκλέους τῦ Ροδίυ πόιημα, μορφὴν μὲν ὁμοίη γυναικὶ, ἐσθῆτα δ' αἰδρείῳ ἔχει. λέγεται δὲ τῦ φίλων τοὶ μάλιστα οἱ βινοέοισας, ἐς ωὦτο μυήσιν τῦ πάθεος, κοινωνίην ἑλέσθαι τῆς συμφορῆς. ἕτεμον γὰρ ἑωυτοὺς, καὶ διαιτήμασι τοὶ αὐτοὶ ἐκείνῳ διαιτέοντο. ἄλλοι δ' ἱερολογέοισι ὅπι τῷ πρήγματι, λέγοντες, ὡς ἡ Ηρη Φιλέουσα Κομβάβον, πολλῆσι τοὶ τομὴν ὅπι νόον ἔβαλε, ὄφρα μὴ μοῦνος ὅπι τῇ αἰανδρείῃ λυπέοιτο. ὅδ' μὲν ἔθος τῦτο ὅπῃ ἅπαξ ἐλθόν, ἔτι νῦν μένει, καὶ πολλοὶ ἑκάστου ἔτεος ἐν τῷ ἱρῷ τάμνονται, καὶ θηλιόνται, εἴτε Κομβάβον ωὦτο μυηθέμενοι, εἴτε καὶ Ηρῃ χαριζόμενοι. τάμνονται δ' ὦν, ἐσθῆτα δ' οὐδὲ σφὶ ἔτι αἰδρείην ἔχουσι, ἀλλὰ καὶ εἵματά τε γυναικήια φορέουσι, καὶ ἔργα γυναικῶν ὑπηρετέουσι. ὡς δὲ ἐγὼ ἤκουον, λυάκεται καὶ τουτέων ἐς Κομβάβον ἡ αἰτίη. συνεπέζη γὰρ οἱ καὶ τάδε· ξείνη γυνὴ ἐς πανήγυριν ἀπικομένη, ἰδοῦσα καλόν τε ὄντα, καὶ ἐσθῆτα ἔτι αἰδρείην ἔχοντα, ἔρωτι μεγάλῳ ἔσχετο· μὴ δ' μοῦσα ἀτελέα ἐόντα, ἑωυτὴν διέφθειρε. ὅπι τοῖσι B Κομβάβος ἀχθομένοισι ὅτι οἱ ἀτυχέως τὰ ἐς Αφροδίτην ἔχει, ἐσθῆτα γυναικηίην ἐνεδήσατο, ὄφρα μηκέτι ἑτέρη γυνὴ ἴσα ἐξαπατέοιτο. ἥδε αἰτίη Γάλλοισι τοῖσι νῦν ἐοῦσι. Κομβάβῳ μὲν μοι πέρι τοσάδε εἰρήσθω. Γάλλων δ' αὖτις ἐγὼ λόγῳ ὑστέρῳ μεμνήσομαι, τομῆς τε αὐτέων, ὅκως τάμνονται, καὶ ταφῆς, ἐκοίλῳ θάπτονται, καὶ ὅτευ εἵνεκα ἐς τὸ ἱρὸν οὐκ ἐσέρχονται. πρόσθεν δέ μοι θυμὸς εἰπεῖν θεσίος τε πέρι τῦ νηῦ, καὶ μεγάθεος, καὶ δήπα ἐρέω. ὁ μὲν χῶρος αὐτὸς, ἐν τῷ τὸ ἱρὸν ἵδρυται, λόφος ἐστὶ, κέαται δὲ καθ' μέσον μάλιστα τῆς πόλιος· καὶ οἱ τείχεα διὰ πολλὰ περιέχεται· τῦ δὲ τειχέων τὸ μὲν ἕρκαῖον, τὸ δὲ ἔνδον πολλὸν ἡμέων πρόσθυρον. αἱ δὲ πρόπυλαια τῦ ἱροῦ, ἐς αἴθερα Βορέην ἀποκέκριται, μέγαθος ὅσον τε ἑκατὸν ἐργμέων. ἐν δὲ τούτοισι τοῖσι πρόπυλαίοισι καὶ οἱ φαλλοὶ ἑστᾶσι, τοὺς Διόνυσος ἵσησατο, ἡλίκην καὶ αὐτὸς τεσσερακοσίων ἐργμέων. ἐς τουτέων τὸν ἕνα φαλλὸν αἰὴρ ἑκάστου ἔτεος δὶς αἴρεται,

C

D

εἰκέ

οἰκέῃ τὲ ὲν ἄκρῳ τῷ φαλλῷ χρόνον ἑπτὰ A habitátque in ſummitate eius per tempus ſeptem dierum. Aſcēſus autem iſtius cauſſa talis refertur: Complures quidem putant quòd in ſublimi cum diis ſermones conferat, & toti Syriæ bona ab illis poſtulet. Nam illos ex propinquo preces faciliùs exaudire. Cæteris autem placet etiam hæc Deucalionis gratia fieri, in memoriam eius calamitatis, quando homines paſſim in montes & in altiſſimas arborum aſcenderunt, aquarum inundationem metuentes. Mihi quidem igitur etiam iſta non ſatis veriſimilia videntur. Exiſtimo enim certè Dionyſio ipſos etiam iſta facere. Coniecturam autem inde capio, Phallos ſiue Priapos quicunque Dionyſio erigunt, in ipſis etiam viros quoſdam ligneos collocant: cuius id autem gratia, in præſentia non dicam. Videtur mihi itaque etiam hic ad imitationem lignei illius viri aſcendere. Porrò aſcenſus iſte in hunc modum illi fit. Catena lõga ſeipſum pariter & Priapum circundat: deinde aſcendit in ligna quędam ex ipſo Priapo prominentia, ſpatio quantum ad ſummum capiendum pedem ſufficit. Aſcendens autem pariter & catenam vtrinque attollit, hanc perinde vt auriga habenas, moderans. Quod ſi verò quiſpiam iſtud non vidit, vidit autem eos qui palmas conſcendunt, ſiue in Arabia, ſiue in Ægypto, ſiue alio aliquo loco, intelligit facilè quod dico. Cæterùm poſtquam ad ſummum peruenit, aliam quandam catenam, quam ipſe ſecum habet, demittens, longam quidem illam, attrahit ſurſum quæcunque libet, ligna videlicet, & veſtes, & vaſa: ex quibus ſedem componens, perinde ac nidum aliquem, in illa ſe collocat, manétque ad id tempus dierum quod dixi. Multi autem venientes, aurúmque & argentum, quidam etiam æs afferunt, deinde ante illum appoſitis atque ibi relictis illis abeunt, vnuſquiſque nomen ſuum edentes. Adſtans autem alius quidam, ſurſum renunciat. Ille igitur accepto nomine, preces pro vnoquoque facit: precando autem pariter & æreum quoddam tintinabulum pulſat, quod motũ, grauiter atque aſperè ſonat. Dormit autem haudquaquam: nam ſi ſomnus ipſum capiat aliquãdo, Scorpius *Scorpius* aſcendens excitat ipſum, atque indignè *ſaeit.*

ἡμερέων. αἰτίη ὴ οἱ τῆς ἀνόδου ἥδε λέγεται· οἱ μὲν πολλοὶ νομίζουσι ὅτι ὑψοῦ τοῖσι θείοισι ὁμιλέῃ, καὶ ἀγαθὰ πάσῃ Συρίῃ αἰτέῃ· οἱ δὲ τὴν δυσκολίαν ἀγχόθεν ἐπαίουσι. ἄλλοισι δὲ δοκέῃ καὶ πάθε Δευκαλίωνος εἵνεκα ποιέεσθαι, ἐκείνης ξυμφορῆς μνήματα, ὁκότε οἱ ἄνθρωποι ἐς τὰ ὄρεα καὶ ἐς τὰ ὑψηλότατα τῶν δενδρέων ἤϊξαν, ὃ πολλὸν ὕδωρ ὀρρωδέοντες. ἐμοὶ μὲν ὦν καὶ ταῦτα οὐκ ἀπίθανα δοκέει γε μὲν Διονύσῳ σφέας καὶ ταῦτα ποιέειν συμβάλλομαι δὲ τοῦτο ἐκ τῶνδε Φαλλούς, ὅσοι Διονύσῳ ἐκτελέουσι· ἐν τοῖσι Φαλλοῖσι καὶ ἄνδρας B ξυλίνους καθίζουσι· ὅτευ μὲν εἵνεκα, ἐγὼ οὐκ ἐρέω. δοκέει δέ μοι καὶ ὅδε ἐς ἐκείνου μίμησιν τοῦ ξυλίνου ἀνδρὸς ἀείρεσθαι. ἡ δὲ οἱ ἄνοδος, τοιήδε. σφῆν μακρὴν ἐωυτόν τε ἅμα, καὶ τὸν φαλλὸν περιβάλλει· μετὰ δὲ ὀπίσω ἐξύλων περιφυέα τῷ φαλλῷ, ὁκόσον ἐς χώρου ἄκρου ποδὸς αἰσιὸν ἅμα αἰωρέει τινὰ σφῆνα ἀμφοτέρωθεν, ὅκως περ ἡνιοχέων. εἰ δέ τις τάδε μὲν οὐκ ὄπωπε, ὄπωπε δὲ φοινικοβατέοντας, ἢ ἐν Ἀραβίῃ, ἢ ἐν Αἰγύπτῳ, ἢ ἄλλοθί που, οἶδε ὃ λέγω. ἐπεὰν δὲ ἐς τέλος C ἵκηται τῆς ὁδοῦ, σφῆνα ἑτέρην ἀφεὶς, τινὰ αὐτὸς ἔχει, μακρὴν τοιαύτην, αἰεὶ καὶ τὴν οἱ ὦμοι, ξύλα, καὶ εἵματα, καὶ σκεύεα· ἀπὸ τῆς ἕδρης στεῦται, ὀκοίην καλιήν, ἵζεται· μίμνει τε χρόνον, τὸν εἶπον ἡμερέων. πολλοὶ δὲ ἀπικνεόμενοι, χρυσόν τε καὶ ἄργυρον, οἱ δὲ χαλκὸν κομίζουσι· εἶτ' ἀφέντες ἐκείνῳ πρόσθε κείμενα, ἀπάουσι, λέγοντες τὰ οὐνόματα ἕκαστος. πρηγέως δὲ ἄλλος, αἴρων ἀΐσσει· ὁ δὲ δεξάμενος τοὔνομα, βοᾷ λιτὰς ἐς ἕκαστον ποιέεται. ἅμα δὲ βοῶν, κροτέῃ ποίημα χάλκεον, ὃ ἀεὶδὲ μέγα D ἐπιχὼ, κινεόμενον, ὕδῃ δὲ ἁδαμᾶ. ἐὼ γὰρ μιν ὕπνος ἕλῃ ποτὲ, σκορπίος αἰεὶ ἐγείρει τινὰ, ἢ ἀείκεα ἐργάζεται, καὶ οἱ ἥδε ἡ ζημίη τοῦ ὕπνου ἐπικέαται. τὰ μὲν ὦν ἐς τὸν σκορπίον μυθέονται, ἱρά τε, καὶ θεοπρεπέα. εἰ δὲ ἀτρεκέα ἔστι, οὐκ ἔχω ἐρέειν. δοκέει δέ μοι, μέγα ἐς ἀγρυπνίην συμβάλλεσθαι καὶ τὸν φόβον ἢ ὀρρωδίην.

Quod ſi verò quiſpiam iſtud non vidit, vidit autem eos qui palmas conſcendunt, ſiue in Arabia, ſiue in Ægypto, ſiue alio aliquo loco, intelligit facilè quod dico. Cæterùm poſtquam ad ſummum peruenit, aliam quandam catenam, quam ipſe ſecum habet, demittens, longam quidem illam, attrahit ſurſum quæcunque libet, ligna videlicet, & veſtes, & vaſa: ex quibus ſedem componens, perinde ac nidum aliquem, in illa ſe collocat, manétque ad id tempus dierum quod dixi. Multi autem venientes, aurúmque & argentum, quidam etiam æs afferunt, deinde ante illum appoſitis atque ibi relictis illis abeunt, vnuſquiſque nomen ſuum edentes. Adſtans autem alius quidam, ſurſum renunciat. Ille igitur accepto nomine, preces pro vnoquoque facit: precando autem pariter & æreum quoddam tintinabulum pulſat, quod motũ, grauiter atque aſperè ſonat. Dormit autem haudquaquam: nam ſi ſomnus ipſum capiat aliquãdo, Scorpius *Scorpius* aſcendens excitat ipſum, atque indignè *ſaeit.* afficit: & hæc illi pœna ſomni propoſita eſt. Quæ igitur de ſcorpio tradunt, ſacra quidem ſunt, & diis conuenientia: vtrùm autem vera ſint, dicere non poſſum. Cæterùm quantum mihi videtur, non parum ad vigilantiam conducit & cadendi metus.

Ac de conſcenſoribus Priapi tantum dixiſſe ſatis eſt. Porrò ædes ipſa ad ſolem quidem aſpicit orientem: forma autem & opere talis eſt, quales ſunt quas in Ionia ædes ædificant. Baſis magna protenditur, altitudine duorum paſſuum, ſupra quam ædes poſita eſt. Aſcenſus autem in ipſam lapideus eſt, non ita longus: verùm vbi aſcenderis, admirationem quidem & porticus ante ædem non paruam præbet, ianuiſque exornata aureis eſt. Intus autem ipſa ædes auro multo reſplendet, & tectum totum aureum eſt. Odorem autem effragrat diuinum quendam, qualis fertur & terræ Arabiæ eſſe. Ac tibi à longè aſcendenti auram aſpirat admodum ſuauem, & ſi rurſus inde abeas, haudquaquam ceſſat, ſed & veſtes tuæ in longum vſque eandem retinent, & tu in perpetuum quaſi quandam memoriam eius tecum referes. Cæterùm ipſa ædes intus ſimplex non eſt, ſed & penetrale quoddam alterum intra ſe factum habet, in quod & ipſum aſcenſus modicus eſt. Foribus autem exornatum non eſt, ſed ex aduerſo totum patet. In magnam igitur ædem omnibus ingredi licet, in penetrale autem ſiue cellam illam ſolis ſacerdotibus, neque verò iis omnibus, ſed illis tantùm, qui diuini maximè ſunt, quibúſque omnis cura & ſtudium in templum impenditur. In hoc autem adyto ſimulacra deorum poſita ſunt, Iunonis videlicet, & quem Iouem exiſtentem ipſi alio neſcio quo nomine appellant. Ambo autem aurei ſunt, ambóque ſedentes finguntur. Sed Iunonem quidem leones portant, Iupiter autẽ tauris inſidet. Atque adeò & Iouis quidem ſimulacrum per omnia Ioui aſſimilatum eſt, & capite, & oculis, & ſedendi habitu: neque ipſum alteri, ne ſi velis quidem, aſſimilare potueris. Iuno autem, ſi propius contempleris, haudquaquam vnius ſpeciei formam præ ſe fert. Nam in vniuerſum quidem, quod verè dixeris, Iuno eſt: cæterùm habet quippiam & Mineruæ, & Veneris, & Lunæ, & Rheæ, & Nemeſis, & Parcarum. Ac altera quidem manu ſceptrum tenet, altera autem colum, & in capite radios gerit, & tutrim, & cæſtum habet, quo ſolam Venerem cognomento cæleſtem exornant: foris autem & aliud illi aurum circumpoſitum eſt, & lapilli valde pretioſi, quorum alij quidem candidi, alij autem cærulei, multi verò etiam rufi. Præterea autem & ſardonyches multi, & hyacinthi & ſmaragdi: quæ omnia afferũt Ægyptij,

Simulacra Iouis & Iunonis.

Φαλλοφατέων μὲν δὴ πέρι τοσαῦτα ἀρκέϊ. ὁ δὲ νηὸς ὁρέϊ μὲν ἐς Ἥλιον αὐτόπα. εἶδος δὲ, καὶ ἐργασίη ἐστὶ, οἵησις νηοὺς οἷ Ἰωνίη ποιέουσι. ἔδρη μεγάλη προέχει ἀπὸ τῆς μεγάθος ὀργυιέων δυοῖν, ὑπὲρ τῆς ὁ νηὸς ἀπιδρύεται. αἴοδος ἐς αὐτὸν λίθου πεποίηται, οὐ κάρτα μακρή. ἀνελθόντι δὲ θῶυμα μὲν καὶ ὁ προπύλαιος μέγα προέχεται, θύρησί τε ἔσκηται χρυσέοισι. ἔνδοθε δὲ ὁ νηὸς χρυσοῦ τε πολλοῦ ἀπολάμπεται, καὶ ἡ ὀροφὴ πᾶσα χρυσέη. ἀπὸ δὲ αὐτοῦ ὀδμὴ ἀμβροσίη, οἵην λέγεται τῆς χώρης τῆς Ἀραβίης. καί σοι πλεόντων ἀμείνονι, προσφάλλει πνοιὴ κάρτα ἀγαθή· καὶ ἐπὶ αὖθις ἀπίῃς, ὀδμὴ μὲν λείπεται, ἀλλά σευ τά τε εἵματα ἐς πολλὸν ἔχει τὴν πνοιήν, καὶ σὺ ἐς πάμπαν αὐτῆς μνήσεαι. ἔνδοθεν δὲ ὁ νηὸς, οὐκ ἁπλόος ἐστὶ, ἀλλὰ ἐν αὐτῷ θάλαμος ἄλλος πεποίηται. δόμοδος καὶ ἐς τοῦτον ὀλίγη· θύρησι δὲ οὐκ ἔσκηται, ἀλλ' ἐς μύτιον ἄπας ἀναπέπταται. ἐς μὲν οὖν τὸν μέγαν νηὸν, πάντες εἰσέρχονται· ἐς δὲ τὸν θάλαμον, οἱ ἱρέες μούνοι. ἀλλ' μέντοι πάντες ἱρέες, ἀλλὰ τὰ μάλιστα ἀγχίθεοί τέ εἰσι, καὶ τοῖσι πᾶσα ἐς τὸ ἱρὸν μέλεται θεραπείη. τὰ δὲ τῇδε, εἴαται τὰ ἕδεα, ἥτε Ἥρη, καὶ τὸν αὖτοῦ Δία ἐόντα, ἑτέρῳ σώματι καλλίστοισι. ἄμφω δὲ χρυσοῖ τε εἰσι, καὶ ἄμφω ἕζονται. ἀλλὰ τὸν μὲν Ἥρῃ λέοντες φορέουσι· ὁ δὲ Ταύροισι ἐφέζεται. καὶ δῆπα ὁ μὲν τῆ Διὸς ἄγαλμα, ἐς Δία πάντα ὁρᾷ, καὶ κεφαλῇ, καὶ ὄμμασι, καὶ ἕδρῃ· καὶ μιν σχεδὸν ἐτέλων ἄλλως εἰκάσῃς. ἡ δὲ Ἥρη, σκηπτοῦχός τις πολυειδέα μορφὴν ἐκφαίνει. καὶ τὰ μὲν ξύμπαντα, ἀτρεκέϊ λόγῳ Ἥρη ἐστί. ἔχει δέ τι καὶ Ἀθηναίης, καὶ Ἀφροδίτης, καὶ Σελήνης, καὶ Ῥέης, καὶ Ἀρτέμιδος, καὶ Νεμέσιος, καὶ Μοιρέων. χρεὼ δὲ τῇ μὲν ἑτέρῃ, σκῆπτρον ἔχειν, τῇ ἑτέρῃ δ' ἄτρακτον. καὶ ὑπὲρ τῇ κεφαλῇ ἀκτῖνάς τε φορέειν, καὶ πύργον, καὶ κεστὸν, τῷ μιν Οὐρανίην κοσμέουσι. ἔκποθε δὲ οἱ χρυσός τε ἄλλος περίκειται, καὶ λίθοι κάρτα πολυτελέες. τῶν οἱ μὲν λευκοὶ, οἱ δὲ ὑδατώδεες, πολλοὶ δὲ πυρρώδεες. ἔτι δὲ ὀνυχες οἱ σαρδόνιοι πολλοὶ, καὶ ὑακινθοι, καὶ σμάραγδοι, τὰ Φέρεσι Αἰγύπτιοι,

καὶ Ἰνδοὶ, καὶ Αἰθίοπες, καὶ Μῆδοι, καὶ Ἀρμένιοι, καὶ Βαβυλώνιοι. Ὃ δὲ δὴ μέζονος λόγου ἄξιον, τοῦτο ἀπομνήσομαι· λίθον ὅτι τῇ κεφαλῇ φορέει, λυχνὶς καλέεται, οὔνομα δὲ οἱ, τὸ ἔργου ἡ συντυχίη, ἀπὸ τούτου· ἐν νυκτὶ σέλας πολλὸν ἀπολάμπεται, ὥστε δὲ οἱ ἐς ὀπὸς ἅπας, οἷ ὥστε λύχνοισι, φαίνεται. ἐν ἡμέρῃ δὲ, ὁ μὲν φέγγος ἀσθενὲς ἰδίῃ οἱ ἔχει κέρτα πυρώδεα. καὶ ἄλλο θωυμαστὸν ἔστι ἐν τῷ ξοάνῳ. ἢν ἐκεῖθεν αὐτὸν ἐσορέῃς, ἐς σὲ ὁρᾷ· ἢν μεταβαίνοντι, ὁ βλέμμα ἀκολουθέει, καὶ ἢν ἄλλος ἑτέρωθεν ἰσορέῃ, ἴσα καὶ ἐς ἐκεῖνον ἐκπλέει. ἐν μέσῳ δὲ ἀμφοτέρων, ἕστηκε ξόανον ἄλλο χρύσιον, ὑδαμῇ τοῖσι ἄλλοισι ξοάνοισι εἰκελον. ὃ δὲ μορφὴν ἰδίην οὐκ ἔχει, φορέει δὲ τῶν ἄλλων θεῶν εἴδεα. καλέεται δὲ σημήιον καὶ ὑπ' αὐτῶν Ἀσσυρίων. οὐδὲ τι οὐνόμα ἴδιον αὐτῷ ἔθεντο, ἀλλ' οὐδὲ γενέσιος αὐτοῦ πέρι καὶ εἴδεος λέγεσι. καί μιν οἱ μὲν ἐς Διόνυσον, ἄλλοι δὲ ἐς Δευκαλίωνα, οἱ δὲ ἐς Σεμίραμιν ἄγουσι. καὶ γὰρ δὴ ὧν ὅτι τῇ κορυφῇ αὐτοῦ, περιστερὴ χρυσείη ἐφέζηται. τοιούνεκα δὴ μυθέονται Σεμίραμιος ἔμμεναι τόδε σημήιον. ἀποδημέει δὲ δὶς ἐκάστου ἔτεος ἐς θάλασσαν, ἐς κομιδὴν τοῦ εἰρημένου ὕδατος. ἐν αὐτῷ δὲ τῷ ἱρῷ ἐστόντων, ἐν δεξιτερῇ κέαται θρόνοι μὲν Διὸς ἡλίου· αὐτοῦ δὲ εἶδος οὐκ ἔνι, μοῦνον γὰρ Ἡλίου καὶ Σελήνης ξόανα ὑποδείκνυσι. ὅτευ δὲ εἵνεκα ὧδε νομίζουσι, ἐγὼ καὶ τόδε ἔμαθον. λέγουσι τοῖσι μὲν ἄλλοισι θεοῖσι, ὅσιον ἐμμένειν ξόανα ποιέεσθαι. ὑπὲρ γὰρ σφέων ἐμφανέα πᾶσι τὰ εἴδεα. Ἥλιος δὲ, καὶ Σελήνη, πάμπαν εὐαρμόστους καὶ σφέας πᾶσι ὁρέεσθαι. κοίη δὴν αἰτίη ξοανουργίης, τοῖσι γε τὰ κέρε φαινομένοισι; μετὰ δὲ τὸν θρόνον τοῦτον, κέαται ξόανον Ἀπόλλωνος, οὐκ οἷ ἐώθασι ποιέεσθαι· εἰ μὲν γὰρ ἄλλοι πᾶσι, Ἀπόλλωνα νέον τε ἥβωντα, καὶ ὑπογενείῳ ποιέουσι. μοῦνοι δὲ οὗτοι Ἀπόλλωνος γλυφίτεω ξόανον δεικνύουσι· καὶ τά δε ποιέοντες, ἑωυτοὺς μὲν ἐπαινέουσι, Ἑλλήνων δὲ κατηγορέουσι, καὶ ἄλλων, ὁκόσοι Ἀπόλλωνα παῖδα θήλεϊ ἐλάσσαντα. αἰτίη δὲ δοκέει αὐτέοισι, ἀτοφίη μεγάλη ἐμμένειν, ἀτελέα ποιέεσθαι τοῖσι θεοῖσι τὰ εἴδεα. Ὃ δὲ νέον, ἀτελὲς ἔτι νομίζουσι.

& Indi; & Æthiopes, & Medi, & Armenij, & Babylonij. Quod igitur maximè memorabile eſt, id dicam: Lapidem in capite gerit, qui Lychnis vocatur. Nomen autem illi dedit operis effectus reſpondens. Ab hoc multus fulgor noctu reſplendet, totáque ædes ab eo perinde atque lucernis colluceat. Interdiu autem ipſum quidem lumen emarceſcit, ſpeciem autem præ ſe fert admodum igneã. Iam verò & aliud admiratione dignum in ipſo ſigno dex eſt. Si ex aduerſo ſteteris, ad te aſpicit: quòd ſi inde tranſeas, viſu te ſequitur: & ſi alius quiſpiam aliunde ipſam intuetur, eadẽ erga illum quoque facit. Porrò in medio inter vtrunque aliud quoddam ſimulacrum ſtat aureum, cæteris haudquaquam ſimile: formam quidem propriam non habet, aliorum autem deorum ſpecies gerit. Vocatur autem ſignum etiam ab ipſis Aſſyriis, neque illi nomen aliquod proprium poſuere: ſed neque de generatione ipſius, neque de ſpecie quicquam dicunt. Atque ipſum alij quidem ad Dionyſium, alij ad Deucalionem, alij ad Semiramidem referunt. Quando enim & in vertice eius columba aurea inſider, ob eam videlicet rem tradunt Semiramidis illud ſignum eſſe. Proficiſcitur autem bis quotannis ad mare, ad afferendam aquam eam de qua dixi. In ipſa autem æde ad ſiniſtram ingredienti, ſtat principiò ſolium Solis, ipſius autem effigies non adeſt. Solius enim Solis & Lunæ ſimulacra non exhibent: cuius autem gratia faciendum ita putent, didici id quoque ego. Nam cæteris quidem diis fas eſſe aiunt ſimulacra fieri, neque enim illorum ſpecies aut formas manifeſtas omnibus apparere: Solem autem & Lunam omnibus eſſe manifeſtas, neque quenquam illos non videre. Quare quamnam cauſſam illorum effigiandorum eſſe, cùm in aëre appareant? Ac poſt ſolium hoc, ſignum Apollinis poſitum eſt, non quale vulgo conſueuit fieri. Nam cæteri quidem omnes Apollinem & iuuenem putant, & cum prima lanugine effingunt: ſoli autem iſti Apollinis barbati ſimulacrum effigiant. Atque hoc facientes, ſibi ipſi laudi ducunt, Græcos autem reprehendunt, & alios quicunque Apollinem puerum fingunt & colunt. Cauſſa verò ipſis videtur inſcitia magna eſſe, cur imperfectæ deorum formæ ac ſpecies fingantur. Nam iuuenem eſſe, ipſũ adhuc imperfectum exiſtimant.

Solium Solis & Lunæ.

Cæterùm & aliud quiddã nouum Apollini suo affingunt. Soli enim Apollinem vestibus exornant. De operibus autem ipsius multa quidem dicere possim, sed tamen ea modò dicam, quæ maximè admiratione digna sunt. Principiò ita quę oraculi mentionem faciam. Atque oracula quidẽ multa tum apud Gręcos, tum apud Ægyptios sunt, multa autẽ & in Africa, & in Asia item multa, sed illa quidem neque absque sacerdotibus neque absque interpretibus responsa dant: hic autem Apollo & ipse per se mouetur, & vaticinia ad plenum vsque per se peragit. Modus autem eorum talis est. Postquã illi placitum est vaticinari, in sede sua primùm mouetur, sacerdotes autem ipsum continuò in sublime attollunt: quòd si non attollant, ille & sudorem emittit, & se in medium etiam emouet. At postquam illi subeuntes portant ipsum, tum & illos secum agit, circum circa vertendo sese, & ab alio in alium subinde trãsilit. Postremò princeps sacerdotum supplicans interrogat illum de omnibus rebus. Ille verò si quid non vult fieri, retro recedit: cõtra autem si quid approbat, agit in anteriorem partem gestantes, perinde ac si currus habenas moderaretur: atque ita illi colligunt oracula, & neque sacram rem vllam neque priuatam absque hoc gerunt. Prædicit autem illis & de anno, & de tempestatibus omnibus, & quando amplius futuri non sint: Prædicit item & de signo illo, quando proficisci illud oporteat profectionem eam de qua dixi. Dicam autem & aliud, quod me præsente fecit: Sacerdotes attollentes ipsum ferebant: ille autem illos quidem in terra infrà reliquit, ipse verò in aëre solus ferebatur. Porrò autem post Apollinem simulacrum Atlantis est, deinde Mercurii, & Lucinæ: atque hæc quidem intra ædem ita exornata sunt: foris autem ara quoque posita est magna ærea, atque ibi etiam alia simulacra innumera ærea regum & sacerdotum. Recensebo autem quæ mihi maximè memoratu digna videntur. Ad sinistram ædis, Semiramidis signum stat, ædem ipsam dextera demonstrantis. Stat autem talem ob caussam: Hominibus quicunque Syriam incolunt, legem illa tulerat, vt se ceu deam colerent, cęterorum autem deorũ, atque ipsius etiam Iunonis nullam rationem haberent. Atque illi tum ita faciebant. Postea autem vbi deorum indignatione

Apollinis vaticinia.

Semiramidis statua.

A ὁ δὲ καὶ ἄλλο τῷ σφετέρῳ Ἀπόλλωνι χαριουργέουσι. μούνοι Ἀπόλλωνα εἵμασι κοσμέουσι. ἔργων δὲ αὐτοῦ πέρι, πολλὰ μὲν ἔγωγε εἰπεῖν· ἐρέω δὲ ὅ μάλιστα θωυμάζειν ἄξιον. πρῶτα δὲ τοῦ μαντείου ὑπομνήσομαι. μαντήια πολλὰ μὲν πρὸς Ἕλλησι, πολλὰ δὲ καὶ πρὸς Αἰγυπτίοισι· τὰ δὲ ἐν τῇ Λιβύῃ, καὶ ἐν τῇδε Ἀσίῃ πολλά ἐστι. ἀλλὰ τὰ μὲν, ὅτι ἱρέων αὐτῶν οὔτε προφητέων ἀφέλκονται. ὧδε δὲ, αὐτός τε κινέεται, καὶ τὸν μαντήιον ἐς τέλος αὐτουργέει. ἔρπος δ' αὐτῆς τοῖσδε ἔστι· ἢν ἐπέλθῃσι χρησομηνορέῃ,

B ἐν τῇ ἕδρῃ πρῶτα κινέεται. οἱ δὲ μιν ἱρέες, αὐτίκα αἴρεσιν· ἢν δὲ μὴ αἴρωσι, ὁ δὲ ἱδρώῃ, καὶ ἐς μέσον ἔτι κινέεται. ἔστ' ἂν ὑποδυόντες φέρωσι, ἀγχοῦ σφέας, πρύτανιν προσελθέων, καὶ ἐς ἄλλον ἐξ ἑτέρου μεταπηδέων. τέλος, ὁ ἀρχιερεὺς αἰτιάσας, ἐπιρρέεται μιν περὶ ἀπορήτων πρηγμάτων, ὅ τι, ἢν μὴ θέλῃ ποιέεσθαι, ὀπίσω ἀναχωρέει· ἢν δέ τι ἐπαινέῃ, ἀγχοῦ ἐς ὃ πρόσω τοὺς προσφέροντας, ἕκως ἂν ἐνιοχέων.

C οὕτω μὲν σημαίνουσι τὰ θέσφατα, καὶ οὔτε ἱερὸν πρῆγμα οὐδέν, οὔτε ἴδιον τούτου ἄνευ ποιέονται. λέγει δὲ καὶ τὸ ἔτος πέρι, καὶ τὴν ὥρεων αὐτὸ πασέων, καὶ ὁκόταν οὐκ ἔσονται. λέγει δὲ καὶ τοῦ σημείου πέρι, κότε χρὴ μιν ἀποδημέειν, πρὶν εἶπον ἀποδημίην. ἐρέω δὲ καὶ ἄλλο, ὃ ἐμοῦ παρόντος ἐποίησε. οἱ μὲν μιν ἱρέες, αἰείροντες ἔφερον. ὁ δὲ τοῖς μὲν ἐν γῇ κάτω ἔλιπε, αὐτὸς δὲ ἐν τῷ πέρι μούνος ἐφορέετο. μετὰ δὲ τὸν Ἀπόλλωνα, ξόανόν ἐστιν Ἄτλαντος, μετὰ δὲ, Ἑρμέω καὶ Εἰλειθυίης. τὰ μὲν δὴ ἐντὸς τοῦ νηοῦ, ὧδε κεκοσμέαται· ἔξω δὲ, βωμός τε κεῖται μέγας, χάλκεος· ἐν δὲ, καὶ ἄλλα ξόανα μυεία χάλκεα, βασιλέων τε καὶ ἱρέων. καταλέξω δὲ, τὰ μάλιστα ἄξιον μνήσασθαι. ἐν δεξιῇ τοῦ νεοῦ, Σεμιράμιος ξόανον ἕστηκε, ἐν δεξιῇ τὸν νηὸν ὑποδεικνυούσης. ἐγένετο δὲ δι' αἰτίην τοιήνδε δι' ἀνθρώπους οἳ τὴν Συρίην οἰκέουσι, νόμον ἐποιέετο, ἑωυτῇ μὲν ὅκως θεὸν ἱλάσκεσθαι, θεὸν δὲ τὴν ἄλλων, καὶ αὐτὴν Ἥρης ἀλογέειν· καὶ ὧδε ἐποίεον. μετὰ δὲ, ὡς οἱ θεὸν

ἀφίκοιτο νοῦσοί τε καὶ συμφορὴ, καὶ ἄλγεα, μανίης μὲν ἐκείνης ἀπεπαύσατο, καὶ θητὴν ἑωυτὴν ὁμολόγεε, καὶ τοῖσι ὑπηκόοισι αὖτις ἐκέλευε ἐς Ἥρην τρέπεσθαι. τοιούνεκα δὴ ἔτι τοιή δε αἰέσηκε, τοῖσι ἀπικνεομένοισι τὴν Ἥρην ἱλάσκεσθαι δηλεύσα, καὶ θεὸν οὐκ ἔτι ἑωυτὴν, ἀλλ' ἐκείνην ὁμολογέουσα. εἶδον δὲ καὶ Ἑλένης αὐτόθι ἄγαλμα, καὶ Ἑκάβης, καὶ Ἀνδρομάχης, καὶ Πάριδος, καὶ Ἕκτορος, καὶ Ἀχιλλέως. εἶδον δὲ καὶ Νιρέως εἶδος τῆς Ἀγλαΐης, καὶ Φιλομήλης, καὶ Πρόκνης, ἔτι γυναῖκας, καὶ αὐτὸν Τηρέα ὄρνιθα, καὶ ἄλλο ἄγαλμα Σεμιράμιος, καὶ Κομβάβου, ὃ κατέλεξα, καὶ Στρατονίκης, κάρτα καλὸν, καὶ Ἀλεξάνδρου, αὐτῷ ἐκείνῳ εἰκελον. παρὰ δὲ οἱ, Σαρδαναπάλος ἕστηκε, ἄλλῃ μορφῇ, καὶ ἄλλῃ στολῇ. ἐν δὲ τῇ αὐλῇ, ἄφετοι νέμονται βόες μεγάλοι, καὶ ἵπποι, καὶ α�ετοὶ, καὶ ἄρκτοι, καὶ λέοντες, καὶ ἀνθρώπους οὐδαμὰ σίνονται, ἀλλὰ πάντες ἱεροί τέ εἰσι, καὶ χειροήθεες. ἱρέες δὲ αὐτοῖσι πολλοὶ ἀποδεδέχαται· τῶν οἱ μὲν τὰ ἱρήια σφάξοισι, οἱ δὲ σποιδὴν φορέουσι, ἄλλοι δὲ πυρφόροι καλέονται, καὶ ἄλλοι παραβώμιοι. ἐπ' ἐμεῦ δὲ, πλείονες καὶ τριηκοσίων ἐς τὸν θεὸν ἀπικνέοντο. ἐσθὴς δὲ αὐτέοισι πᾶσα λευκή· καὶ πίλοι ὑπὲρ τῇ κεφαλῇ ἔχοισι. ἀρχιερεὺς δὲ ἄλλος ἑκάστου ἔτεος ὑπογίνεται. πορφυρέῃ δὲ μούνος οὗτος φορέει, καὶ τιάρῃ χρυσείῃ ἀναδέεται. ἔστι δὲ καὶ ἄλλο πλῆθος ἀνθρώπων ἱρῶν, αὐλητέων τε, καὶ συρικτέων, καὶ Γάλλων, καὶ γυναῖκες ὑπομανέες τε, καὶ φρενοβλαβέες. θύουσι δὲ δὶς ἑκάστης ἡμέρης ὑπὲρ τελέεται, ἐς τὸν πάντες ἀπικνέονται. Διὶ μὲν δὴ κατ' ἡσυχίην θύουσι, ὔτε ἀείδοντες, ὔτε αὐλέοντες. αὐτὰρ ἐπὴν δὲ τῇ Ἥρῃ καπάρχωνται, ἀείδουσί τε, καὶ αὐλέουσι, καὶ κρόταλα ὑπακροτέουσι. καί μοι τούτου πέρι, ἅτε οὐδὲν εἰπεῖν ἐδυνάσθη. ἔστι δὲ καὶ λίμνη αὐτόθι, ὃ πολλὸν ἔχει τοῦ ἱροῦ, ἐν τῇ ἰχθύες ἱροὶ τρέφονται πολλοὶ, καὶ πολυφόρες. γίνονται δὲ αὐτέων ἔνιοι κάρτα μεγάλοι· ὄνομα δὲ καὶ οὐνόματα ἔχουσι, καὶ ἔρχονται καλεόμενοι· ἐπ' ἐμεῦ δὲ, πεντήκοντα εἴων ἐν αὐτοῖσι χρυσοφορέων· ἐν τῇ πεδέρυγι δὲ, ποίημα χρύσιον αὐτέων αἰεχέατο. καί μιν ἐγὼ πολλάκις ἐθηησάμην, ἐὸν ὃ ποίημα.

A & morbi venerunt, & clades, aliaque mala, ab insania destitit, seseque mortalem agnouit, ac subditis iterum præcepit vt ad Iunonem conuerterentur. Ob eam igitur caussam adhuc tali specie stat, indicans aduenientibus Iunonem colendam esse, seque ipsam non ampliùs deam esse, sed illam confitens. Vidi autem & Helenæ simulacrum ibi, & Hecubæ, & Andromaches, & Paridis, & Hectoris, & Achillis. Vidi itidem & Nirei formam, filij Aglaiæ, & Philomelam, & Prognen, adhuc dum mulieres, & ipsum Tereum in auem iam conuersum. Præterea & aliud Semiramidis simulacrum, B & Combabi, id de quo iam antea dixi, & Stratonices, admodum pulchrum, & Alexandri, ipsi illi simile. Iuxta autem & Sardanapalus stabat, alia quadam forma, aliáque etiam veste exornatus. Intra septa autem templi, liberi ac diis consecrati pascebantur boues magni, & equi, & aquilæ, & vrsi, & leones: atque illi homines haudquaquam lædunt, sed omnes & sacri sunt, & mansueti. Sacerdotes autem ipsis multi eliguntur, quorum alij quidem hostias mactant, alij autem libamenta ferunt, rursus alij flammiferi C vocantur, & alij aræ ministri. Mea autem ætate plures etiam trecentis ad sacrificia ventitare solebant. Vestis autem illis tota candida est, & pileum in capite gestant. Summus autem sacerdos alius ac nouus vnoquoque anno surrogatur, solúsque hic purpuream vestem gerit, & tiara aurea redimitur. Est autem & alia multitudo hominum sacrorum, tibicinum videlicet, & fistulatorum, & Gallorum, & præterea mulieres furibundæ, ac mente captæ. Sacrificium autem bis quotidie peragitur, ad quos omnes veniunt. Ioui quidem igitur cum silentio D sacrificant, neque cantantes, neque tibia modulantes. At postquam Iunoni primitias celebrant, & voce modulantur, & tibiis canunt, & tintinabula pulsant. Ac de ea re planum mihi dicere nihil potuerunt. Est autem lacus ibi non ita longè à templo, in quo pisces sacri aluntur, multi ac varij: nascuntur autem ipsorum nonnulli admodum magni, atque ij nomina quoque habent, & cùm vocantur, præstò veniunt. Meis autem temporibus erat quidam inter ipsos aurum ferens: cæterùm in pinna opus istud aureum ipsorum suspendebatur, atque ego illum sæpenumero vidi, & habebat opus illud.

Lacus extra templum sacer.

Altitudo autem lacus magna eſt, quan- A quam ego experimentum eius non ceperim. Dicunt autem etiam ducentorum ampliùs paſſuum eſſe. Cæterùm in medio ipſius ara lapidea ſtat. Putares autem ſi ex improuiſo videres, & natare illam, & in ſumma aqua vehi: & multi ita exiſtimant. Mihi verò videtur columna ſubeſſe magna, arámque ſuſtinere. Semper autem ſertis coronata eſt, & odoribus crematur. Ac multi quotidie precandi cauſſa ad ipſam enatantes, coronas portant. Fiunt autem ibidem & conuentus ſolennes maximi, vocantúrque deſcenſus in lacum, quoniam in iis ad lacum deorum ſimulacra omnia deſcendunt: B inter quæ Iuno prima aduenit piſcium gratia, ne Iupiter illos primus aſpiciat. Nam ſi hoc fiat, ferunt omnes illos emori. Atque ideo ille quidem vadit inſpecturus, Iuno autem anteriore loco ſtans, & prohibet ipſum, & precibus obteſtando dimittit. Maximi verò conuentus ipſis illi ſunt, quòd ſolenni inſtituto ad mare conueniunt: ſed ego de illis certum ac planum aliquid dicere non poſſum: neque enim ipſe eò veni, neque vnquam profectionis iſtius periculum feci. Quæ verò redeuntes faciunt, vi- C di, éaque commemorabo. Vas vnuſquiſque aqua repletum portat, idque cèra obſignatur. Nemo autem ſuum ipſe reſoluens effundit, ſed Gallus quidam ſacer eſt, habitat autem ad lacum, qui poſtquam vaſa illorum accepit, & ſigillum inſpexit, mercede quoque accepta & vinculum reſoluit, & ceram repoſcit. Et multæ adeò minæ ex hoc ſacro Gallo accumulantur. Atque hinc in ædem ipſi ferentes, poſtquam libarunt ac ſacrificarunt, retro domum reuertuntur. Feſtorum autem omnium quæ noui, maximum incipiente vere peragunt, atque illud Pyram alij, alij autem Facem appellant. Sacrificium autem in eo tale perficiunt: Arbores magnas cædentes, intra ſeptum templi collocant: poſtea autem adducentes capras & oues, aliáque animantia bruta ex arboribus illis ſuſpendunt, inter hæc autem & volucres, & veſtes, & aurea argenteáque opera collocant: ac poſtquam omnia perfectè ac rite compoſuerunt, deorum ſimulacra circum arbores portant, atque exinde pyram accendunt, illa autem continuò omnia cremantur. Ad hoc feſtum multi homines aduenium, cùm ex Syria,

Panegyrici conuentus.

βάθος ἡ τῆς λίμνης πολλὸν ἐγὼ μὲν οὐκ ἐπειρήθην. λέγεσι δ' ὧν καὶ διηκοσίων ὀργυιέων πλέον ἔμεθραι. κατὰ μέσον δὲ αὐτῆς βωμὸς λίθου αἴρηκε. δοκέοις δ' ἂν ἄφνω ἰδών, πλώειν τε μιν, καὶ τῷ ὕδατι ἐποχέεσθαι, καὶ πολλοὶ ὧδε νομίζουσι· ἐμοὶ δὲ δοκέει κίονος ἐρέτεως μέγας, αἴρειν τὸν βωμόν. ἐστεφθαι δὲ ἀεὶ, καὶ θυώματα ἔχει. πολλοὶ δὲ ἑκάστης ἡμέρης κατ' ὀλίγον ἐς αὐτὸν νηχόμενοι, στεφανηφορέουσι. γίγνονται δ' αὐτόθι καὶ πανηγύρεις τε μέγιστοι· καλέονται δὲ ἐς τὸν λίμνην καταβάσιες, ὅτι ἐν αὐτῇσι ἐς τὸν λίμνην τὰ ἱρὰ πάντα κατέρχεται· ἐν τῇσι ἡ Ἥρη πρώτη ἀπικνέεται τῶν ἰχθύων εἵνεκα, μὴ σφέας ὁ Ζεὺς πρῶτος ἴδηται. λέγουσι γὰρ τόδε γενέσθαι, λέγεσι ὅτι πάντες ἀπόλλυνται. ἔστε δὴ τὰ μὲν ἔρχεται ὀψόμενος, ἡ δὲ πρώτη ἰσταμένη, ἀπείργει τε μιν, καὶ πολλὰ λιπαρέουσα, ἀποπέμπει. μέγιστοι δὲ αὖτοῖσι πανηγύρεις, τὰς ἐς θάλασσαν νομίζονται. ἀλλ' ἐγὼ περὶ τούτων πέρι, σαφὲς οὐδὲν ἔχω εἰπεῖν· οὐ γὰρ ἦλθον αὐτὸς, οὐδὲ ἐπειρήθην τῆς τοιῆσδε ὁδοιπορίης. τὰ δὲ ἐλθόντες ποιέουσι, εἶδον, καὶ ἀπηγήσομαι. ἀγγήιον ἕκαστος ὕδατι σεσαμένον φέρεσι· κηρῷ δὲ πάντα σεσήμανται· καί μιν οὐκ αὖθι λυσάμενοι χέουσι, ἀλλ' ἔστι ἀλεκτρυὼν ἱερὸς, οἰκέει δὲ ὑπὸ τῇ λίμνῃ, ὃς ἐπεὶ σφέων δέξηται τὰ ἀγγήια, τοῦ τε σφρηγῖδα ὁρᾷ, καὶ μαθὼν ἀρτύμενος, αἰρά τε λύει τὸν δεσμὸν, καὶ τὸν κηρὸν ἀπαιτέει· καὶ πολλαὶ μηχαναὶ οὐκ ἔστιν ὅτεω τὸν ἔρχου τοῦ ἀλεκτρυόνος ἀγείρονται. ἔστιν ὅτε καὶ ἐς τὸν νηὸν αὖθι σεσήμανται, ἀποδόσι τε, καὶ θύσαντες, ὀπίσω ἀπονοστέουσι. ἑορτέων δὲ πασέων, τὴν οἶδα, μεγίστην τὴν εἴαρος ἀρχομένου ἐπιτελέουσι. καί μιν οἱ μὲν πυρὴν, οἱ δὲ λαμπάδα καλέουσι. θυσίην δὲ ὧδε αὐτῇ τελέουσι. δένδρεα μεγάλα ἐκκόψαντες, ἐν τῇ αὐλῇ ἑστᾶσι, μετὰ δὲ ἀγινέοντες αἶγάς τε, καὶ ὄϊας, καὶ ἄλλα κτήνεα ζωὰ, ἐκ τῶν δενδρέων ἀπείρτεσι· ἐν δὲ καὶ ὄρνιθες, καὶ εἵματα, καὶ χρύσια, καὶ ἀργύρεα σκεύεα ἐπεὰν δὲ σκευάσωνται πάντα ποιήσαντες, περιενείκαντες τὰ ἱρὰ περὶ τὰ δένδρεα, πυρὴν ἐνιᾶσι, τὰ δὲ αὐτίκα πάντα κάεται. ἐς ταύτην τὴν ἑορτὴν πολλοὶ ἄνθρωποι ἀπικνέονται ἔκ τε Συρίης

καὶ τῶν πέριξ χωρέων πασέων. Φέρουσί τε τὰ A
ἑωυτῶν ἱρὰ ἕκαστοι, καὶ τὰ σημήια ἕκαστοι ἔχουσι
ἐς τὰ δὲ μεμιμημένα. ἐν ῥητῇσι δὲ ἡμέρῃσι
ὁ μὲν πλῆθος ἐς τὸ ἱρὸν ἀγείρεται. Γάλ-
λοι δὲ πολλοί, καὶ οἷς ἔλεξα, οἱ ἱρὸν αὐθρω-
ποι τελέουσι τὰ ὄργια, τάμνονταί τε τὰς πή-
χεας, καὶ σφίσι κατὰς ἀλλήλους τύπτον-
ται. πολλοὶ δὲ σφίσι παρεστεῶτες, ἐπαυλέου-
σι, πολλοὶ δὲ τύμπανα παταγέουσι, ἄλλοι δὲ
ἀείδουσι ἔνθεα καὶ ἱρὰ ἄσματα. Ὃ δὲ ἔρδον
ἐκτὸς τοῦ νηοῦ τάδε γίνεται. Οἱ δὲ εἰσέρχονται
ἐς τὸν νηόν, οἱ τάδε ποιέουσι. ἐν ταύτῃσι
τῇσι ἡμέρῃσι, καὶ Γάλλοι γίνονται. ἐπεὰν γὰρ B
οἱ ἄλλοι αὐλέωσί τε, καὶ ὄρχια ποιέωνται, ἐς
πολλὰς ἤδη ἡ μανίη ἀπικνέεται, καὶ πολλοὶ οἱ
ἐς θῆλυ ἀπικόμενοι. μετὰ δὲ ταῦτα ἔρρηξαν,
καταλέξω δὲ καὶ τὰ ποιέουσι. ὁ νεωτερίης, ἔστω
τάδε ἀποκείμενα, ῥίψας τὰ εἵματα, μεγάλῃ
βοῇ ἐς μέσον ἔρχεται, καὶ ξίφος αἱρέεται.
τὰ δὲ πολλὰ ἔτεα ἐμοὶ δοκέει, ἀφ' οὗ ἔσπη-
κε, λαβὼν δὲ αὐτίκα, τάμνει ἑωυτόν, φέρει τε
ἀνὰ τῆς πόλιος, καὶ τῇσι χερσὶ φέρει τὰ ἔτα-
με. ἐς οἰκίην δὲ οἰκίην τὰ δὲ ἀποῤῥίπτει, ἐν C
ταύτῃς ἐσθῆτά τε θηλείην, καὶ κόσμον τὸν
γυναικήιον λαμβάνει. τὰ δὲ μιν ἐν τῇσι το-
μῇσι ποιέουσι. ἀποθανόντες δὲ Γάλλοι, οὐκ
ὁμοίως ταφὴν τοῖσι ἄλλοισι θάπτονται, ἀλλ'
ἐὰν ἀποθάνῃ Γάλλος, οἱ ἑταῖροι μιν ἀείρον-
τες, ἐς τὰ κατάγαια φέρουσι. θήκῃσι δὲ
αὐτὸν, καὶ ὃ φέρεσθαι, τὰ σκόμισσα, ὑπερ-
θε λίθοις βάλλουσι, καὶ πάντα καταξάντες, ὀπί-
σω ἀπονοστέουσι. φυλάξαντες δὲ ἐπὶ ἡμε-
ρέων ἀριθμὸν, ὕστερον ἐς τὸ ἱρὸν ἐσέρχονται.
κατὰ δὲ ταυτέων, ἰὼ ἐσέλθωσι, οὐκ ὅσια
ποιέουσι. νόμιοι δὲ ἐς ταῦτα χρέωνται τοι- D
τέοισι· ἰὼ μέν τις αὐτέων νέκυν ἴδηται, ἐκεί-
νῳ τῷ ἡμέρῃ ἐς τὸ ἱρὸν οὐκ ἀπικνέεται.
τῇ ἑτέρῃ δὲ, καθήραις ἑωυτὸν, ἐσέρχεται. αὐ-
τῶν δὲ τῶν οἰκηίων τὸν νέκυς ἕκαστοι φυλά-
ξαντες ἀριθμὸν ἡμερέων τελέουσι, καὶ τὰς
κεφαλὰς ξυρέμενοι, ἐσέρχονται. πρὶν δὲ
τὰ δὲ ποιῆσαι, οὐ σφίσι ἐστὶν ὅσιον. θύου-
σι δὲ βόας ἄρσενάς τε, καὶ θήλεας, καὶ αἶ-
γας, καὶ ὄϊς. σῦς δὲ μούνους σφαγέας νο-
μίζοντες, οὔτε θύουσι, οὔτε σιτέονται. ἄλλοι
δ' ἤ σφέας σφαγέας, ἀλλὰ ἱρεῖς νομίζουσι.

tum ex circumiacentibus oris omnibus, A
afferúntque & ſua quique deorum ſimulacra, & ſigna quæ ad imitationem illorum ſinguli facta habent. Diebus autem hiſce ſolennibus multitudo quidem ad templum congregatur, Galli autem frequentes, & ij quos dixi, homines ſacrati peragunt ſacrificia; vulnerantúrque cubitis, & in terga à ſe mutuo verberantur. Multi autem adſtantes ipſis tibiis accinunt, & tympana pulſant, alij autem diuinitus inſpirata ſacráq; carmina cantant. Atque hoc opus extra ædem peragitur, neque ingrediuntur in ædem quicunque iſta faciunt. Hiſce diebus & Gal- B
li fiunt. Poſtquam enim cæteri tibiis canunt, & ſacrificia peragunt, ad multos alios interea furor iſte peruenit: & multi qui ad ſpectaculum ſolummodo venerant, poſtea eadem fecêre. Recẽſebo autem & quæ faciunt. Adoleſcens quicunque fortè ad hoc paratus venit, abiectis veſtibus magna voce in medium progreditur, atque enſem diſtringit (hæc autem multis annis, vt mihi videtur, per hoc ſteterunt) Accepto autem eo continuò ſeipſum ſecat, currítque per vrbem, & manibus ea quæ reſecuit, portat. In quancunque autem domum hæc abiicit, ex ea C
& veſtem fœmineam, & ornatum muliebrem accipit. Atque hæc quidem in caſtrationibus faciunt. Quando autem moriuntur Galli, haudquaquam eandem cum cęteris ſepeliendi rationem habent: ſed poſtquam Gallus quiſpiam mortuus eſt, ſocij ſublatum ipſum in ſuburbana efferunt. Ibi depoſito ipſo, & feretro quo elatus fuit, lapides ſupernè iniiciũt: atque hæc poſtquam fecerunt, retro domum abeunt. Obſeruato autem ſeptem dierum numero, exinde in templum ingrediuntur. Nam ſi antea ac citiùs ingrediantur, nephas faciunt. Legibus autem ad hæc vtuntur talibus. Si quis ipſorum cadauer aliquod aſpexerit, illo die ad templum non accedit. Poſtero autem, vbi ſeipſum purgando luſtrauit, D
ingreditur. Eorum autem qui ex familia mortui ſunt, vnuſquiſque non niſi poſt triginta dierum numerum, raſóque capite, ingreditur. Antea verò quàm hoc fecerunt, fas illis introire non eſt. Immolant autem boues maſculóſque & fœminas, præterea capras & oues: ſues autem ſolos pro ſceleratis habentes, neque ſacrificant, neque manducant. Alij autem eos non ſceleratos, ſed ſacros exiſtimant,

Præterea ex auibus columba ipſis videtur res ſanctiſſima eſſe,& ne tangere quidem ipſam fas habent. Quòd ſiquando inuiti etiam attingunt, ſcelerati & execrabiles illo tum die habentur. Ob quam rem & compaſcuę ipſis ſunt,& ad domos ipſorum veniunt, & plerunque in terra paſcuntur. Porrò autem & illa dicam quæ ab iis qui ad conuentus ſolennes veniunt, factitantur. Vir quiſpiam quando primùm in Sacram ciuitatem abit, caput ille quidem & ſupercilia tondere ſolet, poſtea autem mactata oue, cætera quidem in fruſta concîdit, & conuiuatur, vellus autem humi ſternens, ſuper hoc in genua procumbit. pedes autem & caput animantis,ſuo ipſius capiti imponit,& ſimul precando poſtulat, vt præſens ſacrificium acceptum ſit,maiúſque aliud in poſterum pollicetur. His ita peractis, caput ſuum corona induit, itidémque aliorum omnium qui eandem cum ipſo viam proficiſcuntur : atque ita attollens ſe, ex terra ſua proficiſcitur,vtens & frigidis aquis, lauãdi cauſſa pariter & potus, & omnino humi quoque dormiens. Neque enim fas illi eſt conſcendere lectum,donec iter illud peregerit ,domúmque ſuam reuerſus iterum fuerit . In Sacra autem ciuitate recipit ipſum publicus hoſpes ignotũ. Certi enim vniuſcuiuſque ciuitatis hoſpites ibi ſunt,& quod ex patria cuiuſque venit, id denuo apud ſe recipit. Appellantur autem ab Aſſyriis iſti doctores, quoniam ipſis omnia exponunt & enarrant. Sacrificant autem non in ipſo templo : ſed poſtquam adduxit ad altare hoſtiam,libatione inſuper facta, rurſus eandem domũ ducit:deinde verò vbi rediit, ſecum ipſe domi ſacrificat, & precatur. Eſt autem & alius quidam ſacrificandi ritus talis. Poſtquam animalia immolationi deſtinata coronarunt , ex veſtibulis templi ea demittunt: illa verò præcipitata,ex caſu moriuntur. Quidam autem & pueros ſuos ex eodem loco demittunt, non tamen eodem modo quo pecudes, ſed in peram ſiue ſaccum incluſos, manu deducunt ,ſimul autem & acerbè increpantes illos,dicendo quòd non pueri,ſed boues ſint. Certis autem notis compunguntur omnes , alii quidẽ in vola manus, alij autem in ceruice. Et inde eſt quòd cuncti Aſſyrii notas inuſtas habent. Faciunt autem & aliud quiddam, in quo cum ſolis Græcorum Trœzeniis conſentiunt.Dicam autẽ etiam quæ illi faciunt.

ὀρνίθων τὲ αὐτέοισι ἀξιεχρὴ , δοκέει χρῆμα ἱρώτατον , καὶ οὐδὲ ψαύειν αὐτέων δικαιέουσι καὶ ἢν ἀέκοντες ἅψωνται , σκαιέες ἐκείνῳ τῳ ἡμέρῃ εἰσί. ζωόκισι δὴ αὐτέοισι στεύρομοί τέ εἰσι , καὶ ἐς τὰ οἰκήια ἐσέρχονται , καὶ τὰ πολλὰ ἐν γῇ νέμονται. λέξω ἢ καὶ τῶν πομπηιεζτέων , τὰ ἐκεῖνοι ποιέουσι. ἀνὴρ ἤν τ' αὖ ἐς τῳ ἱρῳ πόλιν πρῶτον ἀπικνέεται , κεφαλὴν μὲν ὅδε καὶ ὀφρύας ξύρεται· μετὰ ἢ ἱρεύσας ὅιν, τὰ μὲν ἄλλα κρεουργέῃ τε , καὶ δαιτύεται , ὁ ἢ νάκος χαμαὶ ἑλίξας , ὀπὶ τούτου ἐς γόνυ κύπτει , πόδας ἢ καὶ κεφαλὴν τῶ κτηνέος ὀπὶ τῳ ἑωυτῶ κεφαλῇ ἀναλαμβάνει· ἅμα ἢ εὐχόμενος , αἰτέει , τῳ μὲν πρεσβυτάτῳ θυσίην δέκεσθαι· μέζω ἢ ἑωυτῆς ἐπαγγέλεται. τελέσας ἢ ταῦτα , τῳ κεφαλὴν αὐτὸς τε ξέφεται , καὶ τῶν ἄλλων , ὁκόσοι τῳ αὐτῳ ὁδὸν ἀπικνέονται. αὖρας ἢ , ἀπὸ τῆς ἑωυτῶ ὁδοιπορέει, ὕδασί τε ψυχροῖσι χρεώμενος , λουτρῶντε καὶ πόσιος εἵνεκα , καὶ ἐς πάμπαν χαμευνιέων. οὐ γὰ οἱ ἐξὸν ὑπερβῆναι ὅσιον , πρὶν τῳ τε ὁδὸν ἐκτελέσαι , καὶ ἐς τὸ ἑωυτῶ αὖθις ἀπικέσθαι. ἐν δὲ τῇ ἱρῇ πόλι ἐκδέχεταί μιν αὐτὸς ξεινοδόκος ἀγνοέοντα. ῥητοὶ γὰρ δὴ ὧν ἑκάστης πόλιος , αὐτόθι ξεινοδόκοι εἰσί· ἐ τόδε πάρεξθεν οἵκοι δέκονται. καλέονται δὲ ὑπὸ Ασσυρίων οἵδε , διδάσκαλοι , ὅτι σοφίσι πάντα ὑποτηγέονται. θύουσι δὲ οὐκ ἐν αὐτῷ τῷ ἱρῷ· ἀλλ' ἐπεὰν προσαγάγηται τῷ βωμῷ ὁ ἱρήιον , σπασείσας , αὖθις ἄγει ζωὸν ἐς τὰ οἰκήια· ἐλθὼν δὲ κατ' ἑωυτὸν θύει τε , καὶ εὔχεται. ἔστι δὲ καὶ ἄλλης θυσίης τρόπος ἕτερος δεῦτερος· στέψαντες τὰ ἱρήια ζωὰ , οὐκ τῶν προπυλαίων ἀπάσας , τὰ δὲ κατενείκαντα , πίπτοντα θνήσκουσι· ἔνιοι ἢ καὶ παῖδας ἑωυτῶν , ὡσαύτως ἀπάσας , οὐκ ὁμοίως πᾶς κτηνέσι , ἀλλ' ἐς πήρην ἐμβύσαντες , χρὴ κατάγουσι , ἅμα δὲ αὐτέοισι ὀνειδίζοντες , λέγουσι ὅτι ὐ παῖδες ἀλλὰ βόες εἰσί. στίζονται δὲ πάντες , οἱ μὲν ἐς καρπούς , οἱ δὲ ἐς αὐχένας. ἐ ἀπὸ τῦδε ἅπαντες Ασσύριοι στιγματοφορέουσι. ποιέουσι δὲ ἐ ἄλλο , μιμέονται Ελλήνων Τροιζηνίους μούνους ἐπιλογάδην. λέξω δὲ καὶ τὰ κεῖνοι ποιέουσι.

Τροιζήνιοι τῆσι παρθένοισι, καὶ τοῖσι νεηνίοισι νόμον ἐποιήσαντο, μὴ πρὶν ἄλλως γάμου ἔσεσθαι, πρὶν Ἱππολύτῳ κόμας κείρασθαι· καὶ ὧδε ποιέουσι. τῦτο καὶ ἐν τῇ ἱρῇ πόλῃ γίνεται. οἱ μὲν τελεώτατοι τῶν ἡβείων ἀπέχονται· τοῖσι δὲ νέοισι, πλοκάμους ἱεροὺς ἐκ γενετῆς ἀπιᾶσι· τοὺς ἐπεὰν ἐν τῷ ἱρῷ γένωνται, τάμνουσί τε, καὶ ἐς ἄγγεα καταθέντες, οἱ μὲν ἀργύρεα, πολλοὶ δὲ χρύσια ἐν τῷ νηῷ, παρεγκλώσαντες ἀπιᾶσι, ἐπιγράψαντες ἕκαστοι τὰ οὐνόματα. τῦτο καὶ ἐγὼ ἔτι νέος ὢν, ἐποίησα. καὶ ἔτι μευ ἐν τῷ ἱρῷ καὶ ὁ πλόκαμος, καὶ τὸ οὔνομα.

A Trœzenij virginibus & adoleſcentibus legem ſtatuerunt, ne quis ipſorum connubio ſeſe illigaret priùs quàm Hippolyto comas totondiſſent: faciúntque hoc pacto. Idem igitur & in Sacra ciuitate fit. Ac adoleſcentes quidem barbas ſuas conſecrant: iuuenibus autem capillos ſacros à natiuitate vſque conſecratos demittunt, quos poſtquam in templo ſunt, reſecant, & in vaſa depoſitos, alij quidem argentea, multi verò etiam aurea, in æde affigunt, atque abeunt, inſcripto vniuſcuiuſque nomine. Atque hoc ego quoque cùm iuuenis adhuc eſſem, feci, & in templo meus capillus adhuc meúmque nomen teſtat.

ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ ΕΓΚΩΜΙΟΝ.

DEMOSTHENIS ENCOMIVM.

Philippo Melanchthone interprete.

ARGVMENTVM.

Et hic titulus argumenti ſummam indicat. Eſt enim encomium Demoſthenis oratoris, ſed nouo quodam colore tractatum. Non enim ſimplici via, aut vulgatis laudandi rationibus, quæ à rhetoribus præſcribuntur, vtitur, ſed illis quodammodo poſtpoſitis & reiectis, à confeſſione hoſtis potiſſimam encomij partem abſoluit, hoc videlicet ordine. Principio narrat quo pacto cùm deambulatum iiſſet, in Therſagoram poëtam incideret, encomium Homeri meditantem. Ita igitur cùm de Homero alter, alter autem de Demoſthene laudando inter ſe agerent, Therſagorásque contenderet longè diſſimilius eſſe Homerum laudare, quàm Demoſthenem: non quia id verſibus faciendum eſſet, ſed quia ipſa materia locorum ſterilior foret, idem hoc ipſa re comprobare illum cœpiſſe. Eáque encomij huius occaſio eſt, & quaſi quoddam aperiũ prooemium. Fingitur itaque exinde Therſagoras ſub comparatione quadam Homeri & Demoſthenis, & eorum quæ ad vtriuſque laudem ab arte ſumi poſſint, omnes eos locos percurrere, ex quibus cùm perſona Demoſthenis, tum cætera virtutes & res geſtæ amplificari poterant. Quo loco & illud obiter videre licet, quid in auctorum lectione ſpectandum ſit, & quæ ratio in encomiis texendis potiſſimùm ſequenda, Therſagora iſta omnia quaſi digito, quod dici ſolet, indicante. Atque hæc prior encomij pars eſt, quæ ex locis technicis à Therſagora homine poëta perficitur. Altera autem ex atechnis quæ vocant, ſumitur, ſed quam ſumma prudentia atque arte Lucianus, vtpote orator, ac ſeriò agens, tractaſſe ita videtur. Interpellato enim ſermone Therſagoræ, vt qui in vulgatis, & in ſchola exerceri ſolitis rationibus verſaretur: deinde & carminis illius auſcultatione, vt fingitur, viciſſim peracta, ipſe accepto ab eodẽ Macedonicarum rerum commentario, in quo & acta Antipatri & Demoſthenis quædam continebantur, ex eo reliquam inde orationem pertexit, illi videlicet inſuper commemorando quæ hoſtes quoque de eloquentia Demoſthenis, de magnitudine animi eius, & de rerum geſtarum excellentia, ſcripta atque teſtata reliquiſſent. Quo argumento neque grauius aliud, opinor, neque firmius quicquam afferri potuit. Eſt enim ea demum vera ac ſolida laus, quæ ab hoſte proficiſcitur, quippe qui nihil laudaturus facilè in eo quem odit, fuerit, niſi ad quod ipſa virtutis ac veritatis natura compellitur, quæ eiuſmodi ſanè eſt, vt quod infrà ipſe Antipater ait, Honeſta res etiam apud hoſtes honeſta ducantur: & Virtus laudem ſuam vbiuis locorum inueniat. Sed de hac re alibi dictum eſt.

CVM in porticu deambularem, exeunti ad ſiniſtrâ die decimoſexto paulò ante meridiem, fortè ſe mihi Therſagoras offert: exiſtimo eum pleriſque veſtrûm notum eſſe: puſillus eſt, naſo aquilo, ferè candidus, virili ſpecie. Hunc cùm procul accedentem viderem, dixi: Hic Therſagoras poëta eſt. Et interrogaui quorſum aut vnde iret. Ille inquit domo ſe huc veniſſe. Num, inquam, deambulandi gratia? Tum ille: Omitte hoc interrogare: nocte intempeſta ſurrexi, vt ad Homeri natalem carmen ei dedicarem. Præclarè, inquam, facis, quòd illi ſtudes gratiam inſtitutionis referre. Hoc cùm inſtituiſſem, ait ille, huc veni, neque animaduerti me deambulationem ad meridiem vſque produxiſſe. Tum ego: Et mihi opus eſt deambulatione. Sed ille: Multo antè, inquit, oportuit me illum ſalutare: monſtrabat autem manu Homerum. Scitis enim in templo Ptolemæi ad dexteram collocatum eſſe, prolixa coma inſignem, inquit: ad hunc eundum mihi eſt, vt eum ſalutem, & orem vt mihi magnam verſuum copiam largiatur. Ego contrà, inquam, Si quid votis proficitur, & ego iam olim Demoſtheni obſtrepo, vt mihi ſuppeditet orationem ad natalem eius ornandum. Si igitur ſatis erit vota facere, adiunge me tibi ſocium: nam commune, inquit, lucrum auferre cupimus. Ego, inquit, habeo poëma lucubratum hac nocte & hodie, quod Homero propter beneuolentiam dedicaturus ſum. Nam diuino quodam furore commotus ad poëticam rapior, vt iudicabis ipſe. Gero enim mecum libellum in hoc paratum, vt oſtendam ſodalibus, cùm in aliquem otioſum incidero. O te felicem, inquam, qui videris mihi perinde facere, atque aliquis qui poſtquam curſu vicit in ſtadio, redit abluto puluere, vt oblectet ſe ſpectando, & cum luctatore iocatur expectante vt iam in certamen vocetur. Cui reſpondet ille, At paulo antè cùm à meta procurrendum eſſet, non erat otium ad iocandum. Sic tu velut in curſu poëtico victor, facis me ludos ac delicias, metuentem ſtadij fortunam. Scilicet, ait ille ridẽs, quaſi rem difficilem ſuſceperis.

Α Δείζοντί μοι τὴν πλατῆαν, πλατῆα ὀνομάζων ἐξιόντων ἐπὶ ἀριστερᾶ, τῆς ἕκτης ὅπου δέκα, σμικρὸν πρὸ μεσημβρίας, Θερσαγόρας. ὡς ἔτυχεν. τάχα τινὲς αὐτὸν ὑμῶν ὑπίσασιν· σμικρός τις ὅστις, χρυπὸς, ὑπόλευκος, ἀνδρικὸς πλὴν φύσιν. ἰδὼν οὖν αὐτὸν ἔτι πόρρωθεν ἐόντα, Θερσαγόρας, ἔφην, ὁ ποιητὴς, ποῖ δή, καὶ πόθεν; οἴκοθεν, ἦ δ' ὅς, ἐπὶ ταῦτα. πότερον δὴ ἰὼν ἢ ἐγώ; ἀφικόμην, Α ἀμέλει μὴν, ἔφη, καὶ τούτου δεόμενος· ἀωρί γάρ τι τὴν νυκτὸν ἐξαναστὰς, ἔδοξέ μοι χρῆναι τοῖς Ὁμήρου γενεθλίοις τῆς ποιητικῆς ἀπάρξασθαι. Καλῶς γε σὺ ποιῶν, ἔφην, καὶ τὰ ἔπαθλα τῆς παιδιᾶς ἐκείνῳ πίνων. ἐκβὰν οὖν ἀρξάμενος, ἦ δ' ὅς, ἔλαθον ἐμαυτὸν, εἰς τοῦτο τῆς μεσημβρίας ἐκπεσών. ἐῶ οὖν, ἔφην, δεῖ μὲν μοι καὶ τοῦ περιπάτου. Πολὺ μὲν οὖν πρόσθεν, ἔφη, προσκυνῆσαι τυγχάνει δεόμενος ἥκω, τῇ χειρὶ τὸν Ὅμηρον ἐπιδείξας. ἵζε δήπου τὸν ἐν δεξιᾷ τοῦ τοῦ Πτολεμαίου νεὼ, τὸν καθήμενον τὰς κόμας. προσέρρωταί τε οὖν αὐτὸν ἀφικόμην, ἔφη, Β καὶ προσεύξόμενος ἀφθόνιον μεταδοῦναί τ' ἐπῶν, καὶ γὰρ, ἔφην, ἐν θυγατρὸς τὰ τοιαῦτα εἶπ. πάλαι γάρ τι καὶ αὐτὸς ἐνοχλεῖ μοι δεκὼ τὸν Δημοσθένην, ὑπεκκρουσαί τι πρὸς τὴν αὐτοῦ γενέθλιον. εἰ οὖν ἡμῖν ἐπῆλθε δύο ἅθλα, συμβουλεύομεν ἂν σοι. κοινὸν γὰρ ἡμῖν ὁ Ἕρμαιον. Ἐγὼ μὲν, ἔφη, C τὴν νύκτα τε καὶ τὴν ἡμέραν πεποιημένων, δοκῶ μοι τῆς θυσίας τὸν Ὅμηρον ὑπερεπαθαι· θεῖος γάρ πως ἐμαντικῶς εἰς τὴν ποίησιν ἐξεβακχεύθην κἀγὼ ἐμαυτός. ὑπέτυδες γάρ τοι πυκὶ ὃ γραμματεῖον ὑπενήνεγμαι, εἰ ἄρα τοῦ ἑταλαίου ἄρχοιτο τὴν ἑταίρων, ὑπετύγχανε μοι. δοκεῖς οὖν μοι σὺ καλῶ τῆς θρυλῆς εἶ). μακάριος γὰρ εἶ, ἦ δ' ἐγὼ, καὶ πάνυ θαυμαστὸς ὃ τὴν τὸν δόλιχον νενικηκότος, ὃς ἤδη λελοιπότος τὴν κόνιν, καὶ ὃ λοιπὸν τῆς θέας ψυχαγωγούμενος μυθολογεῖν πρὸς τὸν παλαιστὴν διενοήθη, ὑπόδυσιν κλιθήσεσθαι τῆς πάλης ὕστερος. ἦ δ', Ἀλλ' ὑπὲρ τὸ βαλεῖδος οὐκ ἂν ἐμυθολόγεις, ἔφη· καὶ σὺ δή μοι δοκεῖς νενικηκὼς τὸν δόλιχον τῷ ἐπῶν, σὺ τυφᾶν αὐθὶ μάλα δὴ καταῤῥωδῶν τι τὴν τοῦ σταδίου τύχην. ὁ δ' ὃς γελάσας, Ὡς δή σοι τὸ τῶν ἀπόρων εἶπεν ἐργασόμενος.

Ἴσως γάρ, ἔφην, ὁ Δημοσθένης ἐλάττονος ἢ καθ' Ὅμηρον εἶναί σοι λόγου καταφαίνεται· καὶ σὺ μοὶ μέγα φέρειν, Ὅμηρον ἐπαινέσας· ἐμοὶ δὲ ὁ Δημοσθένης σμικρός, καὶ ὃ μηδέν; Συκοφαντεῖς, ἔφη. δέδοικα μὴ οὐκ ἂν θεοῖς ἥρως, εἰ καὶ πλείων εἰμὶ τοῦ γενέσθαι τοῖς Ὅμήρου τιτάνοις. Εὖγε, εἶπον, ἐμὲ δ' οὐκ ἂν νομίζοις τοῖς τῶν Δημοσθένους; ἀλλ' ἐπεί γε μὴ ταύτῃ τὸν λόγον ἀτιμάζεις καθ' ὅτιοῦν, δῆλον ὡς τοῦ ποιητικοῦ ἔργου ἡγῇ μόνον, τοῖς δὲ ῥητορικοῖς λόγοις καταφρονεῖς ἀτεχνῶς, οἷς ἵπποις παρὰ πεζοὺς ἐλαυνῶν. Μὴ μανείην, ἔφη, ταῦτά γε, κἂν εἰ πολλῆς δεῖ τῆς μανίας ὅτι ταῖς ποιητικαῖς ἰοῦσι θύραις. δεῖ γάρ τοι καὶ τοῖς καταλεγάδην, ἔφην, εἰθέου τινὸς ὑπηνοίας, εἰ μέλλοιεν μὴ ταπεινοὶ φανεῖσθαι, καὶ φαύλης φορτίδος. Οἶδά τοι, ἔφη, ὦ ἑταῖρε, καὶ χαίρω πολλάκις, ἄλλων τε δὴ λεγομένων, καὶ τὰ Δημοσθένους ἐγκρίνοντι τοῖς Ὁμήρου πλείοσι. οἷς λέγω τοῦ σφοδρότητα, καὶ πικρίαν, καὶ τὸν ἐνθουσιασμόν· καὶ ὃ μοὶ οἰνοβαρές, τοῖς τοῦ Φιλίππου μέθαις, καὶ κραδασμοῖς, καὶ τοῦ ἀπλήκτου· ὃ δ', Εἷς οἰωνὸς ἄριστος, τοῖς ὅ, δεῖ γὰρ τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας, ταῖς ἀγαθαῖς ἐνθυμεῖσθαι ἐλπίσι· καὶ ὅ,

Ἦκα μὲν οἰμώξειε γέρων ἱππηλάτα Πηλεύς, τοῖς ὅ,

Πηλέϊον ποτὲ φῶτα γένοιτο δὴ οἱ ἄνδρες ἐκεῖνοι, οἱ ὑπὲρ δόξης καὶ ἐλευθερίας τελευτήσαντες. παραβάλλω γοῦν καὶ τὸν ῥέοντα Πύθωνα, τοῖς τοῦ Ὀδυσσέως νιφάδας τὸν λόγον, καὶ ὅ,

Εἰ μοὶ μέλλοι μοῖρα ἀγήρω τ' ἀθανάτω τε ἔσεσθαι, τοῖς ὅ,

ὥρας μοὶ γὰρ ἅπασιν ἀνθρώποις τὸν βίον θάνατος, κἂν ἐν οἰκίσκῳ τις αὐτὸν καθείρξας τηρῇ. καὶ μυῖαι γεγόνασιν αὖθις αὖθις ὑπὸ τοῦ τῆς ὀξυτοίας ὑπιδρομαί. ἥδομαι δὲ καὶ παθητικοῖς, καὶ ἐμπαθέσι, καὶ ἐμπαθῆ λέξεως καταμανθάνων, καὶ τὰς ἀφαιρούσας τὸν κόρον μεταβολάς, καὶ τὰς ἐκ τῶν παραβολῶν ἐπανόδους, καὶ τὰς τῶν παραβολῶν αὖ τοῦ καιροῦ γλαφυρότητας, καὶ ὃ τοῦ ἔπους μισοβάρβαρον πολλαχοῦ. καί μοι πολλάκις ἔδοξεν (οὐ γὰρ ἂν παλιῳδὸς ἀποκρυφαίμην)

A Fortassis, inquam, Demosthenes videtur tibi indignus qui ad Homerum conferatur, & videri vis in argumento graui ac difficili posuisse operam, cùm Homerum laudasti: me verò existimas leue argumentum de Demosthene sumpsisse. Cauillaris, inquit ille: nam ego nolim heroas illos inter se committere, tametsi magis fauco Homero: Bene, inquam, an non putas me Demostheni magis fauere? sed quoniam non recusas hac de re mecum colloqui, apparet te solam poëticam admirari, & solutam orationem prorsus contemnere, sicut eques peditem præteruectus aspernatur. Tum ille,
B Dij prohibeant ne sic insaniam, tametsi non leui furore opus est iis qui ad poëticas fores accedunt. Verùm & Oratoribus, inquã, opus est afflatu quodam diuino ad efficiendam orationem non humilem aut frigidam. Nec hoc, inquit, ignoro, ac sæpe me comparatio cùm aliorum oratorum, tum Demosthenis cum Homero, delectat, cùm similem video vim, acerbitatem & impetum. Vt Homerus Agamemnonem appellat vinolentum, ita Demosthenes in Philippi ebrietatem, saltationes, petulantiam inuehitur.
C Et quale illud est apud Poëtam, Vnum augurium optimum est, pugnare pro patria: tale illud est apud Demosthenem: Oportet bonos viros bona cum spe suscipere defensionem Reipubl. Et illud,

Collatio Homeri & Demosthenis.

Forsitan ipse senex deploret talia Peleus,

simile est huic sententiæ: Quàm grauiter ingemiscerent illi fortes viri qui propter gloriam & patriæ libertatem in acie perierunt. Confero & magna vi fluentem Pythonis orationem ad hybernas niues, quarum similis oratio Vlyssis esse scribitur: & illud,

Ni foret hæc hominum natura obnoxia morti,

simile est huic loco: Omnes homines natura morti obnoxii sunt, etiamsi quispiam conetur se inclusum in cauea seruare. Denique infinitæ sunt similes vtriusque sententiæ. Delectant autem me & affectus, tum vehementiores, tum leniores, & orationis varietates & metaphoræ tædium leuantes, & tempestiui ex digressionibus reditus, & concinnæ collationes, denique totius vrbanitas orationis. Et mihi sæpe visum est (neque enim dissimulanda est veritas)

Ac de conſcenſoribus Priapi tantum dixiſſe ſatis eſt. Porrò ædes ipſa ad ſolem quidem aſpicit orientem: forma autem & opere talis eſt, quales ſunt quas in Ionia ædes ædificant. Baſis magna protenditur, altitudine duorum paſſuum, ſupra quam ædes poſita eſt. Aſcenſus autem in ipſam lapideus eſt, non ita longus: verùm vbi aſcenderis, admirationem quidem & porticus ante ædem non paruam præbet, ianuiſque exornata aureis eſt. Intus autem ipſa ædes auro multo reſplendet, & tectum totum aureum eſt. Odorem autem effragrat diuinum quendam, qualis fertur & terræ Arabiæ eſſe. Ac tibi à longè aſcendenti auram aſpirat admodum ſuauem, & ſi rurſus inde abeas, haudquaquam ceſſat, ſed & veſtes tuæ in longum vſque eandem retinent, & tu in perpetuum quaſi quandam memoriam eius tecum referes. Cæterùm ipſa ædes intus ſimplex non eſt, ſed & penetrale quoddam alterum intra ſe factum habet, in quod & ipſum aſcenſus modicus eſt. Foribus autem exornatum non eſt, ſed ex aduerſo totum patet. In magnam igitur ædem omnibus ingredi licet, in penetrale autem ſiue cellam illam ſolis ſacerdotibus, neque verò iis omnibus, ſed illis tantùm, qui diuini maximè ſunt, quibúſque omnis cura & ſtudium in templum impenditur. In hoc autem adyto ſimulacra deorum poſita ſunt, Iunonis videlicet, & quem Iouem exiſtentem ipſi alio neſcio quo nomine appellant. Ambo autem aurei ſunt, ambóque ſedentes finguntur. Sed Iunonem quidem leones portant, Iupiter autẽ tauris inſidet. Atque adeò & Iouis quidem ſimulacrum per omnia Ioui aſſimilatum eſt, & capite, & oculis, & ſedendi habitu: neque ipſum alteri, ne ſi velis quidem, aſſimilare potueris. Iuno autem, ſi propius contempleris, haudquaquam vnius ſpeciei formam præ ſe fert. Nam in vniuerſum quidem, quod verè dixeris, Iuno eſt: cæterùm habet quippiam & Mineruæ, & Veneris, & Lunæ, & Rheæ, & Nemeſis, & Parcarum. Ac altera quidem manu ſceptrum tenet, altera autem colum, & in capite radios gerit, & tutrim, & cæſtum habet, quo ſolam Venerem cognomento cæleſtem exornant: foris autem & aliud illi aurum circumpoſitum eſt, & lapilli valde pretioſi, quorum alij quidem candidi, alij autem cærulei, multi verò etiam rufi. Præterea autem & ſardonyches multi, & hyacinthi & ſmaragdi: quæ omnia aſſerũt Ægyptij,

Simulacra Iouis & Iunonis.

φαλλοφατέων μὲν δὴ πέρι τοσαῦτα ἀρκέϊ. ὁ δὲ νηὸς ὁρέϊ μὲν ἐς Ἥλιον αὐτόνται. εἶδος δὲ, καὶ ἐργασίη ὅση, οἰκίοις νηοῖς οἳ Ἰωνίη ποιέουσι. ἔδρη μεγάλη προέχει ἐκ τῆς μέγαθος ὀργυιέων δυοῖν, ὅπῃ τῆς ὁ νηὸς ἀπῖκται. ἄνοδος ἐς αὐτὴν λίθου πεποίηται, καὶ κάρτα μακρή. ἀνελθόντι δὲ θῶυμα μὲν καὶ ὁ προπύλαιος μέγα προέχεται, θύρησί τε ἄσκηται χρυσέοισι. ἔνδοθι δὲ ὁ νηὸς χρυσοῦ τε πολλοῦ ἀποκάμπτεται, καὶ ἡ ὀροφὴ πᾶσα χρυσέη. ἀπὸζει δὲ αὐτοῦ ὀδμὴ ἀμβροσίη, οἵην λέγεται τῆς χώρης τῆς Ἀραβίης. καί σοι τηλόθεν φυόντι, προσβάλλει πνοιὴν κάρτα ἀγαθήν· καὶ ἢν αὖθις ἀπίῃς, ὀδμὴ μὲν λείπεται, ἀλλά σευ τά τε εἵματα ἐς πολλὸν ἔχει τὴν πνοιήν, καὶ σὺ ἐς πάμπαν αὐτῆς μνήσαι. ἔνδοθεν δὲ ὁ νηὸς, οὐκ ἁπλόος ἐστί, ἀλλὰ ἐν αὐτῷ θάλαμος ἄλλος πεποίηται. θύρη καὶ ἐς τοῦτον ὁλίζη· θύρησι δὲ οὐκ ἄσκηται, ἀλλ' ἐς φύτλον ἅπας ἀναπέπταται. ἐς μὲν οὖν τὸν μέγαν νηὸν, πάντες εἰσέρχονται· ἐς δὲ τὸν θάλαμον, οἱ ἱρέες μοῦνοι. ἤ μὴν καὶ πάντες ἱρέες, ἀλλά τοι μάλιστα ἀγχίθεοί τέ εἰσι, καὶ τοῖσι πᾶσα ἐς ὃ ἱρὸν μέλεται θεραπείη. ἐν δὲ τῷδε, εἶναι τὰ ἕδεα, ἥτε Ἥρη, καὶ τὸν αὖτις Δία ἐόντα, ἑτέρῳ σώματι κεκλίσθαι. ἄμφω δὲ χρυσείη τέ εἰσι, καὶ ἄμφω ἕζονται. ἀλλὰ τὴν μὲν Ἥρην λέοντες φορέουσι· ὁ δὲ Ταύροισι ἐφέζεται. καὶ δῆτα ὃ μὲν τῆ Διὸς ἄγαλμα, ἐς Δία πάντα ὁρᾷ, καὶ κεφαλὴν, καὶ ὄμματα, καὶ ἕδρην· καὶ μιν σχεδὸν ἐθέλων ἄλλως εἰκάσῃς. ἡ δὲ Ἥρη, σχεδόν τι πολυειδέα μορφὴν ἐκφαίνει. καὶ τὰ μὲν ξύμπαντα, ἀτρεκὲς λόγῳ Ἥρη ἐστί. ἔχει δέ τι καὶ Ἀθηναίης, καὶ Ἀφροδίτης, καὶ Σελήνης, καὶ Ῥέης, καὶ Ἀρτέμιδος, καὶ Νεμέσιος, καὶ Μοιρέων. χρεὼ δὲ τῇ μὲν ἑτέρῃ, σκῆπτρον ἔχειν, τῇ ἑτέρῃ δ' ἄτρακτον. καὶ ὅτι τῇ κεφαλῇ ἀκτῖνάς τε φορέει, καὶ πύργον, καὶ κεστὸν, τῷ μιμεῖται τὴν Οὐρανίην κοσμέουσι. ἔκποθεν δ' οἱ χρυσός τε ἄλλος περίκειται, καὶ λίθοι κάρτα πολυτελέες. τῶν οἱ μὲν λευκοὶ, οἱ δ' ὑδατώδιες, πολλοὶ δὲ πυῤῥώδεες. ἔτι δὲ ὄνυχες οἱ σαρδόνιοι πολλοὶ, καὶ ὑάκινθοι, καὶ σμάραγδοι, τὰ φέρουσι Αἰγύπτιοι,

καὶ Ἰνδοὶ, καὶ Αἰθίοπες, καὶ Μῆδοι, καὶ Ἀρμένιοι, καὶ Βαβυλώνιοι. Ὃ δὲ δὴ μέζονος λόγου ἄξιον, τοῦτο ἀπηγήσομαι· λίθον ὅτι τῇ κεφαλῇ φορέει, λυχνὶς καλέεται, οὔνομα δὲ οἱ, τοῦ ἔργου ἡ σύμπτυξις· ἀπὸ τούτου δὲ νυκτὶ σέλας πολὸν ἀπολάμπεται, ὑπὸ δὲ οἱ ἐὼν ὄρνις ἅπας, οὐ φαίνεται. ἐν ἡμέρῃ δὲ, ὁ μὲν φέγγος ἀσθενὲς ἰδίῳ· ἔχει κάρτα πυρώδεα. καὶ ἄλλο θωυμαστόν ἐστι ἐν τῷ ξοάνῳ. ἢν ἐκεῖθεν αἴτιος ἐσορέῃς, ἐς σὲ ὁρᾷ· ἢν μεταβαίνοντι, ὁ βλέμμα ἀκολουθέει, καὶ ἢν ἄλλος ἑτέρωθεν ἐσορέῃ, ἴσα καὶ ἐς ἐκεῖνον ἐκτιλέει. ἐν μέσῳ δὲ ἀμφοτέρων, ἕστηκε ξόανον ἄλλο χρύσιον, ὑδαμῇ τοῖσι ἄλλοισι ξοάνοισι εἰκελον. ὃ δὲ μορφὴν ἰδίην οὐκ ἔχει, φορέει δὲ τὴν ἄλλων θεῶν εἴδεα. καλέεται δὲ σημήιον καὶ ὑπ' αὐτῶν Ἀσσυρίων. οὐδέ τι οὔνομα ἴδιον αὐτῷ ἔθεντο, ἀλλ' οὐδὲ γενέσιος αὐτοῦ πέρι καὶ εἴδεος λέγεσι. καί μιν οἱ μὲν ἐς Διόνυσον, ἄλλοι δὲ ἐς Δευκαλίωνα, οἱ δὲ ἐς Σεμίραμιν ἄγουσι. καὶ γὰρ δὴ ὧν ὅτι τῇ κορυφῇ αὐτοῦ, περιστερὴ χρυσείη ἐφέζηκε. τοιούνεκα δὴ μυθέονται Σεμιράμιος εἶμεν τόδε σημήιον. ἀποδημέει δὲ δὶς ἐκάστου ἔτεος ἐς θάλασσαν, ἐς κομιδὴν τοῦ εἰρημένου ὕδατος. ἐν αὐτῷ δὲ τῷ ἱρῷ ἐοῦσι, ἐν δεξιτερῇ κέαται θρόνοι μὲν Διὸς ἡλίου· αὐτοῦ δὲ εἶδος οὐκ ἔνι, μοῦνα γὰρ Ἡλίου καὶ Σελήνης ξόανα ἐστὶ δεικνύουσι. ὅτευ δὲ εἵνεκα ἐμοὶ δοκέει, ἐγὼ καὶ τόδε ἔμαθον. λέγουσι τοῖσι μὲν ἄλλοισι θεοῖσι, οἷον ἐμμένναι ξόανα ποιέεσθαι. ἐν γὰρ σφέων ἐμφανέα πᾶσι τὰ εἴδεα. Ἥλιος δὲ, καὶ Σελήνη, πάμπαν εὐαργέες, καὶ σφέας πᾶσι τοῖσι ὀρέουσι. καὶ ἵνα αἰτίην ξοανουργίης, τοῖσι ἐν τῷ ἠέρι φαινομένοισι; μετὰ δὲ τὸν θρόνον τοῦτον, κέαται ξόανον Ἀπόλλωνος, οὐκ οἷόν ἐστε ποιέεσθαι εἰ μὲν γὰρ ἄλλοι πάντες, Ἀπόλλωνα νέον τε ἥλικα τιθέασι, καὶ ὑπηνήτην ποιέουσι. μοῦνοι δὲ οὗτοι Ἀπόλλωνος γενήτορα ξόανον δεικνύουσι· καὶ τὰ δὲ ποιέοντες, ἑωυτοὺς μὲν ἐπαινέουσι, Ἕλληνων δὲ κατηγορέουσι, καὶ ἄλλων, ὁκόσοι Ἀπόλλωνα παῖδα ἥλικα ἱλάσκονται. αἰτίην δὲ δοκέω αὐτοῖσι, ἀσοφίην μεγάλην ἐμμένναι, ἀτελέα ποιέεσθαι τοῖσι θεοῖσι τὰ εἴδεα. Ὃ δὲ νέον, ἀτελὲς ἔτι νομίζουσι.

& Indi; & Æthiopes, & Medi, & Armenij, & Babylonij. Quod igitur maximè memorabile eſt, id dicam: Lapidem in capite gerit, qui Lychnis vocatur. Nomen autem illi dedit operis effectus reſpondens. Ab hoc multus fulgor noctu reſplendet, totáque ædes ab eo perinde atque lucernis collucet. Interdiu autem ipſum quidem lumen emarceſcit, ſpeciem autem præ ſe fert admodum igneã. Iam verò & aliud admiratione dignum in ipſo ſigno deæ eſt. Si ex aduerſo ſteteris, ad te aſpicit: quòd ſi inde tranſeas, viſu te ſequitur: & ſi alius quiſpiam aliunde ipſam intuetur, eadẽ erga illum quoque facit. Porrò in medio inter vtrunque aliud quoddam ſimulacrum ſtat aureum, cæteris haudquaquam ſimile: formam quidem propriam non habet, aliorum autem deorum ſpecies gerit. Vocatur autem ſignum etiam ab ipſis Aſſyriis, neque illi nomen aliquod proprium poſuere: ſed neque de generatione ipſius, neque de ſpecie quicquam dicunt. Atque ipſum alij quidem ad Dionyſium, alij ad Deucalionem, alij ad Semiramidem referunt. Quando enim & in vertice eius columba aurea inſidet, ob eam videlicet rem tradunt Semiramidis illud ſignum eſſe. Proficiſcitur autem bis quotannis ad mare, ad afferendam aquam eam de qua dixi. In ipſa autem æde ad ſiniſtram ingredienti, ſtat principiò ſolium Solis, ipſius autem effigies non adeſt. Solius enim Solis & Lunæ ſimulacra non exhibent: cuius autem gratia faciendum ita putent, didici id quoque ego. Nam cæteris quidem diis fas eſſe aiunt ſimulacra fieri, neque enim illorum ſpecies aut formas manifeſtas omnibus apparere: Solem autem & Lunam omnibus eſſe manifeſtas, neque quenquam illos non videre. Quare quamnam cauſſam illorum effigiandorum eſſe, cùm in aëre appareant? Ac poſt ſolium hoc, ſignum Apollinis poſitum eſt, non quale vulgo conſueuit fieri. Nam cæteri quidem omnes Apollinem & iuuenem putant, & cum prima lanugine effingunt: ſoli autem iſti Apollinis barbati ſimulacrum effigiant. Atque hoc facientes, ſibi ipſi laudi ducunt, Græcos autem reprehendunt, & alios quicunque Apollinem puerum fingunt & colunt. Cauſſa verò ipſis videtur inſcitia magna eſſe, cur imperfectæ deorum formæ ac ſpecies fingantur. Nam iuuenem eſſe, ipſi adhuc imperfectum exiſtimant.

Solium Solis & Lunæ.

Cæterùm & aliud quiddã nouum Apollini suo affingunt. Soli enim Apollinem vestibus exornant. De operibus autem ipsius multa quidem dicere possim, sed tamen ea modò dicam, quæ maximè admiratione digna sunt. Principiò itaque oraculi mentionem faciam. Atque oracula quidẽ multa tum apud Græcos, tum apud Ægyptios sunt, multa autẽ & in Africa, & in Asia item multa, sed illa quidem neque absque sacerdotibus neque absque interpretibus responsa dant: hic autem Apollo & ipse per se mouetur, & vaticinia ad plenum vsque per se peragit. Modus autem eorum talis est. Postquã illi placitum est vaticinari, in sede sua primùm mouetur, sacerdotes autem ipsum continuò in sublime attollunt: quòd si non attollant, ille & sudorem emittit, & se in medium etiam emouet. At postquam illi subeuntes portant ipsum, tum & illos secum agit, circum circa vertendo sese, & ab alio in alium subinde trãsilit. Postremò princeps sacerdotum supplicans interrogat illum de omnibus rebus. Ille verò si quid non vult fieri, retro recedit: cõtra autem si quid approbat, agit in anteriorem partem gestantes, perinde ac si currus habenas moderaretur: atque ita illi colligunt oracula, & neque sacram rem vllam neque priuatam absque hoc gerunt. Prædicit autem illis & de anno, & de tempestatibus omnibus, & quando amplius futuri non sint. Prædicit item & de signo illo, quando proficisci illud oporteat profectionem eam de qua dixi. Dicam autem & aliud, quod me præsente fecit: Sacerdotes attollentes ipsum ferebant: ille autem illos quidem in terra infrà reliquit, ipse verò in aëre solus ferebatur. Porrò autem post Apollinem simulacrum Atlantis est, deinde Mercurii, & Lucinæ: atque hæc quidem intra ædem ita exornata sunt: foris autem ara quoque posita est magna ærea, atque ibi etiam alia simulacra innumera ærea regum & sacerdotum. Recensebo autem quæ mihi maximè memoratu digna videntur. Ad sinistram ædis, Semiramidis signum stat, ædem ipsam dextera demonstrantis. Stat autem talem ob caussam: Hominibus quicunque Syriam incolunt, legem illa tulerat, vt se ceu deam colerent, cæterorum autem deorũ, atque ipsius etiam Iunonis nullam rationem haberent. Atque illi tum ita faciebant. Postea autem vbi deorum indignatione

Apollinis vaticinia.

Semiramidis statua.

Α ὲ δὲ καὶ ἄλλο τῶ σφετέρῳ Ἀπόλλωνι χαριουργέοισι. μοιῶοι Ἀπόλλωνα εἵμασι κοσμέοισι. ἔργων δὲ αὐτοῦ πέρι, πολλὰ μὲν ἔγω εἰπεῖν· ἐρέω δὲ ὅ μάλιστα θωυμάζων ἄξιον. τοῦτο δὲ τῦ μαντείου ὑπομνήσομαι. μαντήια πολλὰ μὲν πᾶσι Ἕλλησι, πολλὰ δὲ καὶ παρ' Αἰγυπτίοισι· τὰ δὲ ἐν τῇ Λιβύῃ, καὶ ἐν τῇδε Ἀσίῃ πολλά ἐστι. ἀλλὰ τὰ μὲν, ὅτι ἱρέων αὐτοῦ οὔτε παρόντων φθέγγονται. ἔστι δὲ, αὐτός τε κινέεται, ἐς τὸν μαντήιον ἐς τέλος αὐτουργέει. ὅπως δ' αὐτὸς τοῖος δι' αὐτοῦ ἐγένετο χρησμηγορέων, ἐν τῇ ἕδρῃ πρῶτα κινέεται. οἱ δὲ μιν ἱρέες, αὐτίκα αἰείρουσι· ἢν δὲ μὴ αἴρωσι, ὁ δὲ ἱδρώῃ, καὶ ἐς μέσον ἔτι κινέεται. αὐτὸν δ' ὑποδυόντες φέρουσι, ἄγει σφέας, πρώτη προδινέων, καὶ ἐς ἄλλον ἐξ ἑτέρου μεταπηδέων. τέλος, ὁ ἀρχιερεὺς ἀσπάσας, ἐπερέεται μιν περὶ ἁπάντων χρημάτων, ὁ δ', ἢν τι μὴ θέλῃ ποιέεσθαι, ὀπίσω ἀναχωρέει· ἢν δέ τι ἐπαινέῃ, ἄγει ἐς τὸ πρόσω τοὺς προσφέροντας, ἔκωσπερ ἡνιοχέων. οὕτω μὲν συναγείρουσι τὰ χρήσματα, καὶ οὔτε ἱερὸν χρῆμα οὐδὲν, οὔτε ἴδιον τοῦτου ἄνευ ποιέονται. λέγει δὲ καὶ τὸν ἐνιαυτὸν ποιέει, καὶ τὴν ὥρεων αὐτοῦ πασέων, καὶ ὁκόταν οὐκ ἔσονται. λέγει δὲ καὶ τὸν σημήιου ποιέει, κότε χρὴ μιν ἀποδημέειν, πρὶν εἶπον ἀποδημέω. ἐρέω δὲ καὶ ἄλλο, ὅ ἐμεῦ παρεόντος ἔφηξε. οἱ μὲν μιν ἱρέες, αἰείροντες ἔφερον. ὁ δὲ τοῖς μὲν ἐν γῇ κάτω ἔλιπε, αὐτὸς δὲ ἐν τῷ ἠέρι μοῦνος ἐφορέετο. μετὰ δὲ τὸν Ἀπόλλωνα, ξόανόν ἐστιν Ἀτλαντος, μετὰ δὲ, Ἑρμέω καὶ Εἰλειθυίης. τὰ μὲν δὴ ἐντὸς τοῦ νηοῦ, ὧδε κεκοσμέαται· ἔξω δὲ, βωμός τε κεῖται μέγας, χάλκεος· ἐν δὲ, καὶ ἄλλα ξόανα μυρία χάλκεα, βασιλέων τε καὶ ἱρέων. κατα-λέξω δὲ, τῶν μάλιστα ἄξιον μνήσασθαι. ἐν ἀριστερῇ τοῦ νεῶ, Σεμιράμιος ξόανον ἔστηκε, ἐν δεξιῇ τὸν νηὸν ὑποδεικνυούσης. ἀνέθη δὲ δι' αἰτίην τοιήνδε· ἀνθρώποισι, ὁκόσοι Συρίην οἰκέουσι, νόμον ἐποιέετο, ἑωυτὴν μὲν ὅκως θεὸν ἱλάσκεσθαι, θεῶν δὲ τῶν ἄλλων, καὶ αὐτῆς Ἥρης ἀλογέειν· καὶ ὧδε ἐποίεον. μετὰ δὲ, ὡς οἱ θεῶν

ἀφίκοιτο νῆσοί τε καὶ συμφορὴ, καὶ ἄλγεα, μαλίης μὲν ἐκείνης ἀπεπαύσατο, καὶ θητὴν ἑωυτὴν ὁμολόγεε, καὶ τοῖσι ὑπηκόοισι αὖτις ἐκέλευε ἐς Ἥρην τρέπεσθαι. τοιήκα δὴ ἔτι τοιή δε αἰέσκε, τοῖσι ἀπικνεομένοισι τὴν Ἥρην ἱλάσκεσθαι δηκνύουσα, καὶ θεὸν οὐκ ἔτι ἑωυτήν, ἀλλ' ἐκείνην ὁμολογέουσα. εἶδον δὲ καὶ Ἑλένης αὐτόθι ἄγαλμα, καὶ Ἑκάβης, καὶ Ἀνδρομάχης, καὶ Πάριδος, καὶ Ἕκτορος, καὶ Ἀχιλλέος. εἶδον δὲ καὶ Νιρέως εἶδος τῆς Ἀγλαΐης, καὶ Φιλομήλεω, καὶ Πρόκνεω, ἔτι γυναῖκας, καὶ αὐτὸν Τηρέα ὄρνιθα, καὶ ἄλλο ἄγαλμα Σεμιράμιος, καὶ Κομβάβου, ὃ κατέλεξα, καὶ Στρατονίκης, κάρτα καλόν, καὶ Ἀλεξάνδρου, αὐτῷ ἐκείνῳ εἰκελον. παρὰ δὲ οἱ, Σαρδαναπάλης ἕστηκε, ἄλλῃ μορφῇ, καὶ ἄλλῃ στολῇ. ἐν δὲ τῇ αὐλῇ, ἄφετοι νέμονται βόες μεγάλοι, καὶ ἵπποι, καὶ ἄρκτοι, καὶ λέοντες, καὶ ἀνθρώπους οὐδαμᾷ σίνονται, ἀλλὰ πρήτατοι ἱερά τε εἰσι, καὶ χειροήθεες. ἱρέες δὲ αὐτοῖσι πολλοὶ ἀποδεδέχαται· τῶν οἱ μὲν τὰ ἱρήια σφάξοισι, οἱ δὲ σπονδὴν φορέουσι, ἄλλοι δὲ πυρφόροι καλέονται, καὶ ἄλλοι παραβώμιοι. ἐπ' ἐμεῦ δὲ, πλείονες καὶ τριηκοσίων ἐς τὴν θυσίην ἀπικνέοντο. ἐσθὴς δὲ αὐτέοισι πᾶσα λευκή· καὶ πίλον ὑπὲρ τῆ κεφαλῆ ἔχουσι. ἀρχιερεὺς δὲ ἄλλος ἑκάστου ἔτεος ὑπογίνεται. πορφυρέῃ δὲ μούνῃ τούτῳ φορέει, καὶ παρὴ χρυσείη ἀναδέεται. ἔστι δὲ καὶ ἄλλο πλῆθος ἀνθρώπων ἱρῶν, αὐλητέων τε, καὶ συρικτέων, καὶ Γάλλων, καὶ γυναῖκες ὑπομανέες τε, καὶ φρενοβλαβέες. θυσίη δὲ δὶς ἑκάστης ἡμέρης ὑπιτελέεται, ἐς τὴν πάντες ἀπικνέονται. Διὶ μὲν ὧν κατ' ἡσυχίην θύουσι, ὔτε ἀείδοντες, ὔτε αὐλέοντες. ὅτ' ἂν δὲ τῇ Ἥρῃ καπάρχωνται, ἀείδουσί τε, καὶ αὐλέουσι, καὶ κρόταλα ὑπικρέτεσι. καί μοι τούτου πέρι, οὐδὲν ἐστὶν εἰπεῖν ἐδυνάατο. ἔστι δὲ καὶ λίμνη αὐτόθι, ἣ πολλὸν ἔχει τοῦ ἱροῦ, ἐν τῇ ἰχθύες ἱροὶ τρέφονται πολλοὶ, καὶ πολυφόρες. γίνονται δὲ αὐτέων ἔνιοι κάρτα μεγάλοι· ὔτοι δὲ καὶ οὐνόματα ἔχουσι, καὶ ἔρχονται καλεόμενοι· ἐπ' ἐμεῦ δὲ, πλείους εἴλκυσε χρυσοφορέων· ἐν τῇ πλέρυγι δὲ, ποίημα χρύσεον αὐτέων αἰεχάτο. καί μιν ἐγὼ πολλάκις ἐθηησάμην, καὶ ἔχει ὃ ποίημα.

A & morbi venerunt, & clades, aliaque mala, ab insania desitit, seseque mortalem agnouit, ac subditis iterum præcepit vt ad Iunonem conuerterentur. Ob eam igitur caussam adhuc tali specie stat, indicans aduenientibus Iunonem colendam esse, seque ipsam non ampliùs deam esse, sed illam confitens. Vidi autem & Helenæ simulacrum ibi, & Hecubæ, & Andromaches, & Paridis, & Hectoris, & Achillis. Vidi itidem & Nirei formam, filij Aglaiæ, & Philomelam, & Proguen, adhuc dum mulieres, & ipsum Tereum in auem iam conuersum. Præterea & aliud Semiramidis simulacrum,
B & Combabi, id de quo iam antea dixi, & Stratonices, admodum pulchrum, & Alexandri, ipsi illi simile. Iuxta autem & Sardanapalus stabat, alia quadam forma, aliáque etiam veste exornatus. Intra septa autem templi, liberi ac diis consecrati pascebantur boues magni, & equi, & aquilæ, & vrsi, & leones: atque illi homines haudquaquam lædunt, sed omnes & sacri sunt, & mansueti. Sacerdotes autem ipsis multi eliguntur, quorum alij
C quidem hostias mactant, alij autem libamenta ferunt, rursus alij flammiferi vocantur, & alij aræ ministri. Mea autem ætate plures etiam trecentis ad sacrificia ventitare solebant. Vestis autem illis tota candida est, & pileum in capite gestant. Summus autem sacerdos alius ac nouus vnoquoque anno surrogatur, solúsque hic purpuream vestem gerit, & tiara aurea redimitur. Est autem & alia multitudo hominum sacrorum, tibicinum videlicet, & fistulatorum, & Gallorum, & præterea mulieres furibundæ, ac mente captæ. Sacrificium autem bis quotidie peragitur, ad quos omnes veniunt. Ioui quidem igitur cum silentio
D sacrificant, neque cantantes, neque tibia modulantes. At postquam Iunoni primitias celebrant, & voce modulantur, & tibiis canunt, & tintinabula pulsant. Ac de ea re planum mihi dicere nihil potuerunt. Est autem lacus ibi non ita longè à templo, in quo pisces sacri aluntur, multi ac varij: nascuntur autem ipsorum nonnulli admodum magni, atque ij nomina quoque habent, & cùm vocantur, præstò veniunt. Meis autem temporibus erat quidam inter ipsos aurum ferens: cæterùm in pinna opus istud aureum ipsorum suspendebatur, atque ego illum sæpenumero vidi, & habebat opus illud.

Lacus extra templum sacer.

Altitudo autem lacus magna eſt, quanquam ego experimentum eius non ceperim. Dicunt autem etiam ducentorum ampliùs paſſuum eſſe. Cæterùm in medio ipſius ara lapidea ſtat. Putares autem ſi ex improuiſo videres, & natare illam, & in ſumma aqua vehi: & multi ita exiſtimant. Mihi verò videtur columna ſubeſſe magna, arámque ſuſtinere. Semper autem ſertis coronata eſt, & odoribus crematur. Ac multi quotidie precandi cauſſa ad ipſam enatantes, coronas portant. Fiunt autem ibidem & conuentus ſolennes maximi, vocantúrque deſcénſus in lacum, quoniam in iis ad lacum deorum ſimulacra omnia deſcendunt: inter quæ Iuno prima aduenit piſcium gratia, ne Iupiter illos primus aſpiciat. Nam ſi hoc fiat, ferunt omnes illos emori. Atque ideo ille quidem vadit inſpecturus, Iuno autem anteriore loco ſtans, & prohibet ipſum, & precibus obteſtando dimittit. Maximi verò conuentus ipſis illi ſunt, quòd ſolenni inſtituto ad mare conueniunt: ſed ego de illis certum ac planum aliquid dicere non poſſum: neque enim ipſe eò veni, neque vnquam profectionis iſtius periculum feci. Quæ verò redeuntes faciunt, vidi, eáque commemorabo. Vas vnuſquiſque aqua repletum portat, idque cera obſignatur. Nemo autem ſuum ipſe reſoluens effundit, ſed Gallus quidam ſacer eſt, habitat autem ad lacum, qui poſtquam vaſa illorum accepit, & ſigillum inſpexit, mercede quoque accepta & vinculum reſoluit, & ceram repoſcit. Et multæ adeò minæ ex hoc ſacro Gallo accumulantur. Atque hinc in ædem ipſi ferentes, poſtquam libarunt ac ſacrificarunt, retro domum reuertuntur. Feſtorum autem omnium quæ noui, maximum incipiente vere peragunt, atque illud Pyram alij, alij autem Facem appellant. Sacrificium autem in eo tale perficiunt: Arbores magnas cædentes, intra ſeptum templi collocant: poſtea autem adducentes capras & oues, aliáque animantia bruta ex arboribus illis ſuſpendunt, inter hæc autem & volucres, & veſtes, & aurea argenteáque opera collocant: ac poſtquam omnia perfectè ac rite compoſuerunt, deorum ſimulacra circum arbores portant, atque exinde pyram accendunt, illa autem continuò omnia cremantur. Ad hoc feſtum multi homines aduenium, cùm ex Syria,

Panegyrici conuentus.

βάθος ὁ τῆς λίμνης πολλὸν ἐγὼ μὲν οὐκ ἐπειρήθην. λέγεται δ' ὧν καὶ διηκοσίων ὀργυιέων πλέον ἔμεν. ἐν μέσῳ δὲ αὐτῆς βωμὸς λίθου αἴεται. δοκέοις δ' ἂν ἄφνω ἰδών, πλώειν τέ μιν, καὶ τῷ ὕδατι ἐποχέεσθαι, καὶ πολλοὶ ὧδε νομίζουσι· ἐμοὶ δὲ δοκεῖ φύλος ἐφεστεὼς μέγας, αἴεχειν τὸν βωμόν. ἔστεπται δὲ ἀεὶ, καὶ θυώματα ἔχει. πολλοὶ δὲ ἑκάστης ἡμέρης κατ' εὐχὴν ἐς αὐτὸν νηχόμενοι, στεφανηφορέουσι. γίγνονται δ' αὐτόθι καὶ πανηγύρεές τε μέγιστα· καλέονται δὲ ἐς τὴν λίμνην καταβάσιες, ὅτι σφι αὐτῇσι ἐς τὴν λίμνην τὰ ἱρὰ πάντα κατέρχεται· ὃν πίσυνοι ἡ Ηρη πρώτη ἀπικνέεται τῶν ἰχθύων εἵνεκα, μὴ σφέας ὁ Ζεὺς πρῶτος ἴδηται. λέγουσι γὰρ τόδε θρύλλεται, λέγουσι ὅτι πάντες ἀπόλλυνται. ἔστι δὲ ὁ μὲν ἔρχεται ὀψόμενος, ἡ δὲ πρόσω ἱσταμένη, ἀπείργει τέ μιν, καὶ πολλὰ λιπαρέουσα, ἀποπέμπει. μέγιστα δὲ αὐτοῖσι πανηγύρεις, τὰς ἐς θάλασσαν νομίζονται. ἀλλ' ἐγὼ ταύτῃσι περὶ, οὔτε σαφὲς οὐδὲν ἔχω εἰπεῖν· οὐ γὰρ ἦλθον αὐτὸς, οὐδὲ ἐπειρήθην ταύτης τῆς ὁδοιπορίης. τὰ δὲ ἐλθόντες ποιέουσι, εἶδον, καὶ ἀπηγήσομαι. ἀγγεῖον ἕκαστος ὕδατι σεσαγμένον φέρουσι· κηρῷ δὲ πᾶσι σεσήμανται· καί μιν οὐκ αὐτοὶ λυσάμενοι χέονται, ἀλλ' ἔστι ἀλεκτρυὼν ἱερὸς, οἰκέει δὲ ἐπὶ τῇ λίμνῃ, ὃς ἐπὶ σφέων δέξῃ) τὰ ἀγγήια, πλώ τε σφρηγῖδα ὁρῇ, καὶ μισθὸν ἀρνύμενος, αἰρά τε λύει τὸν δεσμὸν, καὶ τὸν κηρὸν ἀπαιτέει), ἢ πολλαὶ μηχαναὶ οὐκ ταύτῃ γε ἔργου τῷ ἀλεκτρυόνι ἀγίεσται. ἔνθεν ἢ ἐς τὸν νηὸν αὖτοὶ σπείσαντες, ἀπαρξάμενοί τε, καὶ θύσαντες, ὀπίσω ἀποιοχέονται. ἑορτέων δὲ πασέων, τὴν οἶδα, μεγίστην τὴν εἴαθεν ἀγχοῦ μὲν ἐπιτελέουσι. καί μιν οἱ μὲν πυρὴν, οἱ δὲ λαμπάδα καλέουσι. θυσίην δὲ ἐν αὐτῇ τοιήνδε ποιέονται. δένδρεα μεγάλα ἐκκόψαντες, ἐν τῇ αὐλῇ ἑστᾶσι, μετὰ δὲ ἀγινέουσι αἶγάς τε, καὶ ὄϊας, ἢ ἄλλα κτήνεα ζωὰ, ἐκ τῶν δενδρέων ἀπείρτεσι· ἐν δὲ ἢ ὄρνιθες, ἢ εἵματα, ἢ χρύσια, καὶ ἀργύρεα ποιήματα. ἐπεὰν δὲ σι τελέα πάντα ποιήσωνται, περιενείκαντες τὰ ἱρὰ περὶ τὰ δένδρεα, πυρὴν σιᾶσι, τὰ δὲ αὐτίκα πάντα κάεται. ἐς ταύτην τὴν ἑορτὴν πολλοὶ ἄνθρωποι ἀπικνέονται ἔκ τε Συρίης

καὶ τὴν πόμπὴν χωρέων πασέων. Φέρουσί τε τὰ A
ἑωυτῶν ἱρὰ ἕκαστοι, καὶ τὰ σημήια ἕκαστοι ἔχουσι
ἐς τὰ δὲ μεμιμημένα. ἐν ἡμέρῃσι δὲ ταύτῃσι
ὁ μὲν πλῆθος ἐς ὃ ἱρὸν ἀγείρεται. Γάλ-
λοι δὲ πολλοί, καὶ οἷς ἔλεξα, οἱ ἱρὸν ἀνθρω-
ποι τελέουσι τὰ ὄργια, τάμνονταί τε τοὺς πή-
χεας, καὶ τοῖσι νώτοισι παρὸς ἀλλήλους τύπτον-
ται. πολλοὶ δὲ σφισι παρεστεῶτες, ἐπαυλέου-
σι, πολλοὶ δὲ τύμπανα παταγέουσι, ἄλλοι δὲ
ἀείδουσι ἔνθεα καὶ ἱρὰ ἄσματα. Ὃ δὲ ἔρδουσι
ἐκτὸς τοῦ νηοῦ πάντα γίνεται. ἐσόδὲ ἐσέρχονται
ἐς τὸν νηὸν, ὁκόσοι πάντα ποιέουσι. ἐν ταύτῃσι
ταῖσι ἡμέρῃσι, καὶ Γάλλοι γίνονται. ἐπεὰν γὰρ B
οἱ ἄλλοι αὐλέωσί τε, καὶ ὄρχια ποιέωνται, ἐς
πολλοὺς ἤδη ἡ μανίη ἀπικνέεται, καὶ πολλοὶ οἱ
ἐς ἥλιον ἀπικόμενοι. μετὰ δὲ ταῦτα ἔρρηξαν,
καταλέξω δὲ καὶ τὰ ποιέουσι. ὁ νεωτερίης, ἔτυ-
χε πάντα ἀπικόμενος, ῥίψας τὰ εἵματα, μεγάλῃ
βοῇ ἐς μέσον ἔρχεται, καὶ ξίφος ἀναιρέεται.
τὰ δὲ πολλὰ ἕτοιμα ἐμοὶ δοκέει, ἀφ' τοῦ ἔστη-
κε, λαβὼν δὲ αὐτίκα, τάμνει ἑωυτὸν, φέρει τε
ἀφ' τῆς πόλιος, καὶ τῇσι χερσὶ φέρει τὰ ἔτα-
με. ἐς οἰκήιον δὲ οἰκήιον πάντα δὲ ἀποῤῥίψει, ἐκ
τούτου ἐσθῆτά τε θηλέην, καὶ κόσμον τὸν C
γυναικήιον λαμβάνει. τὰ δὲ μετὰ ταῦτα τοι-
αῦτα ποιέοντι. ἀποθανόντος δὲ Γάλλου, οὐκ
ὁμοίως τοῖσι ἄλλοισι θάπτονται, ἀλλ' ἐὰν ἀποθάνῃ Γάλλος, οἱ ἑταῖροι μιν ἀείρον-
τες, ἐς τὰ μεγάστα φέρουσι. θάψαντες δὲ
αὐτὸν, καὶ τὸ φέρετρον, τὸν ἐκόμισαν, ὑπορ-
ύξαντες λίθοις βάλλουσι, καὶ πάντα ταρήξαντες, ὀπί-
σω ἀπονοστέουσι· φυλάξαντες δὲ ἑπτὰ ἡμε-
ρέων ἀριθμὸν, ὕστερον ἐς τὸ ἱρὸν ἐσέρχονται.
τοσοῦτο δὲ τοὺτέων, ἐὰν ἐσέλθωσι, οὐκ ὅσια
ποιέουσι. νόμιοι δὲ ἐς ταῦτα χρέωνται τοι- D
τέοισι· ἐάν μέν τις αὐτέων νέκυν ἴδηται, ἐκεί-
νην τὴν ἡμέρην ἐς τὸ ἱρὸν οὐκ ἀπικνέεται.
τῇ ἑτέρῃ δὲ, καθήραις ἑωυτὸν, ἐσέρχεται. αὐ-
τῶν δὲ τῶν οἰκηίων τὸν νέκυος ἕκαστοι φυλά-
ξαντες ἀριθμὸν ἡμερέων τριήκοντα, καὶ τὰς
κεφαλὰς ξυρήμενοι, ἐσέρχονται. θύειν δὲ
οὐ πάντα δοκέουσι, οὐ σφισι ἐπέναι ὅσιον. θύου-
σι δὲ βόας ἄρσενάς τε, καὶ θήλεας, καὶ αἶ-
γας, καὶ ὄϊς. σῦς δὲ μούνους σφαγίας νο-
μίζοντες, ὅτι θύουσι, ὅτι σιτέονται. ἄλλοι
δ' οὐ σφέας σφαγίας, ἀλλὰ ἱερεὺς νομίζουσι.

tum ex circumiacentibus oris omnibus, afferúntque & ſua quique deorum ſimulacra, & ſigna quæ ad imitationem illorum ſinguli facta habent. Diebus autem hiſce ſolennibus multitudo quidem ad templum congregatur, Galli autem frequentes, & ij quos dixi, homines ſacrati peragunt ſacrificia; vulnerantúrque cubitis, & in terga à ſe mutuo verberantur. Multi autem adſtantes ipſis tibiis accinunt, & tympana pulſant, alij autem diuinitus inſpirata ſacráq; carmina cantant. Atque hoc opus extra ædem peragitur, neque ingrediuntur in ædem quicunque iſta faciunt. Hiſce diebus & Galli fiunt. Poſtquam enim cæteri tibiis canunt, & ſacrificia peragunt, ad multos alios interea furor iſte peruenit: & multi qui ad ſpectaculum ſolummodo venerant, poſtea eadem fecêre. Recẽſebo autem & quæ faciunt. Adoleſcens quicunque fortè ad hoc paratus venit, abiectis veſtibus magna voce in medium progreditur, atque enſem diſtringit (hæc autem multis annis, vt mihi videtur, per hoc ſteterunt) Accepto autem eo continuò ſeipſum ſecat, currítque per vrbem; & manibus ea quæ reſecuit, portat. In quamcunque autem domum hæc abiicit, ex ea & veſtem fœmineam, & ornatum muliebrem accipit. Atque hæc quidem in caſtrationibus faciunt. Quando autem moriuntur Galli, haudquaquam eandem cum cęteris ſepeliendi rationem habent: ſed poſtquam Gallus quiſpiam mortuus eſt, ſocij ſublatum ipſum in ſuburbana efferunt. Ibi depoſito ipſo, & feretro quo elatus fuit, lapides ſupernè iniiciũt: atque hæc poſtquam fecerunt, retro domum abeunt. Obſeruato autem ſeptem dierum numero, exinde in templum ingrediuntur. Nam ſi antea ac citiùs ingrediantur, nephas faciunt. Legibus autem ad hæc vtuntur talibus. Si quis ipſorum cadauer aliquod aſpexerit, illo die ad templum non accedit. Poſteró autem, vbi ſeipſum purgando luſtrauit, ingreditur. Eorum autem qui ex familia mortui ſunt, vnuſquiſque non niſi poſt triginta dierum numerum, raſóque capite, ingreditur. Antea verò quàm hoc fecerunt, fas illis introire non eſt. Immolant autem boues maſculóſque & fœminas, præterea capras & oues: ſues autem ſolos pro ſceleratis habentes, neque ſacrificant, neque manducant. Alij autem eos non ſceleratos, ſed ſacros exiſtimans,

Præterea ex auibus columba ipſis videtur res ſanctiſſima eſſe, & ne tangere quidem ipſam fas habent. Quòd ſiquando inuiti etiam attingunt, ſcelerati & execrabiles illo tum die habentur. Ob quam rem & compaſcuę ipſis ſunt, & ad domos ipſorum veniunt, & plerunque in terra paſcuntur. Porrò autem & illa dicam quæ ab iis qui ad conuentus ſolennes veniunt, factitantur. Vir quiſpiam quando primùm in Sacram ciuitatem abit, caput ille quidem & ſupercilia tondere ſolet, poſtea autem mactata oue, cætera quidem in fruſta concîdit, & conuiuatur, vellus autem humi ſternens, ſuper hoc in genua procumbit. pedes autem & caput animantis, ſuo ipſius capiti imponit, & ſimul precando poſtulat, vt præſens ſacrificium acceptum ſit, maiúſque aliud in poſterum pollicetur. His ita peractis, caput ſuum corona induit, itidémque aliorum omnium qui eandem cum ipſo viam proficiſcuntur: atque ita attollens ſe, ex terra ſua proficiſcitur, vtens & frigidis aquis, lauãdi cauſſa pariter & potus, & omnino humi quoque dormiens. Neque enim fas illi eſt conſcendere lectum, donec iter illud peregerit, domúmque ſuam reuerſus iterum fuerit. In Sacra autem ciuitate recipit ipſum publicus hoſpes ignotũ. Certi enim vniuſcuiuſque ciuitatis hoſpites ibi ſunt, & quod ex patria cuiuſque venit, id denuo apud ſe recipit. Appellantur autem ab Aſſyriis iſti doctores, quoniam ipſis omnia exponunt & enárrant. Sacrificant autem non in ipſo templo: ſed poſtquam adduxit ad altare hoſtiam, libatione inſuper facta, rurſus eandem domũ ducit: deinde verò vbi rediit, ſecum ipſe domi ſacrificat, & precatur. Eſt autem & alius quidam ſacrificandi ritus talis. Poſtquam animalia immolationi deſtinata coronarunt, ex veſtibulis templi ea demittunt: illa verò præcipitata, ex caſu moriuntur. Quidam autem & pueros ſuos ex eodem loco demittunt, non tamen eodem modo quo pecudes, ſed in peram ſiue ſaccum incluſos, manu deducunt, ſimul autem & acerbè increpantes illos, dicendo quòd non pueri, ſed boues ſint. Certis autem notis compunguntur omnes, alii quidẽ in vola manus, alij autem in ceruice. Et inde eſt quòd cuncti Aſſyrii notas inuſtas habent. Faciunt autem & aliud quiddam, in quo cum ſolis Græcorum Trœzeniis conſentiunt. Dicam autẽ etiam quæ illi faciunt.

ὀρνίθων τὲ αὐτέοισι παρίστηκε, δοκέει χρῆμα ἱρώτατον, καὶ σφέα φαίδιμα αὐτέων δικαιεῦσι· καὶ ἢν ἀέκοντες ἅψωνται, σκαιέες ἐκείνῳ τῳ ἡμέρῃ εἰσί. ἕωθεν δὴ αὐτέοισι σιτώνομοί τε εἰσι, καὶ ἐς τὰ οἰκήια ἐσέρχονται, καὶ τὰ πολλὰ ἐν γῇ νέμονται. λέξω δὲ καὶ τῶν πομπευμάτων, τὰ ἐκεῖνοι ποιέουσι. ἀνὴρ ὅτ' ἂν ἐς τὴν ἱρὴν πόλιν πρῶτον ἀπικνέεται, κεφαλὴν μὲν ὅδε καὶ ὀφρύας ξύρεται· μετὰ δὲ ἱρεύσας οἶν, τὰ μὲν ἄλλα κρεουργέει τε, καὶ δαιτύεται, ὁ δὲ νάκος χαμαὶ θέμενος, ὀπὶ τούτου ἐς γόνυ ἕζεται, πόδας δὲ καὶ κεφαλὴν τοῦ κτηνέος ὀπὶ τὴν ἑωυτοῦ κεφαλὴν ἀναλαμβάνει· ἅμα δὲ δίκόμενος, αἰτέει, τὴν μὲν πρόσθεν θυσίην δέκεσθαι· μέζω δὲ ἑωυτοῦ ἐπιγρέεται. τελέσας δὲ ταῦτα, τὴν κεφαλὴν αὐτός τε σίφεται, καὶ τῶν ἄλλων, ὁκόσοι τὴν αὐτὴν ὁδὸν ἀπικνέονται. ἀρὰς δὲ, ἀπὸ τῆς ἑωυτοῦ ὁδοιπορέει, ὕδασί τε ψυχροῖσι χρεώμενος, λουτροῦται καὶ πόσιος εἵνεκα, καὶ ἐς πάμπαν χαμοκοιτέων. οὐ γὰρ οἱ θέμις ὑπερβῆναι ὅσιον, πρὶν τὴν τε ὁδὸν ἐκτελέσαι, καὶ ἐς τὴν ἑωυτοῦ αὖθις ἀπικέσθαι. ἐπὶ δὲ τῇ ἱρῇ πόλει ἐκδέχεται μὲν αὐτὸν ξεινοδόκος ἀγνοέοντα. ῥητοὶ γὰρ δὴ ὧν ἑκάστης πόλιος, αὐτόθι ξεινοδόκοι εἰσί· ἐς τοῦδε παθεῖν οἶκοι δέχονται. καλέονται δὲ ὑπὸ Ασσυρίων οἵδε, διδάσκαλοι, ὅτι σφίσι πάντα ὑποτίθενται. θύουσι δὲ οὐκ ἐπὶ αὐτοῦ τοῦ ἱροῦ· ἀλλ' ἐπεὰν προθύσῃ τοῦ βωμοῦ ὅ ἱρήιον, ὑπαντίσας, αὖθις ἄγει ζωὸν ἐς τὰ οἰκήια· ἐλθὼν δὲ κατ' ἑωυτὸν θύει τε, καὶ εὔχεται. ἔστι δὲ καὶ ἄλλης θυσίης τρόπος τοῖσδε· σφάντες τὰ ἱρήια ζωά, ἐκ τῶν προπυλαίων ἀπιᾶσι, τὰ δὲ κατειρξάντα, πίπτοντα θνήσκουσι· ἔνιοι δὲ καὶ παῖδας ἑωυτῶν, ὡσαύτως ἀπιᾶσι, οὐκ ὁμοίως πῖς κτηνέσι, ἀλλ' ἐς πήρην ἐσβάλλοντες, χαλεπὰ καπάζουσι, ἅμα δὲ αὐτέοισι ὀπισκωπτόμενοι, λέγουσι ὅτι οὐ παῖδες ἀλλὰ βόες εἰσί. σίζονται δὲ πάντες, οἱ μὲν ἐς καρπούς, οἱ δὲ ἐς αὐχένας. ἐκ τοῦδε ἅπαντες Ασσύριοι σιγματοφορέουσι. ποιέουσι δὲ ὡς ἄλλο, μούνοισι Ελλήνων Τροιζηνίοισι ὁμολογέοντες. λέξω δὲ καὶ τὰ κείνοι ποιέουσι.

Τροιζήνιοι τῆσι παρθένοισι, καὶ τοῖσι νεηνίοισι νόμον ἐποιήσαντο, μὴ μιν ἄλλως γάμων ἔχειν, πρὶν Ἱππολύτῳ κόμας κείρασθαι· καὶ ὧδε ποιέουσι. τοῦτο καὶ ἐν τῇ ἱρῇ πόλῃ γίγνεται. οἱ μὲν νεηνίαι τὴν ἡβηίων ἀπέχοντα· τοῖσι δὲ νέοισι, πλοκάμους ἱεροὺς ἐκ γενετῆς ἀπάσας τοὺς ἐπὶ ἐκ τοῦ ἱροῦ ἡβῶντας, τάμνουσί τε, καὶ ἐς ἄγγεα καταθέντες, οἱ μὲν ἀργύρεα, πολλοὶ δὲ χρύσεα ἐν τῷ νηῷ, προσηλώσαντες ἀπίασι, ἐπιγράψαντες ἑκάστου τὰ οὐνόματα. τοῦτο καὶ ἐγὼ ἔτι νέος ὢν, ἐπιτέλεσα· καὶ ἔτι μευ ἐν τῷ ἱρῷ καὶ ὁ πλόκαμος, καὶ τοὔνομα.

A Trœzenij virginibus & adoleſcentibus legem ſtatuerunt, ne quis ipſorum connubio ſeſe illigaret priùs quàm Hippolyto comas totondiſſent: faciúntque hoc pacto. Idem igitur & in Sacra ciuitate fit. Ac adoleſcentes quidem barbas ſuas conſecrant: iuuenibus autem capillos ſacros à natiuitate vſque conſecratos demittunt, quos poſtquam in templo ſunt, reſecant, & in vaſa depoſitos, alij quidem argentea, multi verò etiam aurea, in æde affigunt, atque abeunt, inſcripto vniuſcuiuſque nomine. Atque hoc ego quoque cùm iuuenis adhuc eſſem, feci, & in templo meus capillus adhuc meúmque nomen reſtat.

ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ ΕΓΚΩΜΙΟΝ.

DEMOSTHENIS ENCOMIVM.

Philippo Melanchthone interprete.

ARGVMENTVM.

Et hic titulus argumenti ſummam indicat. Eſt enim encomium Demoſthenis oratoris, ſed nouo quodam colore tractatum. Non enim ſimplici via, aut vulgatis laudandi rationibus, quæ à rhetoribus præſcribuntur, vtitur, ſed illis quodammodo poſtpoſitis & reiectis, à confeſſione hoſtis potiſſimam encomij partem abſoluit, hoc videlicet ordine. Principiò narrat quo pacto cùm deambulatum iiſſet, in Therſagoram poetam incideriſ, encomium Homeri meditantem. Vt igitur cùm de Homero alter, alter autem de Demoſthene laudando inter ſe agerent, Therſagoráſque contenderet longè difficilius eſſe Homerum laudare, quàm Demoſthenem: non quia id verſibus faciendum eſſet, ſed quia ipſa materia locorum ſterilior foret, idem hoc ipſa re comprobare illum cœpiſſe. Eáque encomij huius occaſio eſt, & quaſi quoddam operis proœmium. Fingitur itaque exinde Therſagoras ſub comparatione quadam Homeri & Demoſthenis, & eorum quæ ad vtriuſque laudem ab arte ſumi poſſint, omnes eos locos percurrere, ex quibus cùm perſona Demoſthenis, tum cætera virtutes & res geſtæ amplificari poterant. Quo loco & illud obiter videre licet, quid in auctorum lectione ſpectandum ſit, & quæ ratio in encomiis texendis potiſſimùm ſequenda, Therſagora iſta omnia quaſi digito, quod dici ſolet, indicante. Atque hæc prior encomij pars eſt, quæ ex locis technicis à Therſagora homine poëta perficitur. Altera autem ex atechnis quæ vocant, ſumitur, ſed quam ſumma prudentia atque arte Lucianus, vtpote orator, ac ſeriò agens, tractaſſe ita videtur. Interpellato enim ſermone Therſagoræ, vt qui in vulgatis & in ſchola exerceri ſolitis rationibus verſaretur: deinde & carminis illius auſcultatione, vt fingitur, viciſſim peracta, ipſe accepto ab eodē Macedonicarum rerum commentario, in quo & acta Antipatri & Demoſthenis quædam continebantur, ex eo reliquam inde orationem pertexit, illi videlicet inſuper commemorando quæ hoſtes quoque de eloquentia Demoſthenis, de magnitudine animi eius, & de rerum geſtarum excellentia, ſcripta atque teſtata reliquiſſent. Quo argumento neque grauius aliud, opinor, neque firmius quicquam afferri potuit. Eſt enim ea demum vera ac ſolida laus, quæ ab hoſte proficiſcitur, quippe qui nihil laudaturus facilè in eo quem odit, fuerit, niſi ad quod ipſa virtutis ac veritatis natura compellitur, quæ eiuſmodi ſanè eſt, vt quod infrà ipſe Antipater ait, Honeſta res etiam apud hoſtes honeſta ducantur: & Virtus laudem ſuam vbiuis locorum inueniat. Sed de hac re alibi dictum eſt.

CVM in porticu deambularem, exeunti ad ſiniſtrã die decimoſexto paulò ante meridiem, fortè ſe mihi Therſagoras offert: exiſtimo eum pleriſque veſtrûm notum eſſe: puſillus eſt, naſo aquilo, ferè candidus, virili ſpecie. Hunc cùm procul accedentem viderem, dixi: Hic Therſagoras poëta eſt. Et interrogaui quorſum aut vnde iret. Ille inquit domo ſe huc veniſſe. Num, inquam, deambulandi gratia? Tum ille: Omitte hoc interrogare: nocte intempeſta ſurrexi, vt ad Homeri natalem carmen ei dedicarem. Præclarè, inquam, facis, quòd illi ſtudes gratiam inſtitutionis referre. Hoc cùm inſtituiſſem, ait ille, huc veni, neque animaduerti me deambulationem ad meridiem vſque produxiſſe. Tum ego: Et mihi opus eſt deambulatione. Sed ille: Multo antè, inquit, oportuit me illum ſalutare: monſtrabat autem manu Homerum. Scitis enim in templo Ptolemæi ad dexteram collocatum eſſe, prolixa coma inſignem, inquit: ad hunc eundum mihi eſt, vt eum ſalutem, & orem vt mihi magnam verſuum copiam largiatur. Ego contrà, inquam, Si quid votis proficitur, & ego iam olim Demoſtheni obſtrepo, vt mihi ſuppeditet orationem ad natalem eius ornandum. Si igitur ſatis erit vota facere, adiunge me tibi ſocium: nam commune, inquit, lucrum auferre cupimus. Ego, inquit, habeo poëma lucubratum hac nocte & hodie, quod Homero propter beneuolentiam dedicaturus ſum. Nam diuino quodam furore commotus ad poëticam rapior, vt iudicabis ipſe. Gero enim mecum libellum in hoc paratum, vt oſtendam ſodalibus, cùm in aliquem otioſum incidero. O te felicem, inquam, qui videris mihi perinde facere, atque aliquis qui poſtquam curſu vicit in ſtadio, redit abluto puluere, vt oblectet ſe ſpectando, & cum luctatore iocatur expectante vt iam in certamen vocetur. Cui reſpondet ille, At paulo antè cùm à meta procurrendum eſſet, non erat otium ad iocandum. Sic tu velut in curſu poëtico victor, facis me ludos ac delicias, metuentem ſtadij fortunam. Scilicet, ait ille ridẽs, quaſi rem difficilem ſuſceperis.

Α Διέζοντί μοι κατὰ πλὴ στοὰ, πλὴ ἀντιθύρην ἐξιόντων εἰς ἀριστερᾶ, τῆς ἕκτης ἤδη δέκα, σμικρὸν πρὸ μεσημβρίας, Θερσαγόρας πρόεισι τυγχάνει. Τάχα τινὲς αὐτὸν ὑμῶν ἐπίστανται· σμικρός τίς ἐστι, χρυπὸς, ὑπόλευκος, ἀνδρικὸς πλὴ φύσιν. Ἰδὼν οὖν αὐτὸν ἔτι πρόσω ὄντα, Θερσαγόρας, ἔφην, ὁ ποιητὴς, ποῖ δή, καὶ πόθεν; οἴκοθεν, ἦ δ' ὅς, οὐδαμόθεν. πότερον δὴ διὰ σὲ ἢ ἐμέ; Ἀφελοῦσιν; Ἀμέλει μήν, ἔφη, καὶ σοῦ ἕνεκα δεόμενος· ἀπὸ γάρ τινος τῶν νυκτῶν ἐξανέστην, ἔδοξέ μοι χρῆναι τοῖς Ὁμήρου γενεθλίοις τὴν ποιητικὴν ἀπονεῖμαι. Καλῶς γε σὺ ποιῶν, ἔφην, καὶ τὰ ἔπεα τῆς παιδιᾶς ἐκείνῳ τίνων. ἐκεῖθεν οὖν ἀρξάμενος, ἦ δ' ὅς, ἔλεγον ἐμαυτὸν, εἰς τοῦτο τῆς μεσημβρίας ἐκπεσών. ἄφες οὖν, ἔφην, δεῖ μέν μοι καὶ τοῦ περιπάτου. Πολὺ μέντοι πρόσθεν, ἔφη, προσέπιπτον τυποῖ δεόμενος ἥκω, τὴν χαίτην τὸν Ὁμήρου ὑποδείξας. ἴσθι δήπου τὸν ἐν δεξιᾷ τοῦ τῶν Πτολεμαίων νεὼ, τὸν καθιδρυμένον τοῖς κήποις. προσελθόντα οὖν αὐτὸν ἀσπάσομαι, ἔφη, καὶ προσευξόμενος ἀφθόνων μεταδοῦναί τ' ἐπῶν, καὶ γὰρ, ἔφην, ἐν βυβλίοις τὰ προοίμια εἶπε. πάλαι γάρ τι καὶ αὐτός μοι δοκῶ τὸν Δημοσθένην, ὑπουργῆσαί τι πρὸς πλὴ αὐτοῦ γενέθλιον. εἰ οὖν ἡμῖν ἐπιδοίη ὁ Ὄλυμπος, συμβαλοίμεθ' ἂν σοι. κοινὸν γὰρ ἡμῖν ὁ Ἑρμῆς. Ἐγὼ μὲν, ἔφη, ἐπὶ τῇ νικητηρίῳ τε καὶ τιμίῳ τι πεποιημένῳ, δοκῶ μοι τῆς θυσίας τὸν Ὁμήρου ὑπογράψασθαι· θεῖός γάρ πως ἐς μαντικὰς εἰς πλὴ ποίησιν ἐξεβακχεύθη κεν ἐξ αὐτός. ὑπίτδες γάρ τι πυκὶ ὃ γραμματεῖον προσενέγκω, εἰ ἄρα πῶ ἐρολὶ ἄγοιτ' ἂν τῶν ἑταίρων, προσεύξομαι δοκεῖς οὖν μοι σὺ καλῶ σὺ τῆς ἐρολῆς εἶναι. μακάριος γὰρ εἶ, ἦν δ' ἐγὼ, καὶ πέποιθας ὃ τῷ τὸν δόλιχον νενικηκότι, ὡς ἤδη λελουμένῳ πλὴ κόνιν, καὶ ὃ λοιπὸν τῆς ἡδονῆς ψυχαγωγοῦντος. μυθολογεῖν πρὸς τὸν παλαιστὴν διενοοῦ, ὑπέδοξα κληθήσεσθαι τῆς πάλης ὕστερος. ἦ δ', Ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ βαλείδος οὐκ αὖ ἐμυθολόγεις, ἔφην· καὶ σὺ δή μοι δοκεῖς νενικηκὼς τὸν δόλιχον τῶν ἐπῶν, εὐτυχεῖν αἰδοῖ μάλα δὴ καταῤῥωδοῦσι πλὴ τοῦ σταδίου τύχην. ἦ δ' ὅς γελάσας, Ὡς δή σοι τὰ τῶν ἀπόρων εἶπεν ἐργασόμενος.

Ἴσως γάρ, ἔφην, ὁ Δημοσθένης ἐλάττονος ἢ καθ' Ὅμηρον εἶναί σοι λόγου καταφαίνεται· καὶ σὺ μὲν μέγα φέρεις, Ὅμηρον ἐπαινέσας· ἐμοὶ δὲ ὁ Δημοσθένης σμικρός, καὶ ὃ μηδέν; Συκοφαντεῖς, ἔφη. διαφιλονεικῶμεν δ' οὖν οὐκ αὖ τοὺς ἥρως, εἰ καὶ πλείων εἰμὶ τοῦ γνώμην ταῖς Ὁμήρου τιθέσθαι. Εὖγε, εἶπον, ἐμὲ δ' οὐκ αὖ νομίζοις ταῖς τοῦ Δημοσθένους; ἀλλ' ἐπεί γε μὴ ταύτην τὸν λόγον ἀτιμάζεις κατ' ἀρχάς, δῆλον ὡς τοῦ ποιητικὴν ἔργον ἡγῇ μόνον, τοῖς δὲ ῥητορικοῖς λόγοις καταφρονεῖς ἀτεχνῶς, οἷ ἵπποις παρὰ πεζοὺς ἐλαυνῶσι. Μὴ μανείην, ἔφη, ταῦτά γε, κἂν εἰ πολλῆς δεῖ τῆς μανίας ὅτι ταῖς ποιητικαῖς ἰοῦσι θύραις. δεῖ γάρ τοι καὶ τῆς καταλειπούσης, ἔφην, σοῦ τινὸς ὑπονοίας, εἰ μέλλοιτε μὴ ταπεινοὶ φανεῖσθαι, καὶ φαύλης φορτικοῦ. Οἶδά τοι, ἔφη, ὃ ἐπῄνεσε, καὶ χαίρω πολλάκις, ἄλλων τε δὴ λεγομένων, καὶ τὰ Δημοσθένους ἐγκώμια τῷ Ὁμήρου πρίν. οἷ λέγω τοῦ σφοδρότητα, καὶ πικρίαν, καὶ τὸν ἐνθουσιασμόν· καὶ ὃ μὲν οἰνοβαρεῖς, ταῖς Φιλίππου μέθας, καὶ κορδακισμούς, καὶ τοῦ ἀσπίδας· ὃ δ', Εἷς οἰωνὸς ἄριστος, ταῖς ὃ, δεῖ γὰρ τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας, ταῖς ἀγαθὰς ἐνθυμεῖσθαι ἐλπίδας· καὶ ὃ,

Ἦκα μὲν οἰμώξειε γέρων ἱππηλάτα Πηλεύς, ταῖς ὃ,

Πηλείδην ποτὲ τεύξεται αὖ οἱ ἄνδρες ἐναίσιοι, οἱ περὶ δόξης καὶ ἐλευθερείας τελευτήσαντες. παραβάλλω γοῦν καὶ τὸν ῥέοντα Πύθωνα, ταῖς Ὀδυσσέως νιφάδας τῷ λόγῳ, καὶ ὃ,

Εἰ μὴ μέλλοιμεν ἀνήρατ' ἀθανάτω τε ἔπεσθαι, ταῖς ὃ,

πᾶσι μὲν γὰρ ἅπασιν ἀνθρώποις τὸ εἶναι θανατός, κἂν ἐν οἰκίσκῳ τις αὐτὸν καθείρξας τηρῇ. καὶ μυῖαι γεγόνασιν αὖθις αὖθις ὅτι ταχὺν τὸν τῆς διανοίας ὑπιδρομέα. ἥδομαι δὲ καὶ παθητικῷ, καὶ ἐμπαθεῖς, καὶ ἐμπαθῆ λέξεως καταμαθὼν, καὶ ταῖς ἀφαιρούσας τὸν λόγον μεταβολαῖς, καὶ ταῖς ἐκ τῶν παραβολῶν ἐπανόδοις, καὶ ταῖς τῶν παραβολῶν σπουδῇ παρὰ καιρὸν γλαφυρεύσεσι, καὶ ὃ τοῦ ἔπους μισοκαρβαρον πολυαχές. καί μοι πολλάκις ἔδοξεν (οὐ γὰρ ἂν παλινῳδῶν ἀποκρυπτοίμην)

A Fortassis, inquam, Demosthenes videtur tibi indignus qui ad Homerum conferatur, & videri vis in argumento graui ac difficili posuisse operam, cùm Homerum laudasti: me verò existimas leue argumentum de Demosthene sumpsisse. Cauillaris, inquit ille: nam ego nolim heroas illos inter se committere, tametsi magis faueo Homero. Bene, inquam, an non putas me Demostheni magis fauere? sed quoniam non recusas hac de re mecum colloqui, apparet te solam poëticam admirari, & solutam orationem prorsus contemnere, sicut eques peditem præteruectus aspernatur. Tum ille,
B Dij prohibeant ne sic insaniam, tametsi non leui furore opus est iis qui ad poëticas fores accedunt. Verùm & Oratoribus, inquã, opus est afflatu quodam diuino ad efficiendam orationem non humilem aut frigidam. Nec hoc, inquit, ignoro, ac sæpe me comparatio cùm aliorum oratorum, tum Demosthenis cum Homero, delectat, cùm similem video vim, acerbitatem & impetum. Vt Homerus Agamemnonem appellat vinolentum, ita Demosthenes in Philippi ebrietatem, saltationes, petulantiam inuehitur.
C Et quale illud est apud Poëtam, Vnum augurium optimum est, pugnare pro patria: tale illud est apud Demosthenem: Oportet bonos viros bona cum spe suscipere defensionem Reipubl. Et illud,

Collatio Homeri & Demosthenis.

Forsitan ipse senex deploret talia Peleus,

simile est huic sententiæ: Quàm grauiter ingemiscerent illi fortes viri qui propter gloriam & patriæ libertatem in acie perierunt. Confero & magna vi fluentem Pythonis orationem ad hybernas niues, quarum similis oratio Vlyssis esse scribitur: & illud,

Ni foret hæc hominum natura obnoxia morti,

D simile est huic loco: Omnes homines natura morti obnoxii sunt, etiamsi quispiam conetur se inclusum in caueam seruare. Denique infinitæ sunt similes vtriusque sententiæ. Delectant autem me & affectus, tum vehementiores, tum leniores, & orationis varietates & metaphoræ tædium leuantes, & tempestiui ex digressionibus reditus, & concinnæ collationes, denique totius vrbanitas orationis. Et mihi sæpe visum est (neque enim dissimulanda est veritas)

plus esse gratitatis in Demosthene ca-
stigante segnitiem suorum ciuium ma-
gna libertate, quàm in Homero cùm
Achiuos Achaidas appellat. Et Græco-
rum tragœdias grandiore sono repręsen-
tat, quàm Homerus, qui fingit colloquia
in mediis pugnis, & certamina iactu la-
pidis diriuit. Sæpe etiam apud Demo-
sthenem membra suos habent numeros
ac mensuras, quales sunt in poëtica: si-
cut neque desunt in Homero antitheses,
comparia, figuræ asperiores aut candi-
diores. Nam ingenia videntur sua spon-
te similes virtutes etiam in dissimilibus
studiis gignere. Quare igitur tuam Cal-
liopen aspernarer? Quamuis autem hanc
valde admirer, tamen mea caussa du-
plo plus habet negotij, quàm Demo-
sthenis encomium: non ob illam caus-
sam, quia mihi carmen scribendum est,
sed etiam propter argumentum, nullam
habeo materiam satis splendidam ad in-
choandas laudes, præter ipsam poëti-
cam: cætera sunt ignota, patria, genus,
ætas: nam si hæc nota essent, nullæ exti-
tissent inde dissensiones. Alij patriam ei
assignant vrbem Ionicam Colophona, a-
lij Cumam, alij Chium, nonnulli Smyr-
nam, quidam Thebas Ægyptias, & in-
numeras alias. Patrem Mæonem Ly-
dum, aut fluuium, matrem Melanopen,
aut aliquam nympham: siquidem hu-
manum genus ignoratur. Alij existimant
eum temporibus heroicis fuisse, alij Ioni-
cis: nec satis constat vtrùm Hesiodus sit
antiquior. Quidam etiam contendunt
prius ei nomen Melesigenæ fuisse, quàm
hoc quod nunc in vsu est Homeri. Nec
de fortuna eius aliquid constat, de pau-
pertate, de cæcitate: vt satius esset for-
tasse omittere ista, cùm sint ignota. Val-
de igitur angusta erit encomij materia,
si nullæ res gestæ, & carmen tantùm
laudandum erit, & sapientia ex versibus
æstimãda. Tibi verò amplissima materia
ad manum & in promptu est dicenti de
rebus certis & celebratissimis: tantùm
verbis opus est, tanquam condimento
ad obsonium parato. Quid enim non
magnum & splendidum fortuna De-
mosthenis concessit? Quid non celebra-
tissimum? Nónne patria, Athenę opulen-
tæ & nobiles, & Græciæ propugnacu-
lum? Quòd si mihi, Athenæ contigissent,

A διαφερέτως μὲν ῥᾳθυμίας Ἀθηναίων καθα-
πτόμενος Δημοσθένης, ὁ τὴν παῤῥησίαν, ὡς
φασιν, αἰσιμβίος, τῷ τοὺς Ἀχαιοὺς Ἀχαΐ-
δας προσειπόντος. μεγαλοφυέστερον δὲ τόνῳ πνεύ-
ματος, τὰς Ἑλληνικὰς ἀποπληροῖ τραγῳδίας, τῷ μεταξὺ τῆς ἀκμαιοτάτης μά-
χης ἀφηλόγους αἰσθάνεσθαι, καὶ λίθοις
τὸν φορὸν σκεδαννυμένου. πολλάκις δὲ μὴ
τῷ Δημοσθένους, καὶ μέτρα χώλων, καὶ ῥυ-
θμοὶ καὶ βάσεις, οὐκ ἔξω τῆς ποιητικῆς ἁδο-
νῆς ἐμβιβάζουσιν, ὥσπερ ἴσως Ὁμήρου ἐλλι-
πῆς αἰτιάσεων, ἢ παρισώσεων, ἢ σχημάτων
B τραχύτητος, ἢ καθαρότητος. Ἀλλ' ἔοικε φύ-
σει πως ὑπαρχούσαις δυνάμεσι ταῖς ἀρε-
ταῖς ὁπωσοῦν πλέκεσθαι. πόθεν γὰρ ἂν εἰκότως
νοίμην αὐτῷ σὴν Καλλιόπην, ταύτην ἢ γε-
γνώσκων; ἀλλ' οὐδὲν ἦττον τοιοῦτον ἀγώνισμα
τῷ εἰς Ὁμήρου ἐγκωμίων διαπάσιον ἔργον,
ἢ τοῖς σοῖς εἰς Δημοσθένους ἐπαίνοις πίθημι,
ὃ πῆς μέλλοις, ἀλλὰ τῇ ὑποθέσει, φημὶ,
τῷ τοιοῦτόν μοι, οὐκ ἔχειν ἑδραίαν τινὰ χρη-
πῖδα ὑποβαλέσθαι τῷ ἐπαίνῳ, πλὴν
γε τῆς ποιητικῆς αὐτῆς. τὰ δ' ἄλλα, τὰ μὲν
C ἄσαφῆ, πατρὶς, καὶ γένος, καὶ χρόνος. Εἰ
γοῦν τι ζητεῖς αὐτῶν ἴσθι, οὐκ ἴσασι καὶ ἀμφι-
λεκτοῦσι θεοῖς ἔοικας. πατρίδα μὲν διδόν-
των αὐτῷ, Ἰωνικὴν Κολοφῶνα, ἢ Κύμην, ἢ
Χίον, ἢ Σμυρναίους, ἢ Θήβας τὰς Αἰγυπτίας,
ἢ μυρίας ἄλλας· πατέρα δὲ Μαίονα τὸν Λυ-
δὸν, ἢ ποταμὸν, καὶ μητέρα Μελανώπην, φα-
σὶν, ἢ νύμφην τῶν Δρυάδων, αἰσθητὸν γέ-
νος ἀπειρίᾳ χρόνου ὄν, τὸν ἡρωϊκὸν ἢ τὸν Ἰωνι-
κόν. καὶ μηδὲ ὅπως πρὸς τὸν Ἡσίοδον εἶχεν
ἡλικίας σαφῶς εἰδέναι, ὅπου γε καὶ τοιοῦτόν
D τοῦ γηραιοῦ, τὸ Μελησιγενῆ προσκρί-
νουσι· τύφλωσιν δὲ, πενίας, ἢ πάθους ἐμμάτων,
ἀλλὰ μὴ βέλτιον εἴη καὶ ταῦτα ἐᾶν ὡς ἀσα-
φῆ κείμενα. ἐπεὶ χρὴ δή μοι κωμῳδεῖν ὃ ἐγ-
κώμιον, ποίησιν ἀπροσκόπτως ἐπαινέσαι, καὶ
σοφίᾳ σὺν τῷ ἐπῶν εἰκαζομένῳ συλλέ-
γειν ὅ τι σὸν, ἔφη, καὶ χρεὼν, ὑπόθεσίν τε,
καὶ λόγον, ἐφ' ὡρισμένοις τε καὶ γηραιοῖς
μόνον ὀνομάτων, οἷς, ὄλβον ἔτοιμον, ἢ σὺ σμά-
των ὧδέ σοι δεδόμενον. τί γὰρ ἂν μέγα, καὶ
λαμπρὸν ἡ τύχη τῷ Δημοσθένει προσῆψε; τίσι δὲ γηραιοῖς; σὺν Ἀθηναίοις μὲν, αὐτῷ πα-
τρὶς, αἱ λιπαραὶ, καὶ ἀοίδιμοι, καὶ τῆς Ἑλλάδος ἔρεισμα; καίτοι λαβόμενος αὖ ἐγὼ τῶν Ἀθηνῶν,

ἢ τὴν

ὅτι τῆς ποιητικῆς ἐξουσίας ἐπεισῆγον αἱ ἐρωτες θεῶν, καὶ κρίσις, καὶ καταικίσεις, καὶ δωρεαὶ, καὶ τὰ Ἐλευσῖνα. νόμων δὲ, καὶ δικαστηρίων, καὶ πολιτῶν, καὶ Περσῶν, καὶ ἀποικιῶν, καὶ ἑσπερίων θαλαττίων τε καὶ χερσαίων ἐπεισημένων, οὐδ' ἂν εἷς ὅτιοῦν ἀξίως ἐφικέσθαι δυνάσθαι τοῦ λόγου, φησὶν, ὁ Δημοσθένης. ἀφθονία μὲν οὖν μοι τοσαύτη πρόκειται ὥστ' ἐλαχίστων ἂν ἀπορῆσαι ἐπιμνησθῆναι, οὐκ ἂν ἀπορῆσαι τῶν ἐπαίνων ἐν νόμῳ τοῖς ἐπαίνοις ὄν, ἐν τῷ πατρίδων ὑπερβολαῖς τοὺς ἐπαινουμένους. ἴσως δὲ, περιπόρημα τῆς Ἐλένης φέρων εἰσέβαλε τὸν Θησέα. ὃ μὲν δὴ ποιητικὸν φθόνον, ἐλθόντος σοὶ ἴσως βλάβος ὃ τῆς παιδιᾶς σκῶμμα ὅτι τῇ ἀτυμμετείᾳ ἐπαγαγέσθαι, μή σοι μεῖζον παρασκεύασε πρόπυγμα τοῦ θυλάκου. πρέπει δὲ τῇ Ἀθηνᾷ, οὐκ εἰκὸς τὸν λόγον πατὴρ περιέπειν. χρυσία χρηπὶς, τῷ Πινδάρῳ. ἐμοὶ γὰρ δοκοῦσιν Ἀθηναῖοι λαμπρότερον πάντων ἄρχειν. εἰ δὲ τὸν Δημοσθένους ἔτι κομιδῇ παῖδος ὄντος, ἐπλήσθη, τῷ ὀρφανίαν οὐ συμφορὰν εἶναι τοῖς, ἀπὸ δόξης εὐθήνουν, ὃ τῆς φύσεως ἴδιον ἐπικαλυπτούσης. Ὁμήρου μὲν οὖν, οὔτε παίδευσιν, οὔτ' ἄσκησιν μνήμη καθ' ἑτοιμον προφαίνω, ἀλλ' ἐξ ἀνάγκης τοῦ ἐπαίνου ἀπαιτεῖσθαι τὰ ὑπ' αὐτοῦ δεδημιουργημένα, ἴλλιον οὐκ ἔσθ', καὶ μελέτης, καὶ διδασκαλίας οὐκ ἔχοντα· μηδ' οὖν ὅτι τῷ Ἡσιόδου δάτιον καταφυγόντα, τῷ ῥᾳθύμως, καὶ τοῖς ποιμέσι τοῦ ἔπους ὑπηκόοις. σοὶ δὲ ἐνταῦθα δήπου κολεὸς μὲν ὁ Καλλίστρατος, λαμπρὸς δὲ ὁ καπάλογος, Ἀλκιδάμας, Ἰσοκράτης, Ἰσαῖος, Εὐβουλίδης, μυρίων μὲν ἐφελκομένων Ἀθηναίοις τοῦ πλοῦτου, καὶ τοὺς παῖδας ἀνάγκης οὐκ ἐῶντος. ταχέως δὲ οὕσης τῆς μεγάλης τῆς ἡλικίας εἰς τὰς τέρψεις ἀπολισθάνειν, παρὸν δὲ αὐτῷ κατ' ἐξουσίαν κωμᾶν, οὐκ ἐᾷ τὸν τῷ ὑπερόπτου ὀλιγωρεῖν, ὁ τῆς φιλοσοφίας καὶ τῆς πολιτικῆς ἀρετῆς κατέσχε πόθος, ὃς αὐτὸν ἦγε οὐκ ὅτι τὰς Φρυνὸς, ἀλλ' ὅτι τὰς Ἀριστοτέλους, καὶ Θεοφράστου, καὶ Ξενοκράτους, καὶ Πλάτωνος θύρας. καὶ ταῦτα, ὦ βέλτιστε, φιλοσοφοῦντι τῷ λόγῳ. δι' ταῖς ἐστ' αἰθρίοις ἐρώτων ἀγωγαῖς, τῷ μὲν θαλαττίου πρὸς ἔρωτας ὠδῖφορόν τε, καὶ ἀνεμώδες, καὶ κυμαῖνον οὕτω σὺν ψυχῇ Ἀφροδίτης πανδήμου κλύδωνα, φλεγμαινούσαις νέων ὁρμαῖς,

A poëtica consuetudine recitarem amores deorum, iudicia, commigrationes, dona, Eleusinem. Porrò de legibus, iudiciis, concionibus, Piræeo, coloniis, trophæis terra marique partis, ne Demosthenes quidem ipse pro dignitate dixerit. Ex his magna mihi copia suppeteret. Idque encomium non existimarem prætermittendum esse, cùm in præceptis laudationum hoc contineatur, vt laudes ex patriæ ornamentis cumulentur. Isocrates Helenæ præconio inseruit Theseum. Poëtis verò concessa est maxima libertas. Sed tu fortassis irrideri te metuis, si initium orationis iusto grandius B sit, & vereris ne quis iuxta prouerbium dicat, Epigramma maius esse calatho. Itaque etiamsi omittam Athenas, occurret pater præfectus classis, aureum, vt Pindarus ait, fundamentum. Nulla enim Athenis maior dignitas est, quàm præfectura classis. Quod verò extinctus est Demosthene adhuc puero, non est calamitas iudicanda, sed gloriæ occasio, retegens generosam indolem. Iam Homeri institutionem & studia nusquam legimus, sed statim oportet nos attingere poëmata eius, C cùm de educatione deque studiis eius nullæ extent historiæ. Neque licet fingere eum à Musis accepisse poëticam, sicut de Hesiodi Lauro ferunt, quæ otiosis pastoribus poëticam inspirabat. Tu verò Callistratum habes, & longum & magnificum catalogum, Alcidamantem, Isocratem, Isæum, Eubulidem. Et cùm innumeræ illecebræ Athenis ad se inuitent etiam illos qui sunt in custodia patrum, cúmque adolescentia per se procliuis sit ad voluptatem, ac Demostheni liceret propter tutorum negligentiam voluptates se- D qui, tamen continuit eum amor virtutis ac doctrinæ, & duxit non ad Phrynæ ianuam, sed Aristotelis, Theophrasti, Xenocratis, Platonis. Hic poteris philosophari, duplicem amorem esse in animis humanis, alterum mari ortum, varium, ferocem scilicet, venereos fluctus in animo, qui mouentur ex æstuantibus cupiditatibus iuuenum,

naturam planè marinam: alter amor eſt aurea catena cœlo demiſſa. Hic non habet faces aut tela, quæ faciant lethalia vulnera, ſed bonum furorem immittit mentibus, quæ ſunt cognatæ diis, incitantem ad natiuam & incorruptam pulchritudinis formam comprehendendam. Omnia hæc amori facilia fuerunt, tonſuræ, latebræ ſubterraneæ ſpecuum, corrigere linguæ vitia, actionem in ætate virili diſcere, exercere memoriam, aſſuefacere animum ad contemnendos populi fremitus, cõtinuare ſtudia per diem & noctem. Vnde quis neſcit qualis extiterit orator Demoſthenes? quomodo orationem verbis & ſententiis ornauerit, argumentis adſperſerit affectus, quantus in copia ſplẽdor ſit, quanta vis & impetus, quanta verecundia & parſimonia ſit in verbis & ſentẽtiis, quanta varietas figurarum? Itaque Leoſthenes inquit ſolum illum ex omni Oratorum numero viuam orationem habuiſſe, non fabricatam malleo. Non enim componebat orationes ebrius, vt Calliſthenes Æſchylum ait tragœdias inter pocula ſcripſiſſe, cùm vino incaluiſſet. At Demoſthenes ſcribens aliquid, aquam bibebat. Et extat hac de re Demadis iocus, qui dixit alios ad aquam dicere, Demoſthenem verò etiam ſcribere ad aquam. Et Pytheas inquit orationem Demoſthenis lucernam olere. Hunc campum habes, ait ille, de Demoſthene dicendi: qui conueniet etiam ad meum argumentum, cùm erit de poëtica Homeri dicendum. Sed poſtea tranſibis ad benefacta, & liberalitatem & dignitatem quam in Republ. aſſecutus eſt. Hic cùm iret connecteretque reliqua, plura dicturum ego interpellaui, ac ridens, inquam, Hauriſne modò tanquam balneator, vt reliqua oratione perfundas mihi aures? Etiam, inquit ille, congiaria, ludos ex propriis facultatibus vltro factos, inſtructas naues, murum, foſſam, redemptos captiuos, virgines dotatas, conſilia optima in Republ. legationes, leges. Cúmque incidiſſet in magnitudinem rerum geſtarum, cœpi ridere hominem ſupercilia contrahentem, & timentem ne deficeret cum oratio de rebus geſtis Demoſthenis:

A αὐτῷ χρῆμα θαλάττιον, τῷ δ' ἐραστὴν χρυσῆς τινος σειρᾶς ἕλξιν, οὐ πυρὶ καὶ τόξοις ὁπλισμένον δυσαλθεῖς νόσους τραυμάτων, ἀλλ' ὅτι τῷ αὐτῷ τῷ καλλοις ἄγχιστόν τε καὶ καθαρὰν ἰδέαν ὄρμῶσαν, μανίᾳ σώφρονι τὰς ψυχὰς, ὅσαι Ζηνὸς ἐγγύς, καὶ θεῶν ἀξιάσασθαι, φησὶν ὁ παλαιός. ἔρωτι δὲ πρόσωπα πόεμα, κουρά, σπήλαιον, κατασκαφαί, ξίφος, γλῶτται διαρθροῦσαι, μελετᾶν ὀφὶ τῆς ἡλικίας ἀκρόασιν, μνήμην ἀκριβῶσαι, θορύβου καταφρονῆσαι, σωφροσύνῃ νίκας ἐπιπόνοις ἡμέραις. ἐξ ὧν τίς οὐκ οἶδεν ὁποῖος ὁ B Δημοσθένης, ἔφη, σοι τῷ ῥητορικῷ ἐγένετο, ταῖς μὲν ἐννοίαις, καὶ τοῖς ὀνόμασι, καταπυκνῶν τὸν λόγον, ταῖς δὲ διαθέσεσιν ἐξακριβῶν τὰς πιθανότητας; λαμπρὸς μὲν τῷ μετρίῳ, σφοδρὸς δὲ τῷ παθήματι, σωφρονέστατος δὲ τῷ τῆς ὀνομασίας καὶ νοημάτων ἐκλεκτισμῷ, ποικιλώτατος δ' ἐν ἀλλαγαῖς σχημάτων. μόνος γέ τοι τῶν ῥητόρων, ὡς ὁ Λεωσθένης ἐπόλμησεν εἰπεῖν, ἔμψυχον, οὐ σφυρήλατον παρέσχε τὸν λόγον. οὐ γὰρ ὡς τὸν Αἰσχύλον ὁ Καλλισθένης ἔφη που λέγων, τὰς τραγῳδίας ἐν οἴνῳ γράφειν, ἐξορμῶντα, καὶ αἱματηρύοντα τῷ ψυχρῷ, οὐχ οὕτως ὁ Δημοσθένης συνεπῆν τοῖς μέθυσι τοὺς λόγους, ἀλλ' ὕδωρ πίνων· ἢ καὶ τὸν Δημάδου παῖζαί φασιν εἰς τοῦτον αὐτὸν τὸν ὑδροποσίαν, ὡς οἱ μὲν ἄλλοι, πρὸς ὕδωρ λέγουσιν, τὸν Δημοσθένην δ' ὅτι πρὸς ὕδωρ γράφειν. Πυθέας δὲ ὁ χρόπος τῶν Δημοσθενικῶν λόγων, ἀποζῆν ἐφαίνετο τὸ νυκτερινοῦ λύχνου· καὶ τοῦτό μοι, ἔφη, σοι δοκεῖ τὸ χωλεῖον τοῦ λόγου, κοινὸν πρὸς τὸν ἐμὸν ὑπόθεσιν· ἐγὼ δέ τοι μείων ὁ πρὸς τὸν Ὁμήρου ποίησιν, ὑπῆρχε καμοὶ λόγος. ἀλλ' εἰ μετρίοις ὅτι τῆς φιλανθρωπίας, καὶ τῶν ἐν τοῖς χρήμασι φιλοτιμίαν, καὶ τῆς πολιτείας τὸν ὅλον λαμπρότητα. καὶ ὁ μὲν ἤει συνείρων, ὡς τὰ λοιπὰ προεθήπων· ἐγὼ δ', ἐλεάσας, Ἤπου τε, ἔφην, δέομαι καὶ παρεῖν μου τὴν ὦτων, ὥσπερ βαλανεὺς κατόμπλησας τὸν λοιπὸν λόγον; Νὴ Δία, τε, εἶπε, δημοσιάς τε, καὶ χορηγίας ἐθελουσίους, καὶ τειχεσιαρχίας, καὶ τεῖχος, καὶ τάφρον, καὶ λίθους αἰχμαλώτων, καὶ πρυτάνεων ἐκδόσεις, ἄρίστην πολιτείαν, καὶ πρόσοδον, καὶ νομοθεσίας, καὶ μέγεθος πολιτευμάτων ἐμπεσόν, γελᾶν ἔπεισί μοι, τὴν ὀφρῦν συνάγοντος, καὶ δεδιότος μὴ λόγοι τὴν Δημοσθένους αἰ τῶν ἔργων ὑπολίποιεν.

ἴσως γὰρ, ἔφην, ὦ γαθὲ, νομίζῃς, ἐμὲ δὴ μόνον A ac, fortaſſe me, inquam, putas vnum ex
τῶν εἰρηκεικῇ δεδιωκότων, μὴ δεδεπεδρυλ- omnibus qui eloquentiæ dederunt ope-
λῆσθαι τὰ ὦτα τοῖς Δημοσθένους λόγοις; ram, nihil audiſſe de rebus geſtis Demo-
Εἶτ, ἔφη, σοὶ τὸν λόγον ὑπονοεῖς πρὸς ὠφε- ſthenis? Imò, ait ille, opus eſt nobis mu-
λείαν δεῖσθαι· πλὴν εἰ μή σε τοιοῦτόν tuo auxilio in ſcribēdo, quemadmodum
κατέχει πάθος, οἷς αὐγῆς θελγομένους, οὐκ paulò antè dicebas. Verùm niſi fortaſſe
ἔχεις τοῖς λαμπροῖς τὴν Δημοσθένους δό- aliter affectus es, exiſtimo tibi perſtringi
ξαν, τὴν ὄψιν ἀφορᾶσθαι. Ἐγὼ γὰρ αὐτὸς τοιοῦτον oculos fulgore Demoſthenicæ gloriæ,
ἐφ' Ὁμήρῳ καὶ ταῖς ἀρχαῖς πέπονθα. κατέ- nec poſſe te tam claram lucem inſpicere.
βαλον γοῦν μικρὸν δέος, ὡς οὐκ ἀπολεσθείσοι Mihi quidem accidit hoc initiò in Ho-
ὄν μοι τοῖς τὴν ὑπόθεσιν εἶτ' ἐγὼ μὴ, οὐκ mero. Penè igitur abieceram argumen-
εἶτ' ὅπως, αἰδεσθείην, δοκῶ μοι καὶ σμικρὸν tum, quia non potui intueri: poſtea ne-
τοῖσδε ἡδόμενος αἰσθοίμην ἀφορᾶν. ἢ μὴν ἀποβλέ- ſcio quomodo recepi in manus, & paula- B
πων, ὡς περ ἡλίου τὰς ὄψεις, νέος τ' ὢν Ὁμηρι- tim aſſuefeci oculos, ne reformidarent
δῶν χόρους ἐλείπεσθαι· σοὶ δὲ μόλις φαίνεται καὶ aſpectum, néve quiſquam me accuſare
τῶν, ἔφη, πολὺ ῥᾷον, ἢ κατ' ἐμὲ εἶναι. τῆς μὲν poſſit cæcutientem in Sole, nothum gen-
γὰρ Ὁμήρου δόξης, οἷς ὅτι μιᾶς ὁρμώσης τῆς tis Homericæ. Quanquã tua cauſſa facili-
ποιητικῆς δυνάμεως, ἀδεῶς ἐξ αἰσχύνης ἦν or eſt quàm mea. Nam cùm in Homero
ἁπάσης λαβέσθαι· σὺ δ' εἰ μόνον ὅπῃ τὸν Δημο- nihil præter poëticam laudare poſſimus,
σθένη ὅλον ἐφάπαξ τῇ γνώμῃ πρόποιο, καὶ tota illa laus ſimul in animo concipienda
μάλα αὖ ἀποροῦσα τοῖς λόγοις ἄπιθι, ὅπου est. Tibi verò cùm totum Demoſthe-
ἔχων ὅτου πρώτου τὴν γνώμην λάβοις, καθάπερ nem conſideras, ingens copia ſe offert,
οἱ λίχνοι παρὰ τοῖς Συρακουσίοις τρα- vt dubites hùcne an illuc te vertas: nec
πέζας, ἢ οἱ φιλήκοοι καὶ φιλοθεάμονες, εἰς μου- poſſis ſtatuere quid primum ſumere ve- C
σικὰς ἀκοὰς καὶ σμῆνος, καὶ θεάματα ἡδονὰς ἐμπεσόν- lis, ſicuti delicati in Syracuſanis men-
τες· οὐκ ἔχουσι γὰρ ἐφ' ὧν ἔλθωσιν, ἀεὶ τὸ ὁπο- ſis, aut auidi ſpectatores & auditores,
θυμίαν μεταπηδῶντες. εἰμὴ ἄρα καὶ μεταπη- cùm varia ſpectacula & carmina offe-
δᾷν, οὐκ ἔχοντα ἐφ' ὅ, τι σταίης, ἐν κύκλῳ σε runtur, dubitant quò potiſſimùm appli-
περιελκόντων, φύσεως μεγαλοπρεποῦς, ἑρ- cent animum. Itaque opinor te ex alio
μῆς ἀληθινῆς, εἶτα σώφρονος, λόγου δεινότητος, in aliud deſilire, nec poſſe in vna te com-
τῆς ἐν ταῖς τάξεσιν αἰδοῦς, μνημάτων morari, cùm te ſubinde alia ad ſe rapiant,
πολλῶν, καὶ μεγάλων, εὐβουλίας, δικαιοσύνης, videlicet natura liberalis, ingenium ar-
φιλανθρωπίας, πίστεως, φρονήματος, σωφρο- dens, temperantia, eloquentia, magnitu-
σύνης, ἑκάστου τῶν πολλῶν καὶ μεγάλων πολλὴν do animi in rebus gerendis, multa & præ- D
μοῖραν. ἴσως δὲ καὶ ἐνίοις μὲν ψηφίσματα, πρέ- clara facinora, fortunę deſpicientia, iuſti-
σβεις, δημηγορίας, νόμους ἐκεῖθεν, ἀποστόλους, tia, humanitas, fides, audacia, prudentia,
Εὐβοίαν, Μέγαρα, τὴν Βοιωτίαν, Χίον, Ῥό- ſingulæ actiones in Republica. Fortaſſe
δον, τὸν Ἑλλήσποντον, Βυζάντιον, οὐκ ἔχεις hinc intuens decreta, legationes, concio-
ὅπου τὸν νοῦν ἀποκλίνῃς, συμπεριφερό- nes, leges: inde claſſes, Eubœam, Megara,
μενος τοῖς πλεονεκτήμασιν. ὥσπερ δὲ ὁ Πίν- Bœotiã, Chium, Rhodum, Helleſpontũ,
δαρος, ὅτι πολλὰ τῷ ὄντι τὰ ἀπορήματα, οὕτω Byzantium, dubitabis quò te potiſſimùm
πως ἢ πόρπακα, Ἰσμηνόν, ἢ χρυσηλάκατον Με- vertas in tanta copia, cùm in vnaquaque
λίαν, ἢ Κάδμον, ἢ σὺν τῷ ἱερῷ γένει, ἢ τὰν re emineat peculiare quiddam laude di-
καναάμπυκα Θήβαν, ἢ δὴ πάμπλουτον ἄθλων gnũ. Vt igitur Pindarus alicubi dubitat,
Ἡρακλέους, ἢ τὰν Διονύσου πυκνοθάλαμον τιμάν, multa videns ſibi propoſita eſſe, cùm in-
ἢ γάμον λευκωλένου Ἁρμονίας ὑμνήσομεν; quit:

Num mea Iſmenum, Meliámve nympham,
Seu magis Cadmum, genus aut virorum
Dentibus ſeui genitum Draconis
Carmina dicent?
Seu canam Thebas, celebréſve pugnas
Herculis? ſeu Bacche tuos honores?
Seu priùs nunc Harmoniæ puellæ
Dicam hymenæos?

Idem tibi accidet, vt dubites, vtrùm o- A rationes, an res gestas, aut eloquentiam, aut doctrinam, aut auctoritatem, aut mortem viri sumas laudandam. Verùm non erraueris quicquid sumes. Si solam eloquentiam elegeris, argumentum copiosum habebis. Hic satis erit eum cum Pericle conferre. Nam illius fulgura, tonitrua, & aculeos relictos in animis audientium, fama tantùm accepimus, sed nullæ extant eius orationes. Quare constat eas præter actionem nullam habuisse solidam aut durabilem laudem, quæ promereretur admirationem apud posteros. At Demosthenis scripta extant: sed hoc relinquam tibi dicendum, si hoc argumentum tractaueris. Si conuerteris te ad mores eius, & ad res gestas, poteris excerpere vnum locum, aut ad summum duos: hi tibi amplissimam materiam suppeditabunt. Res enim sunt splendidissimæ. Quòd si non vis totum argumentum pertractare, sumes partem aliquam, Homeri exemplo, qui heroas ex partibus laudat, prædicat pedes, aut caput, aut comam, aut vestes, aut clypeum. Et ne dij quidem huiusmodi laudes aspernantur, sumptas à telis, arcu, clypeo, nedum ab aliqua corporis aut animæ parte. Beneficia verò deorum nemo complecti semel potest. Itaque neque Demosthenes ægrè feret, si virtutes eius non comprehenderis vna oratione. Nam ne ipse quidem suas laudes omnes vna oratione complecti posset. Hæc dicentem Therſagoram interpellaui: ac, Puto, inquam, hæc te narrare, vt eloquentiam tuam apud me ostentes: nam cùm initiò tantùm volueris declarare quantus poëta sis, nunc ostendis etiam quantum in soluta oratione valeas. Tum ille, Volui, inquit, hoc argumentum percurrere, cùm viderem te segniorẽ esse, si tamen cura paulisper remissa audires me poëma meum recitantem. Ego verò respondi illum non facete operæ pretium: ac, Vide, inquam, ne magis etiam perturbatum me dimittas. Tum ille: Facile remedium erit, si nondum etiam tibi satisfactum est. At nescis, inquam, quæ res me angat. Deinde vt medicus ignorans morbi genus, aliena remedia adhibebis. Tu enim instituisti me iuuare tanquam rudem aliquem, & nunc primùm ad hęc studia accedentem, verùm hæc mihi iam olim detrita sunt.

ὑτωσὶ ἢ κἀ σύτι ταὐτὸν ἔοικας ἀπορῆν, λόγον, ἢ βίον, ἢ ῥητορικὴν, ἢ φιλοσοφίαν, ἢ δημηγορίαν, ἢ τὸν θάνατον ἀνδρὸς ὑμνητέον. ἔστι δ' ὑμῖν ἔργον ἐκφυγεῖν, ἔφη, τὴν πλαίνην, ἀνὴρ ἐκ ὄρους δὴ λαβόμενος, ἢ τῆς ῥητορικῆς καθ' αὑτὸν, εἰς ταὐτὸν καταβαλοῦ ἄμφω τὸν λόγον. ἱκανὴ γοῦν σοι ἢ ἡ Περικλέους. ἐκείνου μὲν γὰρ ἀστραπὰς, καὶ βροντὰς, καὶ πτοήσεις ἀκροατῶν ἀκούομεν, λόγοι δὲ οὐδαμοῦ φέρονται· ἀλλ' αὐτόν τε οὐκ ὀρῶμεν, δῆλον ὡς καὶ τὴν φαυλότητα, οὐδὲν ἔμμονον ἔχοντες, οὐδ' οἵαν ἀξιάρκεσαν πρὸς τὴν τοῦ χρόνου κάθοδον, ἢ κρίσιν. τὰ δὲ τοῦ Δημοσθένους, B δεῖ σοὶ καταλελείφθω λέγειν, εἰ ταύτῃ τι ἁπλοῦν. ὡσπερεὶ μὲν γὰρ τὰς τῆς ψυχῆς ἀρετὰς, ἢ τὰς πολιτείας αὐτοῦ περιπέμψω, καλὸν μέν μοι δοκεῖ ἀποτίμησιν ποιήσασθαι· οὐ μὴν ἱκανῶς ἐπιδείξειν· εἰ δὲ βούλοιο δι' ὀλίγων, δύο καὶ σιωπῶν ἐλόμενον, ἔχειν ἀποχρῶντά μοι λόγον ὑποβολιμαῖον. πολλὴ γὰρ ἐν ἅπασιν ἡ λαμπρότης. εἰ δὲ οὐκ ἐκ τοῦ πάντος· ἀλλ' ἐκ μέρους ἐπαινέσομεν. νόμος μὲν γὰρ Ὁμηρικὸς, ἡρώων ἐπαίνους ἐκ μερῶν διεξιέναι, ποδῶν, ἢ κεφαλῆς, ἢ κόμης, ἤδη δὲ καὶ τῆς φορυμῦχ, ἢ ἀσπίδων. μεμπτὸν C δ' οὐδὲ τοῖς θεοῖς ἐγένετο, ὑμνῆσθαι πρὸς τῶν ποιητῶν, ἐξ ἡλακάτης, ἢ τόξων, ἢ τῆς αἰγίδος, μήπω γε δὴ μέρεσι σώματος, ἢ τῆς ψυχῆς· τῶν δ' ἔργων δὲ οὐδὲ δυνατὸν ἐφάπαξ ἑλεῖν. ἤκουσα δή ὁ Δημοσθένης αἰτιάσεται, καθ' ἓν τῶν αὐτῶν καλῶν ἐπαινούμενος· ἐπεὶ τό γε σύμπαν δὴ αὐτὸς ἂν αὑτὸν ἐξαρκέσειεν ἐπαινέσαι. ταῦτα τοῦ Θερσαγόρου διελθόντος, οἶμαί σε, ἔφην, ἐν ὑπολήψει μοι βουλόμενον, ὃ, μὴ μόνον ποιητὴν ἀγαθὸν εἶ), τὸν λόγον πρεμπόρευμα πεποιῆσθαι τὸν Δημοσθένους, πολὺ πλέα τῆς ἐμμέτρου σοφίας. σοὶ μὲν D οὖν, ἔφη, τὴν ῥᾳστώνην ὑποπτεύω, προσθεῖναι ὑπόθραμμα τὸν λόγον, εἴ τι δὴ Φρυνίδος ἀκούεις, ἀκροατὴς ἡμῖν γένοιο. σοφοῦργον ποίημα, ἔφην, σοὶ μέγιστον ἁδὴν, ὦ ἑταῖρε. σκόπει γὰρ μὴ καὶ πλέον ἢ γελοῖος φαίνῃ. Καλὸν αὖ λέγεις, ἔφη, ὦ ἄριστε. σὺ γὰρ, ἔφην, ἀγνοεῖς, οἶμαι, ὃ παρὸν ἀπορεῖς, εἶτα ἀπορεῖν δίκαιος ὢν τῶν τοσούτων ἀγαθῶν ἀγνώμονος, ἄλλο θεραπεύεις, ὅτι δὴ σὺ μὲν ἀπαράξειν αὖ, τὸν σοφὸν ἰόντα πρὸς τὸν λόγον, ἐπιχείρησας ἰᾶσθαι, πάλαι ἤδη κατηναλωμένον παλαιαῖς ἐπῳδαῖς.

ὦ, τι τούτης τῆς ἀπορίας ἴωλά σοι τὰ ἰάματα. τῦτο δ' οὖν, ἔφη, σοι τὸ εἶδος. ἐμοὶ μὲν γὰρ καλλίστη ὁδὸς, παρὰ λίθους πατεῖν εἰθισμένη. τὴν δὲ Ἀνικερίν φασιν Ἀριστίππειν τὸν Κυρηναῖον φιλόσοφόν τινα σεμνύνεσθαι πρὸς Πλάτωνα πρὸ τῆς ἐπαύλεως. τὸν μὲν γὰρ Κυρηναῖον ἁρματηλασίαν ὑπεδέχεσθαι πολλὰς τοῦ τὸν Ἀκαδημίαν ἐξελαύνοντα δρόμους, ὅπως τὰ αὐτὰς ἁρματοτροχίας ἀπαύστους, μηδὲν παραλείπεσθαι, ἀλλ' ἑνὸς δρόμου σημεῖα καὶ τῆς γῆς ὑπολείπεσθαι. τοιγαροῦν δή γε, ἔφην ἐγώ, τοιοῦτόν σοι συμβήσεται, τὰς ἁρματοτροχίας ἀλεεινὸν ἢ μάλα ῥᾴδιον εἶναι, οἶμαι, καταφυγεῖν, ἐάσαντα τὰ πεπλανημένα ἐκπερᾶσαι. ἀλλά τοι ὁ Πλάτωνος, ἔφη, τρόπος, ποῖος, ἔφην, ὁ γὰρ ἀκήκοα. Πλάτωνι τῷ ζωγράφῳ φασὶν ἐκδοῦναι γραφὴν ἵππου καλλιστεύοντα τὸν δι', γραφὴν πρόσχημα, καὶ πολλὰ κοπιάσαι περὶ τὸν ἵππον· ὡς δ' ἐπιγράφοντος, ὑπαγαγεῖν τὸν ἐκδόντα, μεμφόμενον, μὴ γὰρ τοῦτο προστάξαι· τὸν δὲ Πλάτωνα τὰ πίνακος τὰ πεπλανημένα κάτω πρὸς ἑαυτὸν ἀγαγόντα, τῷ παιδὶ τὸν γραφέα ὑπαγαγεῖν κελεῦσαι, καὶ τὸν ἵππον ἔμπαλιν κεῖσθαι ὀφθῆναι καλλιστεύοντα. Ἤδη σοι, ἔφην, Θέρσανδρος, ἀνὴρ ἐμοὶ μὲν τροφὸς μεμηχανῆσθαι πολὺ τῶν ἐτῶν, ἀλλ' ἐκ πάσας τροφὰς, καὶ παραγωγὰς ἀναλαβόντα, καὶ μεταπλάσαντα, διδύμαις μὲν ὁ πελάτης πάθοιμι ὁ τῷ Πρωτέως. Ποῖον, ἔφη, πάθος; ὁ γὰρ μόνον, ὃ φασιν αὐτὸν γοητεῦσαι, δρασμὸν ἐξευρόντα τῆς αἰθερίου ὄψεως, ἐπεὶ καταλώσει πάσας ἰδίας αὐγὰς, καὶ φυτῶν, καὶ στοιχείων, αὖθις αὖ πρὸς ἰατρῆς ἐπισάκτου, Πρωτέα γενέσθαι. Σὺ μὲν, εἶπεν, ὑπὲρ τὸν Πρωτέα μηχανᾷ τὴν ἐμὴν ἀκρόασιν ἀποδρᾶσαι. ἔκ, ὦ γαθὲ, ἔφην, τοῦτο. πρόσεχε γοῦν ἐμοὶ τὸν ἀκροατὴν, πρὸς τὴν ἐπιστημόνην φεύγειν δίκην. τάχα γὰρ ἂν τι καὶ τῆς σῆς κινήσεως ἄφρων τις γνώσεται, καὶ τῆς ἐμῆς ὠδῖνος συμφρονήσας. ὡς οὖν ἐδόκει ταῦτα ἀμφοῖν, καθίσαντες ὅπου τῆς πλησίον κρηπῖδος, ἐγὼ μὲν ἠκροώμην, ἐν δ' αἰσθάνομαι μάλα γενναῖα ποιήματα. μεταξὺ δ' ὡς ἔστιν ἔνθους γνώμης, ὑπερπλήξας ὁ γραμματεῖον, Κομίζε τὸν ἀκροατήν, ἔφη, μαθόν, καθάπερ Ἀθήνησιν ἐκκλησιαστήν, ἢ δικαστήν· μὴ ὅπως εἶσῃ μοι χθές. Καίτοι μὰ, ἔφην, εἴσομαι, καὶ περὶ ὅ τι καὶ λέγεις εἰδήσω,

A Proinde remedia tua nihil ad meam ſolicitudinem faciunt. At hoc, inquit, remedium fuerit: Trita via tutiſſima eſt. Mihi verò diuerſum, inquam, placebat: Aiunt Annicerin Cyrenaicum quendam philoſophum ſe aurigantem Platoni oſtentaſſe ante Academiam, quòd in eadem orbita ſubinde duceret & reduceret currum, nihil deerrans, vt veſtigia tantùm vnius perpetui curſus viderentur. Ego contrà ſtudeo tritam viam & vetera veſtigia effugere. Verùm difficile eſt nouam viam relicta verere excogitare. Ad hæc Therſagoras ait: Placet igitur Paſſonis conſilium? Quod? B inquam. Non enim audiui. Tum ille: Ferunt quendam cum Paſſone pactum eſſe, vt equum pingeret volutantem ſe: iſte currentem pinxit, & circa equum exuſcitatum puluerem. Cúmque adſtaret apud pingentem ille qui locauerat equum pingendum, & cum pictore expoſtularet, quia aliud pactus eſſet, exhibet pictor tabulam puero, & iubet inuertere, ac picturam illi oſtendere: ita videbatur equus in tergo iacere, ſéque volutare. Feſtiuè, inquam: verùm putas me tot annis non ſæpe conatum eſſe C vt materiam verterem? Ego verò multifariam verti ac reuerti, & vereor ne mihi ad extremum accidat idem quod Proteo. Quidnam? ait ille. Hic fertur conſumptis omnibus formis quas ſolebat induere, videlicet beſtiarum, plantarum, elementorum, rurſus penuria peregrinæ formæ Proteus factus. Tu, inquit ille, magis varias formas excogitas quàm Proteus, vt effugias meam recitationem. Ego verò, inquam, libenter præbebo me auditorem, & eiciam curam excogitandæ orationis ex animo. Forſan enim cùm lecto poëmate deſines partum tuum curare, me quoque parturientem adiuuabis. Itaque cùm perfeciſſem tandem, ſedimus in proximo ſaxo. Hic ego audio recitantem egregium poëma. At inter legendum repentè velut furore percitus, clauſo libro, Aufer, inquit, mercedem huius auſcultationis, ſicut Athenis ſportulæ dabantur in concionibus ac iudiciis. Sed vide etiam atque etiam, vt gratiam mihi habeas. Egóne, inquam, gratiã habeam, cùm nondum intelligam quid dicas? D

Verùm quid eſt quod promittis? Incidi, ait ille, in domeſticos commentarios regum Macedoniæ, quæ res incredibilem mihi lætitiam attulit: quare librum illum non ſine magno negotio mihi comparaui: huius mihi iam venit in mentem. Continet autem cùm reliquam interiorem Antipatri vitam, tum etiam quædam de Demoſthene, quæ eupidè lecturus videris. Ego verò iam, inquam, refero gratiam pro euangelio: dabo tibi operam reliquos verſus recitanti, neque dimittam donec promiſſum præſtiteris. Nam vt Homeri encomio magnifieè me delectaſti, ita delectaberis haud dubiè & Demoſthenis encomio. Poſtquam igitur perlegit reliquos verſus, pauliſper ibi commorati ſumus, donec pro poëmate debitas laudes rependerem. Deinde ad ædes Therſagoræ imus: ibi vix tandem reperit librum, ſed reperit tamen: quem ego accipiens, domum redij: & cùm legiſſem, decreui nihil mutare, ſed totam hiſtoriam vobis ad verbum recitare. Non enim minor honos habetur Æſculapio cùm Aliſodemi & Sophoclis verſus ei decantantur, ſi deſit nouum poëma ſacrificantibus. Et Baccho iam olim deſiit mos noua poëmata faciendi: ſed aliis compoſita non minorem gratiam merentur his qui ea tempeſtiuè proferunt ad Bacchum celebrandum. Liber autem hæc continebat (licet enim mihi interdum addere commentarium) Narratio autem libri erit. Sic igitur ait, Antipatro indicatum eſſe quòd adeſſet Archias. Verùm ſi quis adoleſcentium hoc ignorat, Archias fuit is cui tex mandauerat exules capere. Habebat autem & de Demoſthene mandatum, vt nulla vi adhibita perſuaderet ei vt ex Calauria diſcedens, ad Antipatrum veniret. Porrò Antipater in tãtam ſpem erectus anxiè expectabat Demoſthenis aduentum. Quare cùm audiuiſſet Archiam ex Calauria venire, móx iuſſit eum intrò vocari. Poſtquam ingreſſus eſt: ſed ipſe liber narret iſta. ARC. Salue Antipater. ANT. Quid ni ſaluus ſim, ſi quidẽ Demoſthenem adducis? ARC. Adduco vt potui: nam vrnam adueho in qua ſunt exuuiæ Demoſthenis. ANT. Magna de ſpe deiectus ſum: quid enim mihi cũ vrna & oſſibus, ſi non contigit Demoſthenes?

τί δ' ἔστιν ὅ, τι καὶ λέγεις; Μακεδονικοῖς, εἶπεν, ἐντυχὼν τῆς βασιλικῆς οἰκίας ὑπομνήμασι, καὶ τότε ὑπερηδεὶς, τὸ βιβλίον οὐ κατὰ πρέργον ἐκτησάμην· καὶ νῦν ὑπομνήσθων ἔχων οἴκαδε. γέγραπται δ' ἄλλα τε περὶ Ἀντιπάτρου περιεχόντων ὑπὲρ τῆς οἰκίας, καὶ περὶ Δημοσθένους ἃ μοι δοκεῖς ἂν καὶ πρότερος ἀκοῦσαι. καὶ μήν, εἶπον, ἤδη γέ σοι τὴν εὐαγγελίαν χάρις, καὶ τὰ λοιπὰ τῶν ἐπῶν. ἐγὼ μὲν οὖν οὐκ ἀπολείψομαί σου πρὶν ἢ πλήρωσιν ἔργον σοι γένεσθαι. σὺ δ' εἰσίαχας μέν με λαμπρῶς τὸν Ὁμήρου ἐπαινέσαντα, ἔοικας δ' ἐστάσειν αὐτὸς καὶ τὸν Δημοσθένους. ὡς οὖν αἴρωμεν τὰ λοιπὰ τῆς γραμματικῆς, ἀφικόμενοι ὀλίγον, ὅσον ἀποδοῦναι τῷ ποιήματι τοὺς δικαίους ἐπαίνους, ἤλθομεν εἰς τὸν Θερσαγόρου. καὶ μάλις μέν, ὅτι τυγχάνει δὲ τοῦ βιβλίου, κἀγὼ λαβὼν τότε μέν, ἀπηλλαττόμην. ἐντυχὼν δ' ὕστερον πάλιν ἀνέμνησα διατείνων, ὡς οὐδὲν ἦν παραλειπόμενον, ἀλλ' ἐκ' αὐτοῦ ὀνομάτων τε καὶ ῥημάτων ὑμῖν ἀπαλέξομαι. οὐδὲ γὰρ τοῦ Ἀσκληπιοῦ μεῖόν τι γίγνεται τῆς τιμῆς, εἰ μὴ τοῦ παρεστῶτος ἀσκληπιοῦ τὰ ποιήματα, ἀλλὰ τὸν Ἀλισόδημον τὸν Τροιζήνιον, καὶ Σοφοκλέους, ἄδεται, καὶ τοῦ Διονύσου, ὃ μὲν παιᾶνα καλῶ ποιεῖν, κωμῳδίας, ἢ τραγῳδίας, ἐκλελοιπότας· τὰ δ' ἐπέῳα σεμνοπρεπῆ, ἃ ἐγὼ εἰς μέσον ἐν καιρῷ κομίζειν. χάριν οὐκ ἐλάττω φέρει, τῷ τὸν θεὸν δοκεῖν τετιμηκέναι. ὁ μὲν οὖν βιβλίον, τοῦτο. ἔστι δὲ τοῦ ὑπομνήματος ὃ παρεσκευασμένον ἡμῖν μέρος, ὃ ἦ δρᾶμα τοῦ βιβλίου, φησὶν, Ἀντιπάτρῳ μεμηνύσθαι παρόντα τὸν Ἀρχίαν. ὁ δ' Ἀρχίας, εἴ τις ἄρα τοῦ νεωτέρου ἀγνοεῖ, τοὺς φυγάδας ἐπέπακτο συλλαμβάνειν. ἐπέστελλε δ' αὐτῷ ἐκ Δημοσθένους ἀπὸ τῆς Καλαυρείας πεῖσαι μᾶλλον, ἢ βιάσασθαι παρὸς τὸν Ἀντίπατρον ἥκειν. ὁ δὲ μετέωρος ὁ Ἀντίπατρος ὅτι ζωπυρεῖ τὴν ἐλπίδα, τὸν Δημοσθένους ἀεὶ προσδοκῶν· ὡς οὖν ἤκουσεν ἀπὸ τῆς Καλαυρείας ἥκοντα τὸν Ἀρχίαν, οἷος ὡς εἶχεν, ἐκέλευσεν εἴσω καλεῖν. ἐπεὶ δ' εἰσῆλθεν, αὐτὸ τὸ φερόμενον τὰ λοιπὰ ὁ βιβλίον. Χαῖρε, ὦ Ἀντίπατερ· τί δ' ἂν μέλλω χαίρειν, εἰ Δημοσθένην ἄγεις; ἄγε δ' ὡς ἐδυνάμην ὑδρίαν γὰρ κομίζω τοῦ Δημοσθένους λέγειν. ἀπ' ἐλπίδος γε μὴν ἔσφαλας, ὦ Ἀρχία· τί γὰρ τῶν ὀστῶν, καὶ τῆς ὑδρίας, Δημοσθένην οὐκ ἔχοντες;

πλὴν ἡδ ψυχὴν αὐτὸν, ὦ βασιλεῦ, τοῖς ἐκείνου A ARC. Non fuit possibile, Rex, viuum in hostium potestatem redigere. ANTI. Cur non in Bœotia aut hic accepistis aurum ad eum corrũpendum? ARC. Nos verò citiùs Byzantium vi aut machinis, quàm Demosthenem auro expugnaremus. ANTI. Ego, Parmenio, si quis Athenienſis in consiliis Reipublicæ pluris facit me quàm patriam, huic argentum offerre soleo, amicitiam non offero. Si quis autem propter patriam mihi inimicus est, aduersus hunc bellum gero, vt aduersus arcem, mœnia, portus, fossam. Admiror autem virtutem, & vrbem beatam esse duco, cui talis ciuis contigit. At proditores, cùm eorum opera non indigeo ampliùs, perdere cupio. Illum autem incorruptum ciuem malim apud me habere, quàm equitatum Illyricorum, & Triballorum, aut quicquid est mercenariorum militum. Nec postpono his eloquentiam ac prudentiam talis viri. Cùm hæc ad Parmenionem dixisset, rursus mecum loqui cœpit. Ego enim, inquam, curaui diligenter eos qui cum Diopithe Athenas missi sunt. Ille verò scitè admodum ridens, Tu verò, inquit, nobis ab Athenienſi duce aut milite metuis? Triremes, Piræus, portus, nũgæ sunt. Quid enim facerent homines in spectaculis, ludis, conuiuiis, vitam omnem consumentes? Si vnus Demosthenes non fuisset Athenis, facilius potiti essemus vrbe, quàm Thebis aut Thessalia, dolo, vi, opprimentes, & corrumpentes: verùm vnus ille vigilat, in omnes intentus occasiones, & nostros obseruat impetus, & instructus est aduersus nostra consilia. Nunquam fallere neque insidiando, neque agendo, neque consulendo possumus. Hic velut murus est aut scopulus obsistens quominus omnia primo impetu capiamus. Nam quantum in ipso fuit, non potuissemus Amphipoli, non Olyntho, non Phocensibus, non Pylo, non Cherroneso, non ora Hellesponti potiri. Ille inultos incitat, & tanquam mandragora sopitos expergefacit, ac velut secans & vrens castigat ignauiam summis libertatis, nihil ad gratiam dicens. Publicas pecunias quæ antea dissipabantur in ludis, confert in stipendium: conscribit classem, quæ penè

τὴν ἐκείνου ἀρχὴν, οὐδ' ἂν εἷς ἐκείνου B
ἐκείνῳ ἐπιβουλεύσειεν, ἀλλὰ πάντες ἂν
ἐκείνῳ συμμαχοῖεν. ἐγὼ δὲ, ὦ Παρμενίων,
ἔφη, εἴ μοί τις Ἀθηναῖος ὢν ἐκ Ἀθηναίας
λέγων, ἐμὲ τῆς πατρίδος ἀντιτιμᾷ, τούτῳ
ἀργύριον μὲν ἀντιδίδωμι αὐτὸς, φιλίαν δ' οὐκ
αὐτός. εἰ δέ τις ὑπὲρ τῆς πατρίδος ἐμοὶ μισεῖ,
τούτῳ πρὸς πόλεμον μοι, ὡς ἀκροπόλει, καὶ
τείχει, καὶ νεωρίοις, καὶ πάρεδρα θαυμάζω δ' τῆς
ἀρετῆς, καὶ μακαρίζω γε τὴν κτήσασθαι τὴν
πόλιν· καὶ τοῖς μὲν, ἔξω τῆς χρείας ἡρώμενος, C
ἥδιστ' ἂν ἀπολέσαιμι· τὸν δὲ βουλοίμην ἂν ἐκεῖνον ἐν ἡμῖν τυχεῖν ἡρώμενον
μᾶλλον, ἢ τὴν Ἰλλυρικὴν ἵππον, καὶ Τριβαλλῶν, καὶ πάσῃ τῇ μισθοφορικῇ τῆς ὅπλων
δυνάμεως, τὴν τοῦ λόγου πειθὼ, καὶ τὴν τοῦ νοῦ
ἐμβριθῆ εὐδαιμονίαν πρὸς ταῦτα παρεβαλλόμην. ἐπεὶ δὲ ταῦτα Παρμενίωνα μὲν ἐκεῖνον ἐποίησε, πρὸς ἐμὲ δέ τινας καὶ περὶ
ἐμοῦ λόγους ἐποιήσατο. τὴν γὰρ μετὰ Διοπείθους Ἀθήναζε ἀποστολὴν, ἐγὼ μὲν εἶχον
οὐδέν. ὁ δὲ μάλα γελάσας, Σὺ δὲ, ἔφη, Ἀθηναίων στρατηγὸν, ἢ στρατιώτην
δέδοιγας ἡμῖν; αἱ μὲν νῆες, καὶ ὁ Πειραιεύς, καὶ τὰ νεώρια, λιμένες ἐμοιγε, καὶ φλέναφος. τὴν δὲ ἀθρόοι παρέξαιεν ἂν ἡγεμονεύοντες, ἐν χρεομονίαις καταζῶντες καὶ
χοροῖς; εἰ δὲ μὴ Δημοσθένης εἷς ἦν Ἀθηναίοις ἐμπόδιος, ῥᾴδιον ἂν εἴχομεν τὴν πόλιν, ἢ
Θηβαίοις καὶ Θετταλοῖς ἅπαντες, βιαζόμενοι, φθάνοντες, ὑπνοῦμεν· νῦν δ' εἷς ἐκεῖνος
ἐγρηγόρει, καὶ πᾶσι τοῖς ἡμετέροις ἐφέστηκε, καὶ
ταῖς ἡμετέραις ὁρμαῖς ἐπακολουθεῖ, καὶ ἡμῖν
στρατηγήμασιν ἀπροσδόκητα πίπτει. λανθάνομεν δὲ αὐτὸν ἐπιχειροῦντες, οὐκ ὀπτεύοντες, D
ἀβλεπτοῦντες, καὶ βαλλόμενοι, καὶ κατάπαξ κωλύει τι, καὶ πρόβολος ἡμῖν ἀνθεστώς ἐστι,
μὴ πᾶν ἐξ ὑπονοίας ἡμᾶς. ὃ γάρ τοι κατ' αὐτὸν, οὐκ Ἀμφίπολιν εἴλομεν, οὐκ Ὄλυνθον, οὐ Φωκέας, οὐ Πύλον ἔχομεν· οὐκ Χέρρονησον, οὐ τὴν ἐπὶ τὸν Ἑλλήσποντον κατέχομεν· ἀλλ' ἀΰπνοι μὲν ἀνίστασι, ἐξ ὑπνου μεγάλου καθεύδοντας τοὺς αὐτῶν πολίτας, ὡσεὶ τομίᾳ τινὶ καὶ καιρίᾳ τῆς ῥᾳθυμίας τῇ πατρῴᾳ χρώμενος, ὀλίγου τοῦ προσῆκον ἀφεῖλε· μεταπέμπει δὲ τὴν χρημάτων τοῖς πόλεως, ἀπὸ τῆς διαίτης, ὅτι τὰ στρατιωτικὰ σιτηρέσια· ὃ καινὸν, νόμοις παραφρονῶν,

perierat cõfuſione veterum tributorum. Et vrbem, quæ iam nihil generoſum cogitabat, tantùm ſportulas & ſeſquidenarios captabat, reſtituit in priſtinam dignitatem, & excitauit fractos & abiectos ciues ad imitationem gloriæ maiorum, & rerum ad Marathonem & Salaminem geſtarum. Et Græcos inter ſe ſocietate & fœderibus deuinxit. Hic non poteſt falli, non arte decipi: corrumpi verò non magis poteſt, quàm Ariſtides à rege Perſarum corrumpi potuit. Hunc igitur, Antipater, magis formidare oportuit, quàm omnes triremes, & vniuerſam claſſem. Quod enim apud veteres Athenienſes Themiſtocles & Pericles fuerunt, id nunc eſt iſtis Demoſthenes, prudentia par Themiſtocli, magnitudine animi Pericli. Itaque redegit in ipſorum poteſtatem Eubœam, Megara, oram Helleſponti, Bœotiam. Et feliciter accidit quòd Athenienſes Charetem, Diopithen, & Proxenum, & ſimiles quoſdam præficiunt exercitui; Demoſthenem verò domi retinent in ſuggeſtu. Quòd ſi hic in poteſtate haberet arma, naues, exercitus, occaſiones rei bene gerendæ, & pecuniam, vererer ne de Macedonia iam periclitaremur. Nunc enim decretis tantùm pugnans nos vndique adoritur, occupat, conficit pecuniã, exercitus. Sed cur non comprehendiſtis viuum? A R. Cepimus viuum. A N T. Num in itinere extinctus eſt? A R. Non, ſed in Calauria, vbi erat. A N. Forſan hoc accidit negligentia veſtra, quia non bene tractaſtis hominem. A R. Imò non fuit in poteſtate noſtra. A N T. Quid ais? mera ſunt ænigmata quæ dicis: viuum cepiſtis, nec tamen fuit in poteſtate veſtra. Non mandaſti initiò ne quis ei vim afferret? A R. Nihil profuit quòd nemo ei vim attulit: hoc enim curæ nobis fuit. A N. Non accidit igitur veſtra negligentia, ſed fortaſſe vos ipſi interfeciſtis eum. A R. Non interfecimus: neque opus erat ei vim afferre, cùm verbis impetraremus vt imperata faceret. Quid autẽ prodeſſet ſi viuum adduxiſſemus? Quid faceres de eo aliud, quã quòd occideres? A N. Dij meliora, Archia: non ſatis animaduertiſti aut qualis vir fuerit Demoſthenes, aut quod meum ſit de his iudiciũ: ſed putas perinde eſſe Demoſthenem inuenire, & hos proditores, qui malè perierũt,

χεῖς ἐπὶ τῆς ἀπαξίας μονονοὺ πλέως διεφθαρμένον. ἐγείρᾳ δ' ἐρριμμένον ἤδη χρόνου πρὸς τὴν δραχμὴν καὶ ὀβολὸν ὁ τῆς πόλεως ἀξίωμα, πάλαι τούτοις καταπεπλιμμένους, εἰς τοὺς προγόνους ἐπῳάγων, καὶ τὸν ζῆλον τῶν Μαραθῶνι καὶ Σαλαμῖνι κατειργασμένων. συνίστησι δ' ὅπλ συμμαχίας, καὶ ναυπάξεις Ἑλληνικάς. τοῦτον ἁλῶναι ἧττον, ἢ φοβεῖσθαι, ἢ φιλεῖσθαι δ' ἢ μᾶλλον, ἢ τὸν Ἀριστείδην ἐκεῖνον ὁ Περσῶν βασιλεὺς ἐφοβήθη. τοῦτον οὖν, ὦ Ἀντίπατερ, χρὴ διαλέγειν μᾶλλον, ἢ πάσας τριήρεις, καὶ πόλεις ἀποστῆναι. ὃ γὰρ Ἀθηναίοις τοῖς πάλαι Θεμιστοκλῆς, καὶ Περικλῆς ἐγένετο, τούτοις νῦν ὁ Δημοσθένης ἐφάμιλλος, Θεμιστοκλεῖ μὲν, τὸ συνιέναι, Περικλεῖ δὲ, τὸ φρόνημα. κεκτήσατο γοῦν αὐτοῖς ἀπούσι, Εὔβοιαν, Μέγαρα, τὰ πρὸς τὸν Ἑλλήσποντον, τὴν Βοιωτίαν. Καὶ καλῶς γε, ἔφη, ποιοῦσιν Ἀθηναῖοι, Χάρητα μὲν καὶ Διοπείθην, καὶ Πρόξενον, καὶ τοιούτους τινὰς ἀποδεικνύντες στρατηγοὺς, Δημοσθένην δ', εἴσω κατέχοντες ὅπλ τοῦ βήματος. ὡς εἰ τοῦτον τὸν αὐθέντην ὅπλων ἀπέφηναν καὶ νεῶν, καὶ στρατοπέδων, καὶ χρημάτων κύριον, οὐκᾶν μὴ πρὸς τῆς Μακεδονίας ἂν κατέστησάν μοι τὸν λόγον. ὃς καὶ νῦν ἀπὸ ψηφίσμ[ατος] ἀγωνιζόμενος ἡμῖν, πάντα χοῦ συμφερόντως, καταλαμβάνει, πόρους οἰκείους, δυνάμεις συλλέγει. τί δ' ὃ ζῶντα κατειλήφατε; κατειλήφαμεν. καὶ τί οὐδὲν οὖν τέθνηκεν; οὐκ, ἀλλ' οὐκοῦν ἐν Καλαυρείᾳ. πάλαι τῆς ὑμετέρας λέγουσιν ἔργον ὀλιγωρίας, ἀφεθέντων τὸν ἄνθρωπον; ἀλλ' ἐδεῖ ὑφ' ἡμῶν ἑλόντα. τί φῄς; αἰνίγματα λέγεις, ὦ Ἀρχία. ζῶντα λαβόντες οὐκ ἔχετε; ἀλλὰ γὰρ οὐκ ἐκέλευες τοῦ τε σώματος μὴ βιάζεσθαι; καίτοι πλέον' αὐτὸν βιασαμένοις οὐδὲν ἦν· καὶ γὰρ οὖν ἐμελήσαμεν. οὐκ ἄρα ὑμεῖς οὐδὲ μελήσαντες· ἴσως οὖν οὐ τῆς ὑμετέρας τέθνηκεν ἀπιστίας ἡμᾶς μὲν αὐτὸν οὐκ ἀπεκτονέναμεν, διαφθεῖραι δ' αὐτὸν μὴ πεῖσαι ἀναγκαῖον ἦν. σοὶ δ', ὦ βασιλεῦ, τί δοκεῖ πλέον, εἰ ζῶν ἀφίκετο; πῶς οὐκοῦν αὐτὸν, ἢ ἀπέκτειναν. Εὐφήμει, ὦ Ἀρχία· δοκεῖς μοι μὴ συνιέναι ἐννοεῖσθαι, μεθ' ὅστις ὁ Δημοσθένης, μήτε τὴν ἐμὴν γνώμην. ἀλλὰ νομίζειν ὅμοιον εἶναι Δημοσθένην εὑρεῖν, καὶ τούτους ζητεῖν τοὺς κακῶς ἀπολωλότας,

Ἱμεραῖον τὸν Φάληρέα, καὶ τὸν Μαραθώνιον
Αἰσχίνην, καὶ τὸν ἐκ Πφαιᾶσε Εὐκράτη,
τοὺς ῥαγδαίων ῥευμάτων οὐδὲν διαφέρον-
τας, αἰθεφήπους ταπεινοὺς, ἀφορμὴν τοῦ ἐγ-
κύρσαν θορύβων ὑπερηφάνους γιγνομένους, καὶ πρὸς μι-
κρὰν ταραχῆς ἐλπίδα θρασέως ἐξαναστάν-
τας, εἶτα πλήξαντας οὐκ εἰς μάχην, δίκην τ᾽
δειλιώδη πτοουμένους· καὶ τὸν ἄπιστον Υπερίδην,
καὶ τὸν ἄφιλον δημοκόλακα, τὸν οὐδὲν αἰσχρὸν νο-
μίσαντα κολακείᾳ τ᾽ πλήθους, συκοφαντῆσαι
Δημοσθένην, καὶ εἰ αὐτὸν εἰς τοῦτο καταγαγεῖν
δέοντον, ἐφ᾽ οἷς αὐτὸς μετενόησεν, οἷς ἐχαρί-
ζετο. μετ᾽ ὀλίγον γοῦν τῆς συκοφαντίας λαμ-
πρότερον ἢ κατ᾽ Αλκιβιάδην αὐτῷ τὴν
κάθοδον ἀκηκοέναι ἡγείαζε. τῷ δὲ οὐκ ἔμελ-
λεν, εἰ ἐπηκολούθει τῇ τοτὲ φιλτάτῃ
τῇ γλώττῃ χρώμενος, ἵν᾽ ἔχοιεν δίκην τῆς
ἀγνωμοσύνης ἐκτεμεῖν. τί δ᾽ οὐκ ἐχθρὸν
ἡμῖν ἔδοξεν ὁ Δημοσθένης; ὑφ᾽ ὅτου μέλλοι
ἐγὼ τοῦ πίστεως, φίλον πρὸς ἅπαντα, καὶ βέβαιον
ἦθος ἠγνοεῖτο. Τὰ γοῦν καλὰ, καὶ πρὸς
ἐχθροῖς καλὰ, καὶ ὃ τῆς ἀρετῆς, πρωταγω-
νίστον. οὐδὲ κακίων ἐγὼ Ξέρξου, τοῦ Βοῦλιν
καὶ Σπέρχιν τοὺς Λακεδαιμονίους θαυμά-
σαντος, καὶ κτεῖναι παρὸν, ἀφέντος. ἀλλ᾽ εἴ δή
τινα πρώτων, καὶ Δημοσθένην, αὐτός τε δὶς
Αθήνησιν, εἰ ἐγὼ καὶ πολλοῦ χρόνου συγ-
γενόμενος, καὶ τὰ δι᾽ ἄλλων ἀκροώμε-
νος, ἔκ τε τῶν πολιτευμάτων αὐτοῦ εἰ-
χον θαυμάσας, οὐχ ὡς αὐ νομίσειέ τις τῆς τοῦ
λόγου δεινότητος· εἰ καὶ μηδὲν μοὶ ὁ Πύθων
πρὸς αὐτὸν, οἱ δ᾽ Αττικοὶ ῥήτορες παίγνια,
πρὸ γε βάλλειν τοῦ τότου κρότου, καὶ τόνου, καὶ
λέξεων ῥυθμοῦ, καὶ ταῖς τῶν διανοιῶν ἐπει-
σφοραῖς, καὶ συνεχείαις ἀποδείξεων, καὶ τοῦ
συναπτικοῦ μοι, καὶ χρηστικοῦ. μετενοοῦμεν γοῦν
ὅτι τοὺς Ελληνας Αθήναζε συνηγείρομεν,
ὡς ἐλέγξοντες Αθηναίους, Πύθωνι, καὶ τῆς
Πύθωνος ἐπαγγέλμασι πεπιστευκότες. εἶτα
Δημοσθένει, καὶ τῆς Δημοσθένους ἐλέγξεως ἐπε-
πεσόντες. ἀλλ᾽ ἡμῖν ἀπροόπτως ἡ δύναμις
αὐτοῦ τοῦ λόγου. ἐγὼ δὲ, τοῦτον μὲν δεινότερον
ἕπαντος, οὐ χώρᾳ πλὴν ἐργάσου· Δημοσθέ-
νην δ᾽ αὐτὸν ὑποπτεύω τῆ τε φρονήμα-
τος, καὶ τῆς συνέσεως, ἀκλινῆ πρὸς ψυχὴν ἐπ᾽
ὀρθῆς ὑπὸ ἀπάσας φυλάττοντα τειχομάχους τῆς τύχης, καὶ πρὸς μηδὲν τῶν δεινῶν ὑπολυόμενα.

A Himeræum, Ariſtonicum, Eucratem, qui nihil differunt à fluctibus qui perpetuò huc atque illuc agitantur, homines ſordidi, qui per occaſionem ſubitò in tumultibus inclareſcunt, & ad leuem ſpem motus alicuius valde inſolentes ac ſuperbi fiunt: verùm breui tanquam veſpertini flatus metu perterriti diffugiunt. Num ſimilem putas Demoſthenem improbo Hyperidi, perfido aſſentatori vulgi? quem non puduit iniquo iudicio Demoſthenem, vt gratiam apud vulgus iniret, circumuenire: & aſſentari multitudini ea in re cuius ſtatim illos pœnituit? Etenim non multò poſt hãc calumniam
B contigit ei reditus clarior reditu Alcibiadis. Iſtum autem nihil puduit lingua inceſſere homines quondam amiciſſimos, quam conueniebat ei propter ingratitudinem præcidere. A R. Quid audio? non oderas Demoſthenem maximè omnium hoſtium? A N. Non, ſi quidem rationem habeam morum & fidei eius, & amom vbique integritatem & conſtantiam. Nam honeſtæ res etiam apud hoſtes honeſtæ ducendæ ſunt, &
C virtus vbique digna laude eſt. Neque velim eſſe deteriot quàm Xerxes, qui Bulidi & Sperchidi Lacedæmoniis pepercit propter admirationem virtutis eorum, cùm poſſet eos occidere. Ego verò, ſi quem alium, Demoſthenem maximè admiratus ſum, tum quia bis cum eo Athenis congreſſus ſum, tum quia eius laudes ex aliis cognoui. Neque verò tantùm propter eloquentiam (vt arbitretur aliquis) magnifeci eum: quanquam Python ad hunc collatus, nullus erat, & Attici oratores ludus erant cum iſto congreſſi: tantùm vincebat actione, ſono, compoſitione, ſententiarum
D luminibus, denſis argumentis, conciliandis & impellendis animis. Itaque valde pœnituit nos conſilij, cùm Græcos Athenas conuocaſſemus, vt Athenienſes obiurgaremus, freti promiſſis Pythonis. Sumus enim circumuenti Demoſthenis argumentis, qui erat inſuperabilis in dicendo. Sed hãc eloquentiæ laudem nõ duco in illo fuiſſe (erat enim organi vice) ſed magis admiratus ſum eum propter magnitudinem animi & conſilij, & conſtantiæ quam in periculoſiſſimis tempeſtatibus retinebat, nunquam cedens aduerſis rebus.

Ac memini Philippum de illo sic sentire, A qui cùm afferretur quædam concio in qua Demosthenes in Philippum inuectus erat, & Parmenio vehementer stomacharetur, & Demostheni conuitiaretur: Hic vir, inquit, dignus est quem liberè loqui sinamus. Nam huic vni omnium Græciæ oratorum nihil fertur expensum in meis rationibus, cùm quidem ego malim ei confidere, quàm naualibus scribis: nullus est autem istorum, cui non inuenias in meis rationibus perscriptum esse aurum, ligna, reditus, agros: at Demosthenes classes armat, comparat exercitus, & subinde reparat. Talia dicebat ad me Philippus B tunc & sæpe aliàs de hoc viro: & in quadam felicitatis suæ parte numerabat, quòd Demostheni non esset commissa summa imperij apud exercitum, cùm omnia sua consilia perturbarentur illius orationibus, quæ ex Athenis velut arietes vel catapultæ mittebantur. De pugna ad Chæroneam facta, nec post victoriam desiit prædicare quantum hic vir creasset periculum ipsi. Nisi enim præter spem, inquit, propter ducum inscitiam, & aciem malè instructam, & insperatam fortunam, quæ multa nobis conficere solet, vicissemus, vno die non C modò regnum, sed & vitam meam in discrimen adduxerat. Coniunxerat potentissimas vrbes, coëgerat omnes vires Græciæ, Athenienses, Thebanos, Bœotios, Corinthios, Eubœenses, Megarenses: & effecit vt periculum simul omnes ciuitates subirent, & mihi transitum in Atticam intercluſit. Tales erant huius de Demosthene sermones perpetuò: & cùm diceretur ad eum quòd magnum antagonisten haberet populum Athenienſem, respondebat se vnum habere antagonisten Demosthenem. Nam quod absque Demosthene D sit, Athenienses similes esse Ænianensium & Thessalorum. Et quando legatos ad vrbes mittebat, si quos alios miserant Athenienses, facilè vincebat ipse, sed Demosthene præsente frustra inquit se legatos mittere: Non enim possunt contra Demosthenis eloquentiam erigere tropheum. Sic Philippus dicebat.

καὶ Φίλιππον δὲ τὰ ἐμοὶ γράμμα ἔχοντα περὶ ταύτης ἀπεφαίνειν. οὗτος μόνος δημηγορίας ἐξαγγελθείσης Ἀθήνηθέν ποτε, καθαπτομένης τῶν Φιλίππου, καὶ Παρμενίωνος ἀγανακτήσαντος, καί τι καὶ σκωπτικὸν εἰς τὸν Δημοσθένην ἐπειπόντος, Ὦ Παρμενίων, ἔφη, δίκαιος ὁ Δημοσθένης παῤῥησίας τυγχάνειν. μόνος γάρ τῶν ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος δημαγωγῶν, οὐδαμοῦ τῆς ἀπολογισμοῖς ἐγγεγραπται τῶν ἐμῶν ἀναλωμάτων. καίτοι μᾶλλον ἠβουλόμην, ἢ γραμματεῖσι πειθεῖταις ἐμαυτὸν πεπιστευκέναι. νῦν δ' ἐκείνων μὲν ἕκαστος ἀπογέγραπται, χρυσίον, ξύλα, πόλεις, ἀρέμματα, γῆν· ὁ δὲ, δύσμαχος σύλλους ἀποπέμπει, σὺν παντὶ δυνάμει, ἀνύπαρθίστατα. τοιαῦτα καὶ τότε, καὶ πολλάκις περὶ μὲ Φίλιππος περὶ ταύτης ἔλεγεν, ἐν τῷ παρὰ τὴν τύχης χρηστῶν πλήθους, ὃ μὴ κρατηθεῖν τὸν Δημοσθένην. οὐδὲ καὶ ὁσίς λόγοις ὡς ἀφ' ἡμῶν, ἢ καταπέλτης Ἀθήνηθεν ὁρμωμένους, ὥσπερ αὐτὸ, καὶ κατεφέρειν τὰ βουλεύματα. περὶ μὲν γὰρ Χαιρωνείας, οὐδὲ μὴν τῶν νίκην ἐπαύετο περὶ ἡμᾶς λέγων, εἰς ὅσον αὐθέφρος ἡμᾶς κινδύνου κατέστησε. μὴ γὰρ εἰ παρ' ἐλπίδα, καὶ κακῶς κρατηθῶν, καὶ κρατήσων τῇ ἀπαξίᾳ, καὶ τῇ παραδόξῳ ῥοπῇ τῆς τύχης, τῇ πολλὰ πολλάκις ἡμῖν συμφραγμένῃ, κακῶς ἔκαμεν. ἀλλ' ὅτι μιᾶς γε ταύτης ἡμέρας, τὸν περὶ τῆς ἀρχῆς καὶ τῆς ψυχῆς κίνδυνον ἐπέστησέ μοι, ταῖς ἀρίστας πόλεις εἰς ἓν συναγαγών, καὶ πᾶσαν τὴν Ἑλληνικὴν δύναμιν ἀθρόαν, Ἀθηναίους ἅμα, καὶ Θηβαίους, Βοιωτούς τε τοὺς ἄλλους, καὶ Κορινθίους, Εὐβοέας τε, καὶ Μεγαρέας, καὶ τὰ κράτιστα τῆς Ἑλλάδος ἀθρόον κινδύνῳ καταμαγκάσας, καὶ μηδ' εἴσω με τῆς Ἀττικῆς ὑπερέβασας πρελθεῖν. τοιοῦτοί τινες ἦσαν αἱ περὶ συνεχεῖς περὶ Δημοσθένους οἱ λόγοι, καὶ ὅσοις τοὺς λέγοντας, ὡς μέγαν ἔχοι τὸν Ἀθηναίων δῆμον ἀνταγωνιστήν, Ἐμοὶ Δημοσθένης μόνος, εἶπεν, ἀνταγωνιστής. Ἀθηναῖοι δὲ, Δημοσθένους ἐκ ἔχοντες, Αἰνιανεῖς εἰσι, καὶ Θετταλοί· ἢ παρέβολε ὁπότε ποτὲ πρὸς τὰς πόλεις πέμποι, τῷ μὲν ἄλλων ῥητόρων εἴ τινας ἢ τῷ Ἀθηναίων πόλις ἀνταπόστελλοι, τῇ παρρησίᾳ ῥᾴστα ἂν κακῶς τῶν Δημοσθένους δ' ὑπισάντες, Μάτην, εἶπεν ἂν ἐπρεσβεύσαμεν· ἡ γὰρ ὅστις ἐστὶ τὸν Δημοσθένους λόγων ἐλεῖν ἔμαθον. ταῦτα ὁ Φίλιππος.

καὶ μὴν τοι καὶ πολλῷ ἐλάττων αὐτὸς ἐλαττῶν ἂν ἔχοντες, εἰ ἐλάβομεν τοιοῦτον ἄνδρα. τοῦς Διός, Ἀρχία, τί ποτε νομίζεις, βοῦν ἂν ὅτι σφαγὴν ἤγημαι, ἢ πολὺ μᾶλλον ἂν συμβουλὴν περὶ τῶν Ἑλληνικῶν πραγμάτων, καὶ τῆς ἀρχῆς πάσης ἐποιούμεθα; φύσει μὲν γὰρ αὐτῷ, καὶ κατ' ἀρετὴν προσεπεποίητο ἐξ αὐτῶν τὸν πολιτευμάτων. ἔπι δὲ μᾶλλον Ἀριστοτέλης μαρτυρεῖ. τοὺς τ' ἐκεῖνον τὸν Ἀλέξανδρον, καὶ πρὸς ἡμᾶς ἥκειν, οὐδὲν ἐπαύετο θαυμάζων ἄνδρα τοσοῦτον ὄντων αὐτῷ τῶν προσπεφοιτηκότων, μηδένα ὅτῳ πώποτε θαυμάσαι, μεγέθους τε φύσεως, καὶ τῆς περὶ τὴν ἄσκησιν ἐγκρατείας, καὶ ἀοργησίας, καὶ παρρησίας, καὶ καρτερείας. Ὑμᾶς δ', ἔφη, θαυμάζειν ὡς ὑπὸ Εὐβούλου, καὶ Φρυνώνος, καὶ Φιλοκράτους, καὶ πειρᾶσθαι δώροις καὶ τοῦτον ἀναπείθειν ἀνδρα τοιοῦτον, καὶ τὰ πατρῷα ἀναλίσκειν εἰς Ἀθηναίους, ἰδίᾳ τε τοῖς δεηθεῖσι, καὶ δημοσίᾳ τῇ πόλει καταναλώσαντα. θαυμάζετε δὲ, φοβούμενοι οἴεσθε, πάλαι βεβουλευμένον τὸν ψυχὴν ὑποθῆναι τὰς τῆς πατρίδος ἀθλίους τύχας· καὶ καθαιρουμένου τὴν προπομένων ὑμῶν, ἀγανακτεῖτε. ὅστις οὐδὲ τὸν Ἀθηναίων δῆμον ὑποστέλλεται. λέληθεν ὑμᾶς, ἔφη, τῇ μὲν τῆς πατρίδος βουλόμενος, αὐτῷ δὲ τὴν πολιτείαν γυμνάσιον φιλοσοφίας προθέμενος. Τὰ παῦτα, ὦ Ἀρχία, ὑπερθαυμάζων αὐτῷ συνηδόμενος, τὴν τε ἡμέραν, ἣν ἔχει τὸν παρόντων, ἀκούσας λέγοντος, καὶ τὴν ἀεὶ ποθουμένων ἡμῖν χολάκων, εἰ ἐθέλοιμεν, ἀπορᾶς, ἁπλοῦ τινος ἐξ ἐλευθέρας γνώμης ἀκούσας λόγου, καὶ φιλαλήθους συμβουλῆς μεταλαβών. καί τι καὶ νῦν θαυμάσιον, ὑπὲρ οἵων ἔστιν Ἀθηναίων τὴν ἀφέλειαν, πολλὰ ποθαλάττοιτο τὸν αὐτὸν βίον, ἄξιον διηπορημένεσθαι καὶ βεβαιοτέρους κεχρῆσθαι φίλοις, ὦ βασιλεῦ, τῶν μὲν ἄλλων, ἴσως αὐ ἔτυχες. Ταυτὶ δὲ, μᾶλλον δὲ ἔλεγες· ὅτῳ μανικῶς φιλαθήναιος εἶ. Τοῦτο, ὦ Ἀρχία, τί γὰρ αὐ λέγειμι; ἀλλὰ πῶς ἀπέθανεν; εἰκὸς ἦν μᾶλλον, ὦ βασιλεῦ, θαυμάσαι, καὶ γὰρ ἡμεῖς οἱ πεπαιδευμένοι, διεφέρομεν οὐδὲν ἐκπλήξει τε καὶ ἀπιστίᾳ τῶν ἐρώντων. ἐοικὲ γὰρ δὴ πάλαι ὧν ὧδε βεβουλευμένος τοῖς ὑστάτης ἡμέρας· δηλοῖ δὲ ἡ θάνατος. καὶ δῆτα μὲν γὰρ εἶδον ἐν τῷ νεῷ, μᾶλλον δὲ τῶν ἡμέραν λόγους ἡμῖν διαλεγόμενος. τίνες γὰρ ἦσαν οἱ περὶ ὑμῶν λόγοι

A Itaque ego, qui quidem longè inferior sum Philippo, si cepissem talem virum, num velut bouem ad cædem abduceremem, an verò potiùs in consilium de toto regno Græciæ constituendo adhiberem? Nam initiò natura ei bene affectus fui, propter res eius gestas, ac magis propter Aristotelis testimonium, qui solebat eum sæpe ad Alexandrum & ad nos ducere. Et cùm tot essent qui ad eum venire consueuerant, neminem sic admirabatur, propter magnitudinem ingenij, temperantiam, grauitatem, acumen, libertatem, & tolerantiam. Vos, inquit Aristoteles, similem putatis esse
B Demosthenem Eubulo, Phrynoni, & Philocrati, & conamini hunc quoque pecunia corrumpere, qui vniuersum patrimonium in Athenienses priuatim & publicè contulit: & quia nihil proficitis pecunia, minas adhibetis, cùm iste nihil dubitet pro patria mortem oppetere. Et si quid in vobis reprehendit, ægrè fertis: at ille ne populum quidem metuit. Non videtis eum amore patriæ Rempublicam gerere, ac ducere hãc administrationem tanquam philosophiæ ac virtutis scholam quandam esse; quam
C non conueniat ad quæstum aut alias cupiditates conferre? Propterea, Archia, valde optarem mihi eius consuetudinem contigisse, vt consilio eius vti possim in præsentia, & audire vocem liberæ mentis, tot alioqui circumfusus assentatoribus. Ac mihi sanè videtur hoc nomine reprehendendus esse, quòd vitam suam in discrimen adduxit pro tam ingratis ciuibus, cùm posset alios inuenire amicos fideliores & constantiores. ARCH. Alia quidem ô Rex rectè dixisti, sed hoc frustra dixisses illi: adeò furebat amore patriæ. AN. Sic est, ô Archia: quid enim manifesta negem? Sed quomodo mortuus est? ARCH.
D Magis etiam miretis eum ô Rex, si hoc scias. Nam & nos qui affuimus, non minùs obstupuimus, quàm alij spectatores. Videbatur enim iam olim apud se constituisse de hoc exitu vitæ: quod intelligi potest ex apparatu. Sedebat enim intus in templo, ac frustra superioribus diebus cum eo collocuti eramus. AN. Quales fuerunt vestri sermones?

A R. Multa humanissimè proponebam, promittebam ei veniam abs te, non sanè expectans: non enim noram hanc tuam voluntatem, sed arbitrabar te huic vehementer iratum esse: tantùm ista dicebam persuadendi caussa. A N. Quomodo accepit ille vestram orationem? & nihil me celes. Vellem enim me coràm audiuisse: sed tu nihil omittas. Magna res est tanti viri mores sub exitum vitæ contemplari, vtrùm spiritus defecerit, vtrùm expalluerit, an constantiam animi retinuerit. A R. Nullam significationem pauoris edidit. A N. Quomodo? A R. Suauiter enim risit, ac lusit in priorem vitam meam: dixit me ineptum histrionem esse tuorum mendaciorum, nec posse commouere spectatorem. A N. Itaque non credens tuis promissis, despondit animum? A R. Non. quòd si audies reliqua, non tantùm videbis fidem non habuisse, sed etiam acrem obiurgationem attigisse. Dicam enim quia iubes. Non, inquit, indignum est aut nouum Macedonibus sic capere Demosthenem, vt Amphipolin, Olynthum, Oropum. Talia multa dixit. Adhibuimus enim scriptores, qui eius dicta exciperent. Ego, inquit, metu tormentorum aut mortis non moueor, vt spe vitæ propositæ promittam me ad Antipatrum venturum esse. Sed si hæc vera sunt quę dicitis, multo magis cauere debeo ne mens mea videatur ab Antipatro corrupta, néve videar deseruisse ordinem in quo ad Græciæ defensionem collocatus sum, & transfuga factus ad Macedones concessisse. Si mihi honestum est viuere, Piræus præbeat, & triremis quam instruxi, & murus & fossa meo sumptu facta, & tribus Pandionis, cuius caussa vltro ludos feci, & Solon, & Draco, & libertas conciuium, & liber populus, & decreta, & leges classium, & maiorum virtus ac trophæa, & ciuium beneuolentia, qui me sæpe coronauerunt, & Græcorum auctoritas, qui hactenus à me seruati sunt. Quòd si mihi vita debeat contingere alterius misericordia, quanquam id turpe est, tamen hoc beneficium malim accipere à meis ciuibus, quorum redemi captiuos: aut à patribus, quorum elocaui filias, aut quibus donaui pecunias. At si me nec insularum imperiũ, nec mare defender,

πολλὰ καὶ φιλανθρωπα προσυτεινόμην, ἔλεόν τινα σοῦ καθυπισχνούμενος, οὐ μάλα μὴν προσδοκῶν· ἠ γὰρ ἠπιστάμην, ἀλλὰ σὲ ὑμῖν δ' ὀργῆς ἔχειν τὸν ἄνδρα, χρήσιμον δ' οὕτω πρὸς τὸ πείθειν νομίζων. ὁ δὲ πῶς προσεῖπε τοὺς λόγους; καί με μηδὲν ἀποκρύψῃ. μάλιστα μὲν γὰρ αὐτήκοος αὐ ἐβουλόμην προσῶν εἶναι. ἀλλὰ σύγε μὴ παραλίπῃς μηδέν. ἠ γάρ τοι σμικρὸν ἔργον, ἦθος ἀνδρὸς γνῶναι πρὸς αὐτῷ τῷ τέλει τοῦ βίου καταμαθεῖν, πότερον ἄπονος ἢ ῥωδὸς ἰὼν, ἢ πολυπαθὴς ἀκλινὲς ὃ τῆς ψυχῆς ὄρθιον ἐφύλαξεν. Οὐδὲν ἄρα ἔτελλεν ἀληθὲς πῶς γάρ; ὃς ἤδη γελάσας, καὶ μέν δὴ σπουδῇ εἰς τὸν πρότερον βίον, Ἀπίθανον, ἔφη, με ὑποκριτὴν εἶναι τῶν σῶν ψευσμάτων. ἀπιστήσας ἄρα πῖς ἐπαγγέλμασι, προσῆκε τὴν ψυχήν; οὐκ εἶχε τῶν λοιπῶν ἀκούσας, ἃ δόξαι μόνον ἀπιστεῖν, ἀλλ' ἐπὶ κολάσει, ὦ βασιλεῦ, λέγειν, Μακεδόσι μὴ, εἶπεν, οὐδὲν ἀπώμοτον, οὐδὲ προὔδοξον, εἰ Δημοσθένην ὧδε λαμβάνουσιν, ὡς Ἀμφίπολιν, ὡς Ὄλυνθον, ὡς Ὠρωπόν. τοιαῦτα πολλὰ ἔλεγε· καὶ γὰρ οὖν ὑποψιᾶφείας πρέσησάμην, ἵνα σοι τὰ λεχθέντα σώζοιτο. Ἐγὼ μὴν τοι, ἔφη, ὦ Ἀρχία, βασάνων, ἢ θανάτου φόβῳ κατ' ἐμὲ οὐκ ἂν Ἀντιπάτρῳ γνοίμην. ἀλλ' εἰ ταῦτ' ἀληθεύετε, πολύ μοι μᾶλλον ἐπὶ φυλακτέον, μὴ τὴν ψυχὴν αὐτὴν πρὸ Ἀντιπάτρου δεδωροδοκηκέναι, μηδ' ἐμοῦ τὸν ἔταξα, τάξιν λιπὼν τὴν Ἑλληνικὴν, εἰς τὴν Μακεδονικὴν μεταβαλέσθαι. καλὸν γὰρ, ὦ Ἀρχία, εἰ ὃ ζῆν ἐμοὶ, Πέρσαις αὐτὸς πρέχοι, ἢ τεῖχος, ἢ τάφρος τοῖς ἐμοῖς τέλεσιν ἐξεργασμένα, ἢ φυλὴ Πανδιονὶς, εἰς ἣν ἐπλουτήσαν χορηγῶν ἐγὼ, καὶ Σόλων, καὶ Δράκων, ἢ πρύτανις ὄνομα, ἢ δῆμος ἐλευθερίας, ἢ ψηφίσματα γραπτικὰ, καὶ νόμοι πεπαρχικοὶ, ἢ προγόνων ἀρεταὶ, καὶ τρόπαια, ἢ πολιτῶν εὔνοια, τὴν ἐμὲ πολλάκις ἐστεφανωκότων, ἢ δυνάμις Ἑλλήνων, τὴν ὑπ' ἐμοῦ μέχρι νῦν τετηρημένων. εἰ δὲ καὶ βιωτὸν ἐλεηθέντι, ἀπεικὸς ἐμοὶ, αἰσχρὸς δ' οὖν ὁ ἔλεος πρὸς τοῖς οἰκείοις, ὧν ἐλυσάμην αἰχμαλώτους· ἢ τοῖς πατράσιν, ὧν συνεξέδωκα θυγατέρας, ἢ οἷς παισὶν ἑαυτοῦ συνδιελυσάμην· εἰ δέ με μὴ σώζοι νῆσων ἀρχὴ, ἢ θάλαττα, οὐδὲ

πρὸς τοῦτο τοῦ Ποσειδῶνος αἰτεῖσθαι τὸ σώζεσθαι, καὶ τῆσδε τῆς βωμοῦ, καὶ τῶν ἱερῶν νόμων. Εἰ δὲ Ποσειδῶν, ἔφη, μὴ δύναται φυλάττειν τὴν ἀσυλίαν τῷ νεῷ, μηδ' ἐπισχύσεται τοσοῦτον Δημοσθένει Ἀρχίᾳ, τεθνάναι, σοὶ Ἀντίπατος ἡμῶν αὐτὶ τοῦ θεοῦ κολακευτέος. ὀκνῶ μοι φιλτέρους ἔχειν Ἀθηναίων Μακεδόνας, καὶ νῦν μετέχειν τῆς ὑμετέρας τύχης, εἰ μὴ Καλλιμέδοντος, καὶ Πυθέου, καὶ Δημάδου συνεπαπόμην. ὀκνῶ γὰρ καὶ ὀφθῆναι τῆς ψυχῆς μεθαρμόσασθαι, εἰ μὴ τὰς Ἐρεχθέως θυγατέρας ἐκ τοῦ Κόθωνος ἐπημυνόμην. ἔχων ἡγούμην αἰσχρῶς ὑπομένειν δουλεύειν δαίμονι συμμεταβάλλεσθαι. καλὸν γὰρ χρησφύγετον θάνατον εἰς ἀνδρὸς πρωτὸς αἴρεσθαι νικᾶν. νῦν, Ἀρχία, ὃ κατ' ἐμοῦ τὸν καταγέλωτα τὰς Ἀθήνας ἐχούσας δουλείας ἐλόμενος, ἐπάφιον δὲ τὸ κάλλιστον τῶν ἐλευθερίας προεμένους. Ἀλλὰ δίκαιον γάρ, ἔφη, σοι τὴν τραγῳδίαν μεμνῆσθαι. ἃ σμικρὸν ὄν λέγειν,

Ἡ δέ, καὶ θνήσκουσ' ὅμως,
Πολλῶν προύχουσα εἶχεν διαμένουσα πεσεῖν.

χάριν γὰρ τοῦτο. Δημοσθένης δέ, διαμένουσα θανάτου βίον προαιρεῖ ἀθάνατα, τὴν Ξενοκράτους καὶ Πλάτωνος περὶ ἀθανασίας λόγων ἐκλαθόμενος; καί τινα πικρότερον ἔλεγε, προσαρθεὶς εἰς τὰς τύχας ὀξυβρίζοντας. ἀλλά τί δεῖ λέγειν νῦν ἐμέ; τέλος δ' ἐμοῦ, τὰ μὲν διωμώρυ, τὰ δ' ἀπειλοῦντος, ἀπαλλὰ μᾶσθαι τέρατα κερατίνου. Ἐπιθέων αὖ, ἔφη, θύρεος Ἀρχίας ὢν· ἐπεὶ δὲ Δημοσθένης εἰμί, συγγίγνωσκέ μοι, ὦ δαιμόνιε, μὴ πεφυκότι κακῶν θνητῶν. τότε δὴ τότε πρὸς βίαν αὐτὸν ἀπαναγκάζειν διενοούμην. ὅδ' ὡς ἤκουσε, δῆλος ἦν καταγελῶν. ἢ τὸν θεὸν προσβλέψας, ἔοικεν Ἀρχίας, εἶπεν, ὅπλα μόνα, καὶ τειχῆρες, καὶ πίστιν, καὶ στρατόπεδα, δυνάμεις εἶναι καὶ χρησφύγετα τὰς αἰδεσίμους ψυχὰς ὑπολαμβάνειν· τῆς δ' ἐμῆς προθυμίας καταφρονῆσαι, ὡς οὐκ ἂν ἔλεγξαν Ἰλλυριοὶ, ἢ Τριβαλλοὶ, ἢ Μακεδόνες, ὀχυρωτέραν ἢ ξύλινόν ποτε τεῖχος ἡμῖν, ὃ θεὸς αἴρεσιν ἀπόρθητον εἶναι· μᾶλλον ἧς αἱ τῆς προαιρέσεως, ἀδεῶς μᾶλλον ἐπολιτευσάμην, ἀδεὲς δέ μοι τὸ τῶν Μακεδόνων θάρσος. ἐμέλησε δ' οὐδὲν οὐκ Εὐκτήμονος, οὐκ Αἰσχυλίνου, ἢ Πυθέου, καὶ Καλλιμέδοντος, ἢ Φιλίππου τότε, ἢ τὰ νῦν Ἀρχίου. Ταῦτ' εἰπὼν,

petam ab hoc Neptuno auxilium, & ab hac ara, & à sacris legibus. Sin autem Neptunus non potest defendere immunitatem templi, nec pudet eum prodere Demosthenem Archiæ, moriar, nec mihi Antipater pro deo colendus erit. Liceret mihi amiciores habere Macedones quàm Athenienses, & frui felicitate vestra, si imitari vellem Callimedontem, Pytheam & Demadem. Liceret animum vel serò mutare, nisi verecũdia Codri, & filiarum Erechthei prohiberet. Non igitur volui transfugam fortunam sequi. Honestum enim effugium mors est, quæ est extra omne periculũ turpitudinis. Et nunc Archia, quantum in me est, nõ volo dedecorare Athenas, seruitutem accipiens abiecta libertate, in qua mori est honestissimum. Verùm conuenit te meminisse Tragœdiarum: nonne grauiter dictum est,

At illa iam moriens, tamen
Decenter vt caderet, cauebat sedulò? *Ex Euripidu Hecuba.*

Hoc cùm fecerit puella, quanto turpius erit Demosthenı præferre inhonestam vitam honestæ morti? ac obliuisci Xenocratis & Platonis disputationum de immortalitate animarum? Addidit etiam quædam, inuectus in eos qui calamitatem exprobrant. Verùm quid attinet me nunc recitare, cùm ego ad extremum partim precarer, partim minas adhiberem, & blanditiis terrores miscerem? Ego, inquit ille, persuaderi mihi paterer, si Archias essem: sed quoniam Demosthenes sum, peto vt ignoscas mihi, qui non consueui inconstans esse. Hîc cùm eum vi abducere vellem, idque ipse sentiret, cœpit me irridere: & deum aspiciens ait, Archias putat tantùm arma & exercitus præsidia vitæ esse, & meum apparatum contemnit, quem expugnare neque Illyrici, neque Triballi neque Macedones possint. Firmior est enim quàm ille murus ligneus quem olim nobis Apollo respõdit inexpugnabilem fore. Nam vt prudentia me in administratione Reipub. securum præstitit, ita me aduersus Macedones securũ reddet. Nũquam formidaui Euctemonem, aut Aristogitonem, aut Pytheam & Callimedõtem, aut Philippum, neque modò hũc Archiam formido. Cùm hæc dixisset, *Bello Persico videlicet, cùm ad Salaminem pugnatum est.*

Age, inquit, ne afferas mihi violentas manus: non enim prophanabo templum, quantum in me est: salutato deo sponte sequar. Ego sic sperabam facturum, cùm ille manum ori admouet: neque ego suspicabar eum aliud facere, quàm orare deos: sed quid egerit, postea ex ancilla per tormenta cognouimus, diu eum habuisse paratum venenum, vt morte libertatem redimeret. Neque extra templi limen peruenerat, cùm lapsus inquit, Hoc cadauer ad Antipatrum vehes, Demosthenem verò non vehes, non, per. Et videbatur suo more iuraturus per illos qui in Marathone occubuerunt, sed valedicens auolauit. Hunc ego finem, Rex, affero expugnati Demosthenis. A N. Demosthenis scilicet. O inuictum animum & beatum, quàm generosum facinus! Prudentia est, in manu retinere libertatis possessionem. Sed decessit victurus in beatorum insulis apud heroas, vt dicitur, aut in cœlum peruenturus, vt Deus factus comes sit Iouis liberatoris. Corpus verò nos remittemus Athenas, futurum honestius ornamentum patriæ, quàm illi qui in Marathone occubuerunt.

Mors Demosthenis.

A μὴ προσάγαγέ μοι τὴν χεῖρα, ἔφη· ὃ κατ' ἐμὲ γὰρ, ἄδην προθύμως ὁ νεὼς πίστευσον τὸν θεὸν προσιόντι, ἐκὼν ἑπόμην· καὶ γὰρ ἐμοὶ ὧδε ἔδοξεν ὑπὲρ τῆς ἐλπίδος ταύτης· καὶ τὴν χεῖρα τοῦ στόματι προσαγαγόντος, οὐδὲν ἄλλ' ἢ προσεκύνησεν ὑπολαμβάνων. Ὃ δ' ἦν τί δή ποτε λοιπόν; ὕστερον βασάνοις προσπαίσαντες ἐφωράσαμεν, πάλαι φάρμακον αὐτὸν πεπαμένον θανεῖν, λύσιν ψυχῆς ἀπὸ σώματος ἐλευθερίαν κτώμενον. Ὃ γὰρ δὴ τῶν ἔφασαν ὑπορρᾶσαι τὸν οὐδὸν τῷ νεῷ κἀ προσὼν ἐμὲ κλέψας, Ἄγε δή νυν, ἔφη, προσὶς Ἀντίπατρον· Δημοσθένη γὰρ οὐκ ἄξεις, οὐ, μὰ δία. καίτοι μοι ἐφαίνετο προσθήσειν δία τὸ Μαραθῶνι πεπονηκόσι· ὁ δ' χαίρων εἶπεν, ἀπίστει. τοῦτό σοι τὸ τέλος, ὦ βασιλεῦ, τῆς Δημοσθένους πολιορκίας κομίζειν ἔχω. Δημοσθένεις γε καὶ ταῦτα, ὦ Ἀρχία; βαβαὶ τῆς ἀπτήνου ψυχῆς, καὶ μανδρείας, ὡς ἀνδρεῖον μοι αὐτοῦ τὸ λῆμα, πολιτικὴν δ' προθυμίαν, μετὰ χεῖρα. Τὸ πιστὸν τῆς ἐλευθερίας ἔχειν· ἀλλ' ὃ μοὶ οἴχῃ, βίον ἔξειν τὸν τῶν Μακάρων νήσοις ἡρώων λεγόμενον, ἢ τὰς εἰς ἀέρα ψυχὰς νομιζομένας ὁδοὺς, ὀπαδὸς τῆς δαίμονι ἑπόμενος Ἐλευθερίου Διός. Τὸ σῶμα δ' ἡμᾶς εἰς Ἀθήνας ἀποπέμψομεν, κάλλιον ἀνάθημα τῇ γῇ τῶν τὸ Μαραθῶνι πεπονηκότων.

ΘΕΩΝ ΕΚΚΛΗΣΙΑ.

DEORVM CONCILIVM.

Vincentio Obsopœo interprete.

ARGVMENTVM.

Rursum hoc loco Lucianus deorum gentilium vanitatem atque stultitiam more suo deridet: hominúmque superstitionem tacitè reprehendit, qui ridicula adeò atque absurda de illis sibi ipsis persuadeant ac credant. Est autem festiua quædam imitatio, qua ad exemplum Atheniensis Reipubl. concilium Deorum haberi fingit, super ijs videlicet qui ceu nothi ac peregrini in ciuitatem ac cœtum deorum irrepsissent. Accusatoris igitur vicem Momus generalis deorum cæterorum sugillator suscipit: qui principiò quidem communi nomine in eos qui partim ex dijs, partim ex hominibus nati, in cœlum recepti fuerant, tanquam nothos ac peregrinos, inuehitur. Præcipuè verò Dionysum accusat, vt qui non solùm ipse aduentitius in cœlo sit, verùm etiam alios quosdam barbaros & informes, numeróque deorum prorsus indignos, secum introduxerit. Atque huius rei tanquam authorem & caussam Iouem quoque in crimen vocat, quòd is cum mulieribus mortalibus, nunc hac nunc illa specie transformatus concumbat, ac postea ex illis procreatos liberos inter deos referat, & in cœlo collocet. Itaque iam illius exemplo etiam deas cum viris hominibus congredi cœpisse, ac liberos ex ijsdem sustulisse. Secundo autem loco eos qui & Barbari & ex solis hominibus procreati, pro dijs haberentur, insectatur, illorum indignitatem, cùm ob personarum ac linguæ fœditatem, tum ob ea quæ ex eo quòd in cœlum recepti essent, consecuta sint, exaggerans. Inter quos præcipuè Aegyptiorum absurditatem persequitur, quorum alij, canum, alij boum, alij aliorum turpium atque brutorum animantium specie colerentur. Postremò etiam philosophorum illa plausibilia ac vulgo iactata nomina arripit, puta Virtutem, Fatum, Naturam &c. vt quæ non noua ac peregrina sint, sed ne vsquam quidem existant. Quo loco & temporum suorum vitia, & philosophorum vanitatem simul notasse videtur, vt qui verbis quidem multa de

virtute iactarint, ipso autem opere quiduis potiùs quàm virtutem & honestatem præstiterint. Quòd autem fati & naturæ quoque meminit, eò pertinet, quòd cultus deorum paulatim sublatus fuit, quando homines à philosophis edocti, fato quodam, & naturali rerum ordine ac serie, non deorum benignitate fieri ac geri omnia, opinari cæperunt. Atque ad hunc modum accusatione sua peracta, Momus decretum quoque à se compositum proponit ac recitat, quo ipso quoque ad exemplum Atheniensium psephismatum, qualia multa temporibus Demosthenis, & paulò suprà quoque facta sunt, efficto, iubetur dij cognitiones diuinitatis & originis quisque suæ ad proximum concilium afferre, vt qui peregrini & aduentitij reperti fuerint, è cœtu ac ciuitate deorũ remoueantur.

ΜΗκέτι τοιῶδε ἴζετε, ὦ θεοί, μηδὲ κύφ γωνίας συσρεφόμενοι, πρὸς οὖς ἀλλήλοις κοινολογεῖσθε, ἀγανακτοῦντες, εἰ πολλοὶ ἀνάξιοι μετέχουσιν ἡμῖν τῦ συμποσίυ. ἀλλ' ἐπεὶ ὧρ ἀποδίδοται περὶ τούτων ἐκκλησία, λεγέτω ἕκαστος ἐς τὸ φανερὸν τὰ δοκοῦντά οἱ κὴ κατηγορείτω. σὺ δ' κήρυττε, ὦ Ἑρμῆ, τὸ κήρυγμα τὸ ἐκ τῦ νόμου. ΕΡ. ἄκουε, σίγα, τὶς ἀγορεύειν βούλεται τῶν τελείων θεῶν, οἷς ἔξεστιν; εἰ δ' σέψις, περὶ τῶν μετοίκων κὴ ξένων. ΜΩ. ἐγὼ ὁ Μῶμος, ὦ Ζεῦ, εἴ μοι ὁπτηρέτησας εἰπεῖν. ΖΕ. τὸ κήρυγμα ἤδη ἐφίκοιτο ὥστε σοὶ ἐμοῦ δεήσει. ΜΩ. φημὶ τοίνυν δεινὰ ποιεῖν ἑαυτοὺς ἡμῶν, οἷς οὐκ ἀπόχρη θεοὺς ἐξ ἀνθρώπων αὐτοῖς γεγονέναι. ἀλλ' εἰ μὴ κὴ τοὺς ἀκολούθους, κὴ περόποδας αὐτῶν ἰσοτίμους ἡμῖν ἀποφαίνουσιν, οὐδὲν μέγα, οὐδὲ νεανικὸν οἴονται εἰργάσθαι. ἀξιῶ δ', ὦ Ζεῦ, μετὰ παῤῥησίας μοι δοῦναι εἰπεῖν· οὐδὲ γὰρ ἄλλως δυναίμην· ἀλλὰ πάντες με ἴστασιν ὡς ἐλευθέρας εἴμι τῆς γλώττης, κὴ οὐδὲν ἂν κατασιωπήσαιμι τῶν οὐκαλῶς γιγνομένων. διελέγχω γὰρ ἅπαντα, κὴ λέγω τὰ δοκοῦντά μοι ἐς τὸ φανερόν, ὅτε δεδιώς τινα, οὔτε κατ' αἰδοῦς ὀπτικαλύπτων τὴν γνώμην· ὥστε κὲ ἐπαχθὴς δοκῶ τοῖς πολλοῖς, κὴ συκοφαντικὸς τῆς φύσιν, δημόσιός τις κατήγορος κατ' αὐτῶν ἐπονομαζόμενος. πλὴν ἀλλ' ἐπεὶ ἔξεστι, κὴ κεκήρυκται, κὴ σύ, ὦ Ζεῦ, δίδως μετ' ἐξουσίας εἰπεῖν, οὐδὲν κατασιγήσομαι ἐρῶ. πολλοὶ γὰρ, φημὶ, οὐκ ἀγαπῶντες ὅτι αὐτοὶ μετέχουσι τῆς αὐτῆς ἡμῖν ξυνεδρίου, κὴ διαζῶσι τῆς ὁσίους, κὴ ζῶντα, σπουδὴ ἐξ ἡμισείας ὄντες·

NE posthac clanculum susurretis, ô Superi, neque ad angulos conuersi, in aurem alter cũ altero colloquamini, indignantes multos parum dignos nostri symposij esse participes: verùm posteaquam coactum est concilium, quisque propalam in medium suam adferat sentẽtiam, & quæ accusatione digna sunt, accuset. Cæterùm Mercuri præconium illud ex lege clara voce promulgato. MER. Arrige aures, vocem comprime: Quis ex diis senioribus & perfectis, quibus permissum est, in concione verba facere vult? Ipsa deliberatio de inquilinis & hospitibus futura est. MO. Ego Momus, ô Iupiter, si fandi copiã mihi feceris. IVP. Iam ipsor præconio loquendi libertas tibi facta est: itaque meo permissu nihil opus est. MO. Aio itaq; nonnullos nostrũ vitiosè & improbè facere, quibus non satis est semet deos ex hominibus factos esse, nisi suos quoq; pedisequos & famulos nobis honore pares esse ostenderint: qua in re nil magnũ aut iuuenile se feciisse existimant. Volo verò ô Iupiter, vt interrita loquendi libertas mihi concessa sit. Neque enim aliter, quæ sentio, effari possim. Sed me omnes ex æquo nouerunt, quàm liberæ linguæ deus sim, & quàm nihil eorum quæ parum honestè & decorè fiunt, reticere soleam. Etenim omnia in reprehensionem rapio, ac propalã, quæ mihi optimè aut secus facta videntur, proloquor, neque reformidans cuiusquam auctoritatẽ, neque præ verecundia sententiam meam cõcelans. Quapropter & onerosus multis esse videor, & natura sycophãticus, dum popularis quispiam & cõmunis omnium accusator ab illis vocor. Sed enim posteaquam licitum est, atque ita iã proclamatum, & tu Iupiter cum libertate loquendi facultatem mihi cõcesseris, nihil dissimulanter tacitum aut præteritũ dicturus sum. Multi sunt, inquam, non contenti quòd ipsi in deorum cõcilium admissi, nostri cõtubernij sint participes, quódq; pari sorte nobiscũ conuiuantur, præsertim cùm ex dimidio homines nos esse constet,

adhuc etiam miniſtros ſuos & chori ſocios in cœlum ſubduxerunt, eóſque deos fecerunt adſcriptitios: & nunc æqualem cum aliis diſtributionem auferunt, & ſacrificiorum conſortes ſunt, neque pẽſionem in inquilinos conſtitutam nobis perſoluentes. IVPIT. Ne quid obſcuris ambagibus inuoluas, ô Mome, verùm perſpicuè & dilucidè, quæ ſentis, eloquere, additis quoque nominibus. Iam enim in medium ita oratio tibi proiecta eſt, vt multos pariter in ſuſpicionem rapiamus, ac alium alio modo tuis dictis obnoxium inſimulemus. Oportet verò liberum concionatorem nihil ob metum reticere. MO. Euge ô Iupiter, quandoquidem me ad linguæ libertatem cohortaris: fit verò hoc abs te animo prorſus regio & magnifico: proinde nominatim quoque tuo iuſſu coſdem perſtringam. Ille enim generoſiſſimus Dionyſus, ſemihomo exiſtens, neque à materna ſtirpe Græcus, ſed Syrophœnicis cuiuſpiam mercatoris, nempe Cadmi nepos, poſteaquam immortalitate donatus eſt, cuiuſmodi quidem ille ſit, non dico, neque mitram, neque ebrietatem, neque errantem eius inceſſum vituperabo. Omnes enim, vt opinor, videtis quàm mollis ſit & effeminatus deliciis, dimidio inſaniens, ſtatim à ſummo mane merum ſpirans. Ille verò totam fratriam nobis induxit, & toto choro adducto præſtò eſt, deóſque declarauit & Pana, & Silenum, & Satyros agreſtes quoſpiã & caprarios permultos, homines ſaltationi deditos, & formam monſtroſa ſpectabiles: quorum hic quidem gerẽs cornua, dimidia parte corporis capram referens, barbámque profundam nutriens, parum ab hirco diſcrepat: alter verò ſenex caluitio & ſimis naribus deformatus, plurimùm ſuper aſinũ inequitans, genere Lydus eſt. Cæterùm Satyri acutis auribus, & ipſi calui & cornigeri, qualia fere hœdis nuper natis excreſcunt cornua, Phryges quidam exiſtentes. Sunt verò caudati omnes. Videte cuiuſmodi deos nobis facit generoſus ille. Mitto enim dicere quòd & duas mulieres adduxerit, alteram amicam ſuam exiſtentem, nempe Ariadnen, cuius etiam coronam ſtellarum choro annumeratam addidit: alteram verò Icarii agricolæ filiam. Et quod omnium eſt ridiculoſiſſimum, ô Superi, Erigones quoque canem illũ adduxit, ne triſtitia afficeretur puella, ſi familiarem ſinum in cœlo non haberet,

A ἐπὶ τοὺς ὑπηρέτας, καὶ διακόνους τοὺς αὑτοῦ ἀνήγαγον εἰς τὸν θεῶνα, καὶ προσέγραψαν. καὶ νῦν ὀλίσθους διανομάς τε νέμονται, καὶ θυσιῶν μετέχουσιν, ἀδεῶς καταβαλόντες ἡμῖν τὸ μετοίκιον. ΖΕ. μηδὲν αἰνιγματωδῶς, ὦ Μῶμε, ἀλλὰ σαφῶς καὶ διαῤῥήδην λέγε, ὅσα σκοπεῖς καὶ διανοῇ. νῦν γὰρ εἰς τὸ μέσον ἀπέῤῥιπται σοι ὁ λόγος, ὡς πολλοὺς εἰκάζῃς καὶ ἑταριάζῃς ἄλλοτε ἄλλον τοῖς λεγομένοις. χρὴ δὲ παῤῥησίαν ἄγοντα, μηδὲν ὀκνῆν λέγειν. ΜΩ. εὖγε, ὦ Ζεῦ, ὅτι καὶ παρορμᾷς με πρὸς τὴν παῤῥησίαν, ποιῇ γὰρ τῷ βασιλικὸν, ὡς B ἀληθῶς, καὶ μεγαλόφρον, ὥστε ἐρῶ καὶ τοιῶμα. ὁ γοῦν περιφανέστατος Διόνυσος, ἡμιανθρωπος ὤν, οὐδὲ Ἕλλην ἦν τὸ γένος, ἀλλὰ Συροφοινικός τινος ἐμπόρου, τοῦ Κάδμου φυτευθείς, ἐπεὶ δὲ ἠξιώθη τῆς ἀθανασίας, οἷος μὲν αὐτός ἐστιν, ἃ λέγω, οὔτε τὴν μίτραν, οὔτε τὴν μέθην, οὔτε τὸ βάδισμα. πάντες γάρ, οἶμαι, ὁρᾶτε ὡς ἁπαλὸς καὶ γυναικεῖος τὴν φύσιν, ἡμιμανὴς, ἀκρατοῦ ἕωθεν ἀποπνέων. ὁ δὲ καὶ ὅλῳ θιάσῳ εἰσεποίησεν ἡμῖν, καὶ τὸν χορὸν ἐπαγόμενος πάρεστι, καὶ θεοὺς ἀπέφηνε, τὸν Πᾶνα, καὶ τὸν Σιληνὸν, καὶ Σατύρους, ἀγροίκους τινὰς, καὶ αἰπόλους τοὺς πολλοὺς, σκιρτητικοὺς ἀνθρώπους, καὶ τὰς μορφὰς ἀλλοκότους. ὧν ὁ μὲν, κέρατα ἔχων, καὶ ὅσον ἐξ ἡμιπλίας ἐς τὸ κάτω αἰγὶ ἐοικώς, καὶ γένειον βαθὺ καθειμένος, ὀλίγου πώγωνος διαφέρων ἐστὶν· ὁ δὲ, φαλακρὸς ὢν, σιμὸς τὼ ῥῖνα, ὅτι ὄνου τὰ πολλὰ ὀχούμενος, Λυδὸς ἐστὶ, οἱ δὲ Σάτυροι, οὐρὰς τὰ ὦπα, καὶ αὐτοὶ φαλακροὶ, κέρατα, οἷα τοῖς ἄρτι γεννηθεῖσιν ἐρίφοις τὰ κέρατα φύεται, Φρύγες τινὲς ὄντες, ἔχουσι δὲ καὶ οὐρὰς ἅπαντες. ὁρᾶτε οἵους ἡμῖν θεοὺς ποιεῖ ὁ γενάδας; ἔτι θαυμάζομεν, εἰ καταφρονοῦσιν ἡμῶν οἱ ἀθάνατοι, ἐρῶντες οὕτω γελοίους θεοὺς καὶ τερατώδεις; ἐῶ γὰρ λέγειν, ὅτι καὶ δύο γυναῖκας ἀνήγαγε, τὴν μὲν ἐρωμένην οὖσαν αὐτοῦ, τὴν Ἀριάδνην, ἧς καὶ τὸν στέφανον ἐγκατέλεξε τῷ τῶν ἀστέρων χορῷ· τὴν δὲ Ἰκαρίου τοῦ γεωργοῦ θυγατέρα. καὶ ὃ πάντων γελοιότατον, ὦ θεοί, καὶ τὸν κύνα τῆς Ἠριγόνης, ἵνα μὴ λυπῆται τὴν παῖδα, εἰς μὴ ἔχοι ἐν τῷ οὐρανῷ ὁ ξυνήθης ἑκάστῳ

καὶ ὅσῳ ἡγάπα κυνίδιον. Ταῦτα οὐχ ὕβρεις ὑμῖν δοκεῖ, καὶ παῤῥησία, καὶ γέλως; ἀκούσατε δ' ὧν καὶ ἄλλοις. ΖΕΥΣ. μηδέν, ὦ Μῶμε, εἴπῃς, μήτε περὶ Ἀσκληπιοῦ, μήτε περὶ Ἡρακλέους· ὁρῶ γὰρ οἷ φέρῃ τὸν λόγον. ὅτι γὰρ, ὁ μὲν ἀνθρώπους ἰᾶται, καὶ ἀσίκοισιν ἐκ τῶν νόσων, καὶ ἔστι πολλοῦ καὶ ἄξιος ἄλλων ὁ δὲ Ἡρακλῆς, υἱὸς ὢν ἐμὸς, οὐκ ὀλίγων πόνων ἐπορίσατο τὴν ἀθανασίαν, ὥστε μὴ κατηγόρει αὐτῶν. ΜΩ. σιωπήσομαί σοι, ὦ Ζεῦ, πολλὰ εἰπεῖν ἔχων. καίτοι εἰ μηδὲν ἄλλο, ἔτι τὰ σημεῖα ἔχουσι τὰ πυρός. εἰ δὲ ὀξέως καὶ περὶ αὐτῶν σε τῆ παῤῥησίᾳ χρῆσθαι, πολλὰ ἂν εἶχον εἰπεῖν. ΖΕ. καὶ μὴν περὶ ἐμὲ ἔξεστι μάλιστα. μόνῳ δὲ τῶν κἀμοὶ ξενίας δίδωκεις; ΜΩ. ἐν Κρήτῃ μὲν ἐξὸν μόνον τοῦτο ἀκούσαι ἔστιν, ἄλλα καὶ ἄλλ' ὅτι περὶ σοῦ λέγουσι, καὶ τάφον ἐπιδεικνύουσιν. ἐγὼ δ' οὔτε ἐκείνοις πείθομαι, οὔτε Ἀχαιοῖς Αἰγινήταις, οἳ προσκολιμβῶσί σοι τοῖς Φασηλίταις. ἃ δὲ μάλιστα ἐλεγχθῆναι δεῖ ἡγοῦμαι; Ταῦτα ἐρῶ. πρὸς μὲν τοὺς ἀρχαίους τῶν μύθων προσκρούσομαι, καὶ πρὸς αἰτίαν τοῦ νεωθῆναι ἡμῖν ὁ ξενοδόκιον, σύ, ὦ Ζεῦ, παρέχῃς, θνητὰς ὀπτιμιζόμενος, καὶ κατὰ τὸν παῤ' αὐτοῖς, ὁπόταν ἄλ-λῳ χρήματι· ὥστε ἡμᾶς διδύναι, μή σε καταξύσῃ τὶς ξυλλαβών, ὁπότ' ἂν ταῦρος ἦς, ἢ τῶν χρυσοχόων τὶς κατεργάσηται χρυσοῦν ὄντα, ἢ αὐτὸ Διὸς, ἢ ὅρμος, ἢ φάλιον, ἢ ἑλλόβιον ἡμῖν ᾖς. πρὸς δὲ ἅπασι πλησιάζεται τὸν οὐρανὸν τῶν ἡμετέρων ταύτων· οὐ γὰρ ἂν ἄλλως εἴποιμι. καὶ τὸ κεφάλαιον γελοιότατόν ἐστι, ὁπόταν ἄν τις ἄφνω ἀκούσῃ ὅτι ὁ Ἡρακλῆς μὲν, υἱὸς ἀπεδείχθη· ὁ δὲ Εὐρυσθεὺς, ὃς ἐπέταττεν αὐτῷ, πέθηκε, καὶ πλησίον Ἡρακλέους νεώς, οἰκέτου ὄντος, καὶ Εὐρυσθέως τάφος, τοῦ δεσπότου αὐτοῦ· καὶ πάλιν ἐν Θήβαις, Διόνυσος μὲν, θεὸς ὠνόμασται αὐτοῖς, ὁ Πενθεὺς, καὶ ὁ Ἀκταίων, καὶ ὁ Λέαρχος, ἀθεώτατοι ἀνθρώπων ἀπάντων κακοδαιμονέσατοι. ἀφ' οὗ δὲ ἅπαξ οὖν, ὦ Ζεῦ, ἀνέῳξας τοῖς τοιούτοις τὰς θύρας, καὶ ὅτι τοῖς θνητοῖς ἐπιπόνου, ἅπαντες μεμίμηνταί σε· καὶ οὐχὶ ἄῤῥενες μόνον, & eam quam in deliciis habuit caniculam. Hæc verò non videntur nobis esse contumelioſa, quæque nec insania nec risu careant? Audite etiam alios. IVP. Caue Mome quicquam dixeris aut de Æsculapio, aut de Hercule. Video enim quò orationis tuæ impetu rapiaris. Etenim horum alter agit medicum, & ægrotos morbis leuat, éstque planè multis aliis anteferendus. At Hercules filius meus existens, non paucis laboribus immortalitatem adeptus est. Itaque caue ne hosce accuses temere. MO. In tui quidem gratiam tacebo, ô Iupiter, etsi multa dicenda habeam: atque si nihil aliud, adhuc tamen signa igne inusta in corpore retinent. Porrò si liceret & aduersum te dicendi libertate vti, multa haberem quæ possim oratione reprehendere. IVPIT. Atqui in me maximè tibi licet dicere. Nunquid igitur & me vt deum inquilinum in ius vocas? MO. Equidem in Creta non tantùm hoc audire licet: verùm aliud quoque de te dicitant, atque etiam sepulcrum tuum commonstrant hospitibus. Ego verò neque illis fidem habeo, neque ex Achiuorum numero Æginensibus subditiciũ te esse affirmantibus. Cæterùm quæ cum primis reprehensione digna sunt, ea in medium adducã. Enimuero horum delictorũ principij, & concilij nothorũ multitudine adulterandi, causſam tu Iupiter adeò primus induxisti, cum puellis ac mulieribus mortalis conditionis rem habere sustinens, ac alio subinde habitu ad eas deserto cœlo descendẽs. Itaque perexpo in metu sumus, ne quis te comprehensũ sacrificet, quoties taurus factus es. Aut quispiam ex aurifusoribus te conflatum perimat, quoties auri speciem induueris, ac nobis pro Ioue aut segmentum, aut armilla, aut inauris factus fueris. Sedenim hisce semideis cœlum iam compleuisti: neque enim aliter possum dicere. Estque res planè absurdissima, si quis ex improuiso audierit Herculem in deorum numerum esse assumptum; Eurysthea autem qui illi imperauit, fatis functum esse: Et Herculis templum cerni in proximo, ministri existentis; Eurysthei verò, illius domini, sepulcrum. Et rursus ex Thebanis Dionysus deus factus est: eius autem consobrini, nimirum Pentheus, & Actæon, & Learchus, homines fuerunt omnium infelicissimi. Ex quo verò tu Iupiter semel illis hanc licentiæ ianuam aperuisti, & cum mortalibus commercium habere cœpisti, omnes tuum institutum imitantur. Neque tantùm dij tui sunt imitatores,

ſed etiam deæ hac in parte tuum æmulantur ingenium. Quis enim ignorat Anchiſen, & Tithonum, & Endymiona, & Iaſonem, & complures alios? Itaque hæc mihi miſſa facienda videntur: multi enim laboris eſſet hæc cuncta ſingulatim reprehendere. IVPIT. At vide, Mome, ne quid de Ganymede dixeris. Malè enim mè habebit, ſi adoleſcentem verbis conturbaueris, affecto contumelia genere. MO. Proinde neque de aquila quicquam dicturus ſum, quòd & illa in cœlo verſatur, regio ſceptro inſidens, ac tantùm non ſuper capite tuo nidificans, & deus eſſe geſtiens: aut illam quoque in Ganymedis gratiam præteribimus? Atqui, ô Iupiter, Attis ille, & Corybas, & Sabazius vnde nobis tandem accerſiti veniunt? Aut etiam Mithres ille Medus, qui indumento Perſico amictus, & tiara redimitus eſt, neque Græcam vocem ſonans, adeò vt ſi quis illi nectar propiner, præbibentem non intelligat? Itaque & Scythæ & Getæ hæc videntes, nobis longùm valere iuſſis, ipſi immortalitate donant homines, ſuiſque ſuffragiis deos quoſcunque libuerit conſtituunt, non alia ratione quàm Zamolxis ſeruilis conditionis homo exiſtens, diuinitatem adeptus eſt, & deorum numero aſcriptus, haud ſcio quomodo nobis impoſuerit. At ſanè hæc omnia, ô Dij, adhuc mediocria, & aliquo modo ferenda ſunt: cæterùm tu, ô canino rictu hians Ægyptie, qui ſindone amictus es, quiſnam eſſe gloriaris, ô optime, aut quomodo deus eſſe contendis latrando? Quid autem ſibi vult & Memphites taurus ille verſicolor, qui & precibus deveneratur, & reſpõdet oraculis, neque non prophetas habet? Pudet verò me ciconias percenſere, & ſimias, & hircos, atque his longè abſurdiora, quæ neſcio quomodo ex Ægypto in cœlum vſque conſcenderunt. Illa itaque, ô Dij, quomodo ſuſtinetis æquali vobiſcum honore, aut etiam ampliùs adorari? Aut, tu Iupiter, quo ferre potes animo, poſteaquam arietis cornua tibi produxerint? IVP. Turpia profectò ſunt quę dicis de Ægyptiis: attamen pleraque illorum in ſe myſtica complectuntur ænigmata, quæ non prorſus à prophanis deridenda ſunt. MO. Planè nobis Iupiter opus eſt myſteriis, vt deos, deos eſſe cognoſcamus: & caninis capitibus præditos, canes eſſe intelligamus. IVP. Mitte de Ægyptiis in præſens dicere, nos verò de his aliàs per otium deliberabimus. Itaque alios, ſi qui notandi ſuperſunt, adducito.

A ἀλλ', ὦ πάτερ αἰσχρὸν, καὶ αἱ θήλειαι θεαί. τίς γὰρ οὐκ οἶδε τὸν Ἀγχίσην, καὶ τὸν Τιθωνὸν, καὶ τὸν Ἐνδυμίωνα, καὶ τὸν Ἰάσονα, καὶ τοὺς ἄλλους; ὥστε ταῦτα μὲν ἐάσω μοι δοκῶ· μακρὸν γὰρ ἂν ὁ διελέγχειν γένοιτο. ΖΕΥΣ. μηδὲν πρὸς τὸν Γανυμήδους, ὦ Μῶμε, εἴπῃς, χαλεπαίνω γάρ, εἰ λυπήσεις ὁ μειράκιον, ἀηδὲς ἐς ὄψος. ΜΩ. σκοπῶ μηδὲ πρὸς τὸν ἀετὸν εἴπω, ὅτι καὶ οὗτος ἐν τῷ οὐρανῷ ἐστιν, ὅτι τὸν βασιλείου σκήπτρου καθεζόμενος, καὶ μηνοειδὲς ὅτι τῇ κεφαλῇ σου νεοτρόπων, θεὸς εἶναι δοκῶν; ἢ καὶ τοῦτον τὸν Γανυμήδους ἔνεκα ἐάσομεν. ἀλλ' ὁ Ἄττης γε, ὦ Ζεῦ, καὶ ὁ Κορύβας, καὶ ὁ Σαβάζιος, πόθεν ἡμῖν ἐπεισεκεκλήκασιν οὗτοι, ἢ ὁ Μίθρης ἐκεῖνος ὁ Μῆδος, ὁ τὸν κάνδυν, καὶ τὴν πάρθαν, οὐδὲ Ἑλληνίζων τῇ φωνῇ· ὥστε οὐδὲ ἂν πρεσβεύσαιτό τις, ξυνίοιμι; θεμιτὸν οἱ Σκύθαι, καὶ οἱ Γέται ταῦτα ὁρῶντες αὐτῷ, μακρὰ ἡμῖν χαίρειν εἰπόντες, αὐτοὶ ἀπαθανατίζουσι, καὶ θεοὺς χειροτονοῦσιν, οὓς ἂν ἑκάστοις, τὸν αὐτὸν τρόπον, ὅνπερ καὶ Ζάμολξις δοῦλος ὤν, παρενεγράφη, οὐκ οἶδ' ὅπως ἀφανέστερον. καίτοι ταῦτα πάντα, ὦ θεοί, μέτρια. οὐ δὲ, ὦ κυνοπρόσωπε, καὶ σιτοδοῦσι ἐσαλμῶδε Αἰγύπτιε, τίς εἶ, ὦ βέλτιστε, ἢ πῶς ἀξιοῖς θεὸς εἶναι; τί δὲ βυκόμορφος καὶ ὁ Μεμφίτης οὗτος ταῦρος, ὁ ποικίλος, προσκυνήσεται, καὶ χρᾷ, καὶ προφήτας ἔχει; αἰσχυνόμεθα ὄνους καὶ πιθήκους εἰπεῖν, καὶ πάρδεις, καὶ ἄλλα πολλῷ γελοιότερα, οὐκ οἶδ' ὅπως ἐξ Αἰγύπτου ταῦτα εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνῆλθεν ὑμῖν, ὦ θεοί, πῶς ἀνέχεσθε ὁρῶντες ὄπισθεν, ἢ μᾶλλον ὑμῖν προσκυνούμενα; ἢ σύ, ὦ Ζεῦ, πῶς φέρεις, ἐπειδὴ κριοῦ κέρατα φύσασά σοι; ΖΕ. αἰσχρὰ ὡς ἀληθῶς ταῦτα φῂς τὰ περὶ τὴν Αἰγυπτίων. ὅμως δ' ἴσως, ὦ Μῶμε, τὰ πολλὰ αὐτῶν, αἰνίγματά ἐστι, καὶ οὐ πάντη χρὴ καταγελᾶν ἀμήχανον ὅσα. ΜΩ. πολὺν γοῦν μυστηρίων ὦ Ζεῦ δεῖ ἡμῖν, ὡς εἰδέναι, θεοὺς μὲν, θεοὺς· κυνοκεφάλους δὲ, τοὺς θεοὺς κυνοκεφάλους. ΖΕ. ἔα, φημὶ, τὰ περὶ τῶν Αἰγυπτίων· ἄλλοτε γὰρ περὶ πάντων ὅσα ἐσκεψόμεθα ὅτι σχολῆς. σὺ δὲ τοὺς ἄλλους λέγε.

ΜΩ. τὸν Τροφώνιον, ὦ Ζεῦ, καὶ ὃ μάλιστά με ἀποπνίγει τὸν Ἀντίλοχον, ὃς ἐναγοῦς ἀνδρὸς καὶ μητραλοίου υἱὸς ὤν, θαυμαστῶς ὁ ψευδόμαντις ἐν Κιλικίᾳ, ψευδόμενος τὰ πολλά, καὶ χρηστεύων τῶν δύο ὀβολῶν ἕνεκα. ταῦτα οὐκ ἐπὶ σοὶ, ὦ Ἀπολλον, βύδοκιμεῖς, ἀλλὰ ἤδη πᾶς λίθος καὶ πᾶς βωμὸς χρησμῳδεῖ, ὅς ἂν ἐλαίῳ περιχυθῇ καὶ στέφανος ἔχῃ, καὶ χρήσῃ ἀνδρὸς δύπορήσῃ, οἷοι πολλοί εἰσιν. ἤδη καὶ ὁ Πολυδάμαντος τοῦ ἀθλητοῦ ἀνδριὰς, ἰᾶται τοὺς πυρέσσοντας ἐν Ὀλυμπίᾳ, καὶ ὁ Θεαγένους ἐν Θάσῳ, καὶ Ἕκτορι θύουσιν ἐν Ἰλίῳ, καὶ Πρωτεσιλάῳ κατὰ πόλιν ἐν Χερρονήσῳ. ἀφ' ὧν δὴ οὖν τοσοῦτοι γεγόναμεν, ὀπαδίδωκε μᾶλλον ἡ ἐπιορκία, καὶ ἱεροσυλία, καὶ ὅλως καταπεφρόνηκεν ἡμῶν, οὐ πιστεύοντες. καὶ ταῦτα μὲν περὶ τῶν ἐθνῶν, καὶ πρεσβυτέρων. ἐγὼ δὲ καὶ ξένα ὀνόματα πολλὰ ἤδη ἀκούων, ἅτε οὐ τῶν παρ' ἡμῖν, ἃς συνήθως ὅλως διανέμουσι, πολύν, ὦ Ζεῦ, καὶ ὑπὲρ τοὺς γέλωτ' ἔχει. ἢ πού γέ ἐστιν ἡ πολυθρύλητος ἀρετὴ, καὶ φύσις, καὶ εἱμαρμένη, καὶ τύχη, ἀνυπόστατα, καὶ κενὰ σοφισμάτων ὀνόματα, ὑπὸ βλακῶν ἀνθρώπων τῶν φιλοσόφων ὑπονοήσαντα, καὶ ὄμφης ἀνοήτου ἔπη, ἅτε, οἷς αἰσθήσεις πέπηγεν, ὥστε οὐδὲν ἡμῖν οὐδὲ ψυχὴ βόλεται, εἰδὼς ὅτι καὶ μυρίας ἑκατόμβας θύσῃσιν, ὅμως τὴν τύχην προέξεσθαι τὰ μεμισεσμένα, καὶ ἃ ἐξ ἀρχῆς ἑκάστῳ ἐπεκλώσθη. πόθεν οὖν ἔσμεν ὅτι, ὦ Ζεῦ, εἴ τινι εἶδες ἢ ἀρετὴν, ἢ φύσιν, ἢ εἱμαρμένην; ὅτι μὲν γὰρ καὶ σὺ ἀκούεις τὰ παρὰ τῶν φιλοσόφων διαπεπαίσαις, οἶδα, εἰ μὴ καὶ κωφός τις εἶ, ὡς βοώντων αὐτῶν, μὴ ἐπαίειν. πολλὰ ἔπ' ἔχων εἰπεῖν, καταπαύω τὸν λόγον. ὁρῶ γὰρ πολλοῖς ἀξιόλογοις μοι λέγειν, καὶ συνείσεσθαι ἐκείνοις μάλιστα, οὓς καθῆψατο ἡ παρρησία τῶν λόγων. σὲ δὲ ἔρωμαι εἰ ἐθέλεις, ὦ Ζεῦ, ψήφισμά τι περὶ τούτων ἀναγνώσομαι ἤδη ξυγγεγραμμένον. ΖΕ. ἀνάγνωθι, ἐπεὶ πάντα γε ἀλόγως ἠπάτω καὶ δεῖ τὰ πολλὰ αὐτῶν ὑπερβαίνειν, ὡς μὴ ὑπερπλέον ἂν γίγνηται.

MO. Trophonium, ô Iupiter, & quod me præfocat, Antilochum. Ille, inquam, ſceleſti & matricidæ hominis filius vaticinatur in Cilicia, multa impudenter e-mentiens, & duorum obolorum gratia præſtigiis incantans homines. Quocirca non amplius tu Apollo ob vaticinij prædicationem haberis in pretio, ſed iam omnis lapis, & quæ vis ara reſponſa dat oraculum petentibus, dummodo oleo perfuſa fuerit, & homine præſtigiatore abūdauerit, cuiuſmodi iam permulti ſunt. Iam etiam Polydamantis athletæ ſtatua medetur febre laborantibus in Olympia, & Theagenis in Thaſo. Quin Hectori quoque ſacra faciunt in Ilio, & è regione Proteſilao, nempe in Cherroneſo. Ex quo igitur in tantum numerum ſubinde aucti excreuimus, magis in vſu fuit periurium & ſacrilegium, & omnino nos deſpectui habere cœperunt rectè facientes. Et hæc quidem de nothis & ſuppoſititiis dicta eſſe volui. Cæterùm ego & peregrina nomina permulta audiens eorum qui neque degunt apud nos, neq; vllo modo poſſunt eſſe, admodum ô Iupiter propter hæc rideo. Vbi enim gentium eſt multis modis iactata illa virtus, & natura, & fatum, & fortuna, intoleranda & vana rerum vocabula, ab inertibus hominibus philoſophiæ titulo ſemet venditantibus excogitata? Quæ quanquam ipſorum commenta ſunt, ſic tamen ſimplicium animos pervaſerunt, vt nemo amplius nobis ſacrificare dignetur, certò perſuaſum habens, quòd etiamſi infinitas hecatombas nobis obtulerit, fortunam tamen nihilo ſecus ea facturam quæ à fatis decreta ſunt, & quæ ſub initium cuique naſcentium Parcæ fatalibus fuſis adneuerint. Perlibenter itaque te Iupiter interrogarem, vbinam gentium tibi viſa eſſet aut virtus, aut natura, aut fatum? Quòd enim & tu talia ſubinde in philoſophorum diſputationibus audias, mihi dubium nō eſt, niſi fortaſſe quiſpiam ſurdis ſit auribus, vt eoſdem vociferantes inaudire nequeat. Multa equidem adhuc dicenda ſuperſunt, ſed finem verborum faciam. Video enim quoſdam ob dicta mea dolenter perturbari, & iam ſibilare, maximè verò eos qui orationis libertate tacti ſunt. Itaque pro concludenda oratione, ſi ita ſedet animo tuo Iupiter, decretū quoddam de illis iam conſcriptum legam. IVP. Recita. Neque enim omnia abſurdè aut de nihilo reprehendiſti. Et ſanè multa ex illis inhibenda & coërcenda ſunt, ne in immenſum excreſcant.

ΨΗΦΙΣΜΑ ΑΓΑΘΗ ΤΥΧΗ.

DECRETVM BONA FORTVNA.

Et hoc ad exemplum Atheniensium ψηφισμα fecit. Sic enim & apud illos aliquoties de peregrinis vrbe eiiciendis in senatu decretum legésque latæ fuere, vt cum alibi, tum ex orationibus quibusdā Demosthenis patet.

COncilio legitimè coacto, septima die A mensis instantis Iupiter consulatum agebat, Neptunus præsidem, Apollo præfectum: Momus scribæ officio fungebatur noctu, & Somnus dixit sententiam. Quoniam multi ex peregrinis, non Græci tantùm, verùm etiam Barbari, nequaquam digni existentes cœlestis Reipublicæ, communi nobiscum participatione, nothi & subditicij, haud scio quonam modo etiam dijs esse contendentes, cœlum angulatim compleuerunt, ita vt symposium tumultuosis turbis plenum sit, obstrepente passim diuersilingui & vndique accersita multitudine: defecit autē ambrosiæ & nectaris copia, adeò vt mnâ B iam coëmendus sit sextarius, propter bibentium multitudinem: sedenim illi, qua sunt procacitate & immodestia, diis veris & antiquis loco motis, semet ipsi primis dignātur accubitibus præter omnem morem patrium: ad hæc in terris quoque ante alios honorari contendunt: Visum est curiæ & populo, vt ad hyberna solstitia cogatur in Olympo concilium: septem autem ad cognoscendum appositi eligantur Dij perfecti, tres quidem ex curia veteri, quæ Saturno regnante constituta est: quatuor autem ex duodecim, C quorum in numero vnus erit Iupiter. Cæterùm qui electi erunt arbitri, ipsi ad cognoscendum causas sessum eant, dicto priùs iuramento legitimo, nimirum Styge. At Mercurius proclamato præconio vniuersos in concionem congreget, quicunque in deorum concilium legitimè admitti postulant. Veniant autem illi adductis iuratis testibus, & certi generis iudiciis. Deinde illi in vnum locum commeent: verùm arbitri accuratè expendentes, aut deos illos declarabunt, aut ad sua sepulcra & maiorum tumulos ablegabunt. Si verò quispiam ex obscuris & reprobatis comprehensus fuerit, & semel ab arbitris condemnatus in cœlum ascenderit, ille per præceps in Tartarum corruat. Præterea quisque exerceat sua commercia, neque Minerua rei medicæ intenta sit, neque Æsculapius dandis oraculis vacet aut seruiat, neque Apollo tanta soli sibi obeunda vendicet, sed vna re quapiam electa, aut vatem, aut citharœdum, aut medicum agat.

Ἐκκλησίας συνόμου ἀγομένης, ἑβδόμῃ ἱσταμένου, ὁ Ζεὺς ἐπροτάθυε, ὁ δὲ προέδρευε Ποσειδῶν, ἐπεστάτει Ἀπόλλων, ἐγραμμάτευε Μῶμος τῆς νυκτὸς, καὶ ὁ Ὕπνος τὴν γνώμην εἶπεν. Ἐπειδὴ πολλοὶ τῶν ξένων, οὐ μόνον Ἕλληνες, ἀλλὰ καὶ βάρβαροι, οὐδαμῶς ἄξιοι ὄντες κοινωνῆσαι ἡμῖν τῆς πολιτείας παρεληλαφότες, οὐκ οἶδ' ὅπως καὶ θεοὶ δόξαντες, ἐμπεπλήκασι μὲν τὸν οὐρανὸν, ὡς μεστὸν εἶναι τὸ συμπόσιον ἔχειν θορυβώδους, πολυγλώττων πιόντων καὶ ξυγκλύδων, ὑπολέλειπται δὲ ἡ ἀμβροσία, καὶ ὁ νέκταρ, ὥστε μιᾶς ἤδη τὴν κοτύλην εἶναι, λοιπὸν δὲ τὸ πλῆθος τῶν πινόντων οἱ δὲ ὑπὸ αὐθαδείας παρωσάμενοι τοὺς παλαιούς τε καὶ ἀληθεῖς θεοὺς, πρεσβυτέρους ἀξιώσασιν ἑαυτοὺς τοῦ πρώτου τὰ πάντα, καὶ ἐν τῇ γῇ πρεσβυτέροις θέλουσι, Δεδόχθω τῇ βουλῇ, καὶ τῷ δήμῳ ξυλλεγῆναι μὲν ἐκκλησίαν ἐν τῷ Ὀλύμπῳ περὶ ἑπτὰς χειμερινάς, ἑλέσθαι δὲ ὑπεργώμονας τελείους θεοὺς ἑπτά, τρεῖς μὲν, ἐκ τῆς παλαιᾶς βουλῆς τῆς ὑπὸ Κρόνου, τετταρας δὲ, ἐκ τῶν δώδεκα, καὶ ἐν αὐτοῖς, τὸν Δία. τοὺς δὲ τοὺς ὑπεργωμένους, αὐτοὺς μὲν καθίζεσθαι ὀμόσαντας τὸν νόμιμον ὅρκον, τὸν Στύγα· τὸν Ἑρμῆν δὲ, κηρύξαντα ξυναγαγεῖν ἀπόντας, ὅσοι ἀξιοῦσι ξυντελεῖν εἰς τὸ συνέδριον· τοῖς δὲ, ἥκειν, μάρτυρας ἐπαγομένους ἑκατόντας, καὶ ἀποδείξεις τῶν γενῶν. ἐλθόντας δὲ, οἱ μὲν παρίτωσαν καθ' ἕνα, οἱ δὲ ὑπεργώμενοι ἐξεταζόντες, ἢ θεοὺς εἶναι ἀποφαινώτωσαν, ἢ καταπεμψάντων ὅπου τὰ σφέτερα νεῖα, καὶ τοὺς τάφους τοὺς πατρικούς. ἐὰν δέ τις ἄλλο τῶν ἀδοκίμων, καὶ ἄπαξ ἐκ τῶν ὑπερκειμένων ἐκπεσὼν ὑπελθεῖν τὸν οὐρανὸν, εἰς τὸν Τάρταρον ἐμπεσεῖν τοῦτον. ἐργάζεσθαι δὲ τὰ αὐτῶν ἕκαστον. καὶ μήτε τὸν Ἀθηνᾶν ἐᾶν, μήτε τὸν Ἀσκληπιὸν χρησμῳδεῖν, μήτε τὸν Ἀπόλλω πρόσωπα μίαν ποιεῖν, ἀλλ' ἕν τι ὑπολελεῖφθαι μόνον. μαντικὸν, ἢ κιθαρῳδὸν, ἢ ἰατρόν εἶναι.

τοῖς δὲ φιλοσόφοις ὀφθῆναι μὴ ἀσκέπτως καινὰ ὀνόματα, μηδὲ λήρους ἐφεῖναι ὧν οὐκ ἴσασιν. ὁπόσοις δὲ ἤδη νενόμισται ἢ θυσίαν ἠξιῶσθαι, ἐκείνων μὲν καθαιρεθῆναι τὰ ἀγάλματα, ἐστῆναι δὲ ἢ Διός, ἢ Ἥρας, ἢ Ἀπόλλωνος, ἢ τῶν ἄλλων τινός· ἐκείνοις δὲ πάφορον χῶσαι τινὰ πόλιν, καὶ τῆλε ὑπερῆσαι αὐτῆ βωμοῦ. ὧδε δέ τις ὠφελήσει τὸ κηρύγματος, καὶ μὴ ἐθελήσῃ ἐπὶ τοὺς ὑπερκειμένους ἐλθεῖν, ἐρήμῳ αὐτὸν καταδικασθῆναι. Z E. τοῦτο μὲν ἡμῖν ὅ ψήφισμα, δικαιότατον, ὦ Μῶμε, καὶ ὅτῳ δοκεῖ, ἀναστενάτω τῇ χειρί, μᾶλλον δὲ οὕτω γιγνέσθω. πλείους γὰρ οἶδ' ὅτι ἔσονται οἱ μὴ χειροτονήσοντες. ἀλλὰ νῦν μὲν, ἄπιτε. ὁπότε δὲ κηρύξῃ ὁ Ἑρμῆς, ἥκετε, κομίζοντες ἕκαστος εὐαρχῆ τὰ γνωρίσματα, καὶ φῦλῆς τὰς ἀποδείξεις, πατρὸς ὄνομα, καὶ μητρὸς, καὶ ὅθεν ἕκαστος ἐγένετο, καὶ φυλὴν, καὶ φράτορας. ὡς ὅστις ἂν μὴ κεχρημένος, σαφὲς μέλλοι τοῖς ὑπερκειμένοις, εἰ νεών τις μέγαν ὑπὲρ γῆς ἔχει, καὶ εἰ οἱ ἄνθρωποι θεὸν αὐτὸν εἶναι νομίζουσιν.

A Porrò autem philosophis dicetur, ne noua subinde fingendo comminiscantur nomina, neque de iis quorum imperiti sunt, nugentur. In quorumcunque autem honorem aut cultum templa aut sacra constituta sunt, illorum imagines subuertantur, earúmque loco, aut Iouis, aut Iunonis, aut Apollinis, aut alterius cuiuspiam erigatur. Illis autem vrbs congesta terra sepulcrum accumulet, & aræ loco statuam reponat. Quòd si quis præconio dicto audiens esse noluerit, arbitrorúmque examen & censuram subire recusarit, ille indicta caussa condemnetur. I V P. Iustissimum equidem decretum est istud ô Mome: & qui suffragatur huic, manum protendat. Atqui potiùs ita fiat. Complures enim noui futuros, qui sua non sunt adiecturi suffragia. Verùm in præsens abite. Cæterùm in concionem accersiti à Mercurio, venite adferentes vnusquisque cognitiones claras, & manifestas comprobationes, matris & patris nomen, & vnde oriundus sit, tum quomodo diuinitatem adeptus sit, ad hęc tribũ quoque, & curiales. Verumenimvero qui præstò non fuerit, parum curæ erit arbitris, tametsi ille in terris ingens delubrum habuerit, ac homines eundem deum esse existimauerint.

KYNIKOΣ.

CYNICVS. Thoma Moro interprete.

ARGVMENTVM.

Disputatio est Luciani ac Cynici, qua alter Cynicam vitam vt sordidam atque ferinam, & à natura hominis abhorrentem reprehendit: alter vt frugalem & modestam, & virtuti maximè conuenientem defendit. Luciani argumenta sumuntur à modo & descriptione vitæ victúsque Cynicorum, quòd illi vt mendici incedant: vt canes, quibuscuis reiectamentis victitent: & vt feræ, nullas certas sedes, nulla certa habitacula teneant: deinde & contra naturam faciant, quæ ob id omnia crearit, vt illis ad corporum alimenta, defensionem, & voluptatem quoque vtamur: quæ cùm illi contemnant ac negligant, ipsam naturam ac Deum negligere atque contemnere videri. Contrà autem Cynicus à finitione opulentiæ & inopiæ ostendit se neque mendicum esse, neque quicquam sibi deesse. Deinde quod alter de natura, & rebus omnibus ad vsum nostrum creatis affert, id similitudine quadam diluit. Et primò quod ad victum attinet, ostendit, vt in conuiuio lauto non omnia ab omnibus arripi & vorari, sic neque in rebus creatis omnia ab omnibus vsurpari conuenire: alia ægrotantibus & inualidis, alia valentibus & robustis magis accommoda esse. Atque eo loco in diuitias, vt quæ magna molestia multisque periculis pariuntur, deinde & ipse vicissim multorum malorum causse sint, inuehitur. Et quod alter de Cynicis vsurparat, hoc in diuites ipse retorquet, videlicet quòd contra quàm à natura omnia creata ac facta sint, ipsi illis vtantur. Denique vitam suam etiam deorum exemplo atque auctoritate comprobat. Deinde verò, quod ad habitum & cultum pertinet, ostendit ea quoque parte naturam magis sequi sese, quàm diuites, ex officio & fine vestium, cæterarúmque id genus rerum. Nam se, quatenus vsus postulat, illis vti: contrà diuites vt cinædos & mulieres incedere, glabros & delicatos, & perinde vt torrente aliquo, sic libidine sua præcipites ferri. Postremò etiam deos pleroſque barbatos ac nudos fingi, sibíque quàm diuitibus illis habitu ac cultu similiores apparere.

LVCIANI

ΚΥΝΙΚΟΣ ΚΑΙ ΛΥΚΙΝΟΣ.

CYNICVS ET LVCIANVS.

LVCIA. QVid tu tandem? barbam quidem habes & comã, tunicam non habes, nudus conſpiceris, ac ſine calceis, delecta nimirum vaga inhumanáque ac ferali vita: tũ proprio corpore contra quàm faciunt cæteri, ſemper vſus incommodè, nunc huc nunc illuc circumis, in arido præterea ſolo cubans, adeò vt plurimum etiam ſordium, trítum iſthuc pallium referat, alioqui nec ipſum vel tenui filo, vel molle, vel florulentum. CYN. Neque enim indigeo: ſi quid eſt huiuſmodi, vt comparetur facillimè, dominóque minimum exhibeat negotij, id, inquam, mihi ſufficit. At tu per deos dic mihi, putásne eſſe in luxu vitium? LVC. Imò admodum. CYN. Contrà in frugalitate virtutem? LVC. Admodum. CYN. Cur igitur tandem quum me videas viuentem frugaliùs quàm vulgò faciunt homines, eos verò ſumptuoſiùs, me, non illos arguis? LVC. Quia non frugaliùs per Iouem videris mihi, ſed egentiùs viuere, imò vitam omnino egenam atque inopem. Nam tu nihil à mendicis differs, qui cibum mendicant in diem. CYN. Vis ergo videamus (quandoquidem huc proceſſit oratio) quidnam inopiá ſit, quídque rurſus copia? LVC. Si tibi quidem ita videtur. CYN. Nunquid ergo ſatis id cuique eſt, quicquid ipſius explet neceſſitatem? an aliud quippiam dicis? LVCIA. Eſto iſtud. CYN. Indigentia verò, quicquid cuiuſquam vſui deeſt, nec eò quò ſit neceſſe, peruenit? LVC. Scilicet. CYN. Nihil igitur meis in rebus deeſt. Nihil enim in his eſt, quod neceſſitatem non expleat meam. LVCIA. Quo pacto illud ais? CYN. Scies, ſi conſideres in quem vſum eorum quodque paratum eſt, quorum egemus: vt domus, an non tegumenti gratia? LVCIAN. Maximè. CYN. Quid veſtis, cuius gratia? nónne tegumenti etiam ipſa? LVCIA. Sanè. CYN. At ipſo per deos tegumento, cuius rei gratia indigemus? nónne vt meliùs ſe habeat id quod tegitur? LVCIA. Mihi quidem ſic videtur. CYN. Vtrùm igitur tibi peiùs ſe habere videntur pedes?

Α ΤΙ ποτε, ὦ οὗτε; πώγωνα μὲν ἔχῃς ϗ κόμην, χιτῶνα δὲ οὐκ ἔχῃς, ϗ γυμνοδερχὴς, ϗ ἀνυπόδητος, τὸν ἀληπτον ϗ ἀπάνθρωπον βίον, ϗ θηριώδη ὑπολεξάμενος, ϗ ἀεὶ τοῖς ἐναντίοις ὃ ἴδιόν ἐστιν διαιτώμενος οὐχ ὡς οἱ πολλοὶ διαχρησάμενος, ἄλλοτε ἄλλαχοῦ, ϗ διαζώμενος ὁτὲ μὲν ἐν τῷ πεδίῳ καθεύδων, ὡς ἄσημα πάμπολλον τοῦτο τὸ περιβόλαιον φέρῃ· ἢ μήτοι ϗ τοῦτο λεπτόν, οὐδὲ μαλακὸν, οὐδὲ ἀνθηρόν. ΚΥ. οὐδὲ γὰρ δέομαι. Β τοιοῦτον δή, ὁποῖόν σοι πορισθεῖν ῥᾴδιον, ϗ ὧν κτησαμένῳ πορίσματα ὡς ἐλάχιστα πρόσεστιν. τοιοῦτον γὰρ ἄρκει μοι. σὺ δὲ πρὸς θεῶν, εἰπέ μοι, τῇ πολυτελείᾳ ἢ νομίζῃς κακόν πορίσεσθαι; ΛΥ. ϗ μάλα. ΚΥ. τῇ δ' εὐτελείᾳ ἀρετήν; ΛΥ. ϗ μάλα. ΚΥ. τί ποτ' οὖν ὁρῶν ἐμὲ τῷ πολλῶν εὐτελέστερον διαιτώμενον, τοὺς δὲ, πολυτελέστερον, ἐμὲ αἰτιᾷ, ϗ οὐκ ἐκείνους; ΛΥ. ὅτι οὐκ εὐτελέστερόν μοι, μὰ Δία, τῷ πολλῶν διαιτᾶσθαι δοκεῖς, ἀλλ' ἀνδραποδωδέστερον, μᾶλλον δὲ τελέως, ἀνδραπόδου, ϗ ἀπόρου. ὅλῳ γὰρ φέρῃς γὰρ οὐδὲν σὺ τῷ πολλῶν, οἳ τὴν ἐφημέρου ἔφοδον μεταιτοῦσι. ΚΥ. βούλῃ οὖν εἰδῶμεν, ἐπὶ πορεσελήλυθεν οὕτως ὁ λόγος, τί ὃ σὺ δεῖ, ϗ τί ὃ ἱκανόν ἐστιν; ΛΥ. εἰ σοὶ δοκεῖ. ΚΥ. ἆρ' οὖν ἱκανόν μὲν ἑκάστῳ, ὅσον ἂν ἀρκέσῃ πρὸς τὴν οἰκείαν χρείαν, ἢ ἄλλό τι λέγῃς; ΛΥ. ἔστω τοῦτο. ΚΥ. οὐδὲν δεῖ γ', ὅσον ἂν οὐδενὸς περιῇ τῆς χρείας, ϗ μὴ ἀρκέσῃ πρὸς τὸ δέον; ΛΥ. ναί. ΚΥ. οὐδὲν ἄρα τῷ ἐμῷ σὺ δεῖ ἐστιν. οὐδὲν γὰρ αὐτῷ ὅ, τι τὴν χρείαν οὐκ πληροῖ τὴν ἐμήν. D ΛΥ. πῶς δ' τοῦτο λέγῃς; ΚΥ. ἐὰν σκέψῃ πρὸς ὅ, τι τέτρηται ἕκαστον, ὧν δεόμεθα, οἷ, οἰκία, ἆρ' οὐχὶ σκέπης; ΛΥ. ναί. ΚΥ. τί δὲ ἐσθής, τοῦ χάριν; ἆρα οὐχὶ αὐτὴ τῆς σκέπης; ΛΥ. ναί. ΚΥ. τῆς δὲ σκέπης αὐτῆς πρὸς θεῶν, τίνος ἕνεκα δεόμεθα εἶναι, οὐχ ὥστε ἄμεινον ἔχειν τὸν σκεπόμενον; ΛΥ. δοκεῖ μοι. ΚΥ. πότερ' οὖν, τῷ πόδε κάκιον ἔχειν δοκεῖ σοι ἢ

ΛΥ. οὐκ οἶδα. ΚΥ. ἀλλ' οὕτως αὖ μάθοις, τί ποδῶν ἔστ' ἔργον; ΛΥ. πορεύεσθαι. ΚΥ. κάκιον οὖν σοὶ δοκοῦσιν οἱ ἐμοὶ πόδες, ἢ εἰ τῶν πολλῶν; ΛΥ. τοῦτο μὲν οὐκ ἴσως. ΚΥ. ἆ τοίνυν ἦ εἰ χεῖρον ἔχουσιν, ἢ μὴ χεῖρον, ὃ ἑαυτῶν ἔργον ἀποδιδόασιν; ΛΥ. ἴσως. ΚΥ. τοιγὰρ μὴν πόδας γε οὐδὲν φαίνομαι χεῖρον διακείμενος τῶν πολλῶν ἔχειν; ΛΥ. οὐκ ἔοικας. ΚΥ. τί δ', τοὐμὸν σῶμα τῶν λοιπῶν ἆρα κάκιον; εἰ γὰρ κάκιον, καὶ ἀσθενέστερον, ἕξεως γὰρ σώματος, ἰσχύς· ἆρ' οὖν ὁ ἐμὸν ἀσθενέστερον; ΛΥ. ἔμοιγε φαίνεται. ΚΥ. ἆ τοίνυν οὐδ' οἱ πόδες φαίνοιντό μοι σκέπης ἐνδεῶς ἔχειν, οὔτε ὁ λοιπὸν σῶμα. εἰ γὰρ ἐνδεῶς εἶχον, κακῶς ἂν εἶχον. ἢ γὰρ ἔδηλα, πάντα γοῦν κακὸν καὶ χεῖρον ἔχειν ποιεῖ τοῦτο, οἷς ἂν παρῇ. ἀλλὰ μήν, οὐδὲ πέφυκέ γε φαίνεται χεῖρον ὃ σῶμα τοὐμόν, ὅτι ἀπὸ τῶν τυχόντων τρέφεται. ΛΥ. δῆλον γάρ. οὐδὲ ἄρρωστον, εἰ κακῶς ἐτρέφετο. λυμαίνονται γὰρ αἱ πονηραὶ ἕξεις τὰ σώματα. ΛΥΚ. ἔστι ταῦτα. ΚΥΝ. πῶς οὖν εἰπέ μοι τούτων οὕτως ἐχόντων, αἰτιᾷ μου, καὶ φαυλίζεις τὸν βίον, καὶ φῂς ἄθλιον; ΛΥΚ. ὅτι, νὴ Δία, τῆς φύσεως, ἣν σὺ τιμᾷς, καὶ θεὸν, γῆν ὑπὲρ μέσον κατατιθέντων, οὐδὲ αὐτῆς αἰσθάνῃ πολλὰ, καὶ ἀγαθά, ὅστ' ἔχειν ἡμᾶς πάντα ἄφθονα, μὴ πρὸς τὴν χρείαν μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἡδονὴν, οὐ πάντων τούτων ἢ τῶν γε πλείστων ἄμοιρος εἶ, καὶ σοὶ μετέχεις αὐτῶν, οὐδὲν μᾶλλον ἢ τὰ θηρία· πίνῃς μὲν γὰρ ὕδωρ, ὥσπερ καὶ τὰ θηρία, σιτῇ δὲ, ὥσπερ αἱ δίψικυνες, ὥσπερ οἱ κύνες, εὐνὴν δὲ οὐδὲν χρείττω τῶν κυνῶν ἔχεις. χόρτος γὰρ πάρεστί σοι, καθάπερ ἐκείνοις. ἔτι δὲ ἱμάτιον φορεῖς, οὐδὲν ἐπιδεέστερον ἀκλήθου. καίτοι εἰ σὺ τούτοις ἀρκούμενος ὀρθῶς φρονήσεις, ὁ θεὸς οὐκ ὀρθῶς ἐποίησε, τὸ μὲν, πρόβατα ποιήσας ἐπιμελῶς· τοῦτο δὲ, ἀμπέλους ἡδυοίνους· τοῦτο δὲ, τὴν ἄλλην παντοδαπὴν θαυμαστῶν ποικιλίαν, καὶ ἔλαιον, καὶ μέλι, καὶ τἆλλα, ὡς ἔχειν μὲν ἡμᾶς σιτία πανοδαπά, ἔχειν δὲ πόσιν ἡδὺν, ἔχειν δὲ χρήματα, ἔχειν δὲ μὴν μαλακὴν, ἔχειν δὲ οἰκίας καλὰς, καὶ τἆλλα πάντα θαυμαστῶς κατεσκευασμένα.

A LVCIA. Nescio. CYN. Atqui hoc pacto didiceris: quodnam pedum officiũ est? LVC. Ingredi. CYN. An deteriùs ergo ingredi pedes tibi videntur mei, quàm aliorum? LVC. Istud verò fortasse non. CYN. At non possent, seu sese meliùs seu deteriùs haberent, officium suum præstare? LVC. Fortasse. CYN. Pedibus ergo nihil peiùs affectus videor, quàm alij? LVC. Non videris. CYN. Quid corpus verò meum? Num deterius quàm reliquorum? Nempe si deteriùs se haberet, esset idem imbecillius: corporis quippe virtus robur est. An meum ergo debilius? LVCIA. Non videtur: B CYN. Neque pedes ergo tegumento videntur egere, neque reliquum corpus. Quippe si egerent, malè haberent. Egestas etenim omnino mala, ac peiùs habere se facit ea quibuscunque adfuerit. At ne alij quidem deteriùs corpus videtur meum, quod quibuslibet cibis alitur. LVC. Manifestum est id quidẽ. CYN. Nam nec vegetum esset robustúmque si aleretur malè. Mala siquidem alimenta corpus tabefaciunt. LVC. Ista quidem ita se habent. CYN. Quo pacto igitur, dic mihi, his ita se habentibus, me C arguis, vitámque improbas meam, ac miseram prædicas? LVC. Ideo per Iouem, quòd cùm natura (quam tu colis) ac superi terram in communi statuerint, ex eáque multa nimirum ac bona ediderint, vt nobis omnia superessent abundè, non in necessitatem modò, verùm in voluptatem quoque: tu tamen horum omnium aut maximæ saltem partis expers es, nec eorum quoquam frueris, nihilo certè magis quàm feræ. Nempe aquam bibis, quam etiam bibunt feræ: comedis verò quicquid offenderis, quemadmodum canes: tum cubile nihilo melius canibus habes, quandoquidem gramen D tibi sufficit, quemadmodum & illis: pallium præterea circumfers nihilo mendico decentius. Quanquam si tu his contentus rectè sapis, tum Deus profectò neutiquam rectè fecit, primùm quòd oues effecit pingues, deinde vites dulcis vini feraces, ac reliquum deinde apparatum varietate mirabilem, & oleum, & mel, & reliqua omnia vt nos haberemus, edulia quidem omnigena haberemus, potum dulcem haberemus, pecunias haberemus, mollẽ lectũ haberemus: præterea pulchras domos, ac reliqua demum omnia mirũ in modum præparata.

Nam & ipſa quoque artium effecta, deorum dona ſunt. At viuere omnibus hiſce bonis priuatum, id fuerit profectò miſerum, etiamſi ab alio quopiam priueris, quemadmodum hi qui ſeruantur in vinculis: longè verò miſerius, ſi quis ipſe ſeſe omnibus bonis priuet. Nam ea demum manifeſta inſania eſt. CYNICVS. Et rectè quidem fortaſſe dicis. Verùm iſtuc dic mihi: Si quis diuite quopiam alacriter atque humanè, quin prolixè quoque exhibente conuiuium, tum hoſpites excipiente & multos ſimul & omnigenos, alios quidem imbecillos, alios autem robuſtos; deinde apponente multa atque omnigena: ſi quis, inquam, omnia corripiat, omniáque deglutiat, non ea tantùm quæ vicina ſunt, ſed ea quoque quę procul abſunt, præparata videlicet inualidis, ipſe tamen valens, cùm vnum duntaxat ventrem habeat, nec multis vt nutriatur indigeat, diutiùs tamen quàm alij multi immoretur, hic vir cuiuſmodi tibi videtur eſſe? probúſne? LVCIA. Non mihi quidem. CYN. Quid verò, num temperans? LVCIA. Ne id quidem. CYN. Quid verò ſi quis eiuſdem menſæ particeps, multa illa ac varia negligat, vno quopiam ex his quæ proximè apponuntur, electo, cùm ſatis in ſuam habeat neceſſitatem, id decenter edat, eóque ſolo vtatur, cætera illa ne reſpiciat quidem: an non hunc temperatiorem & meliorem virum illo putabis? LVCIA. Ego certè. CYN. Vtrùm ergo iam intelligis, an me oportet dicere? LVCIA. Quidnam? CYN. Quòd Deus illi quidem pulchrè conuiuium inſtruenti ſimilis eſt, vt qui appoſuerit multa ac varia, atque omnigena, vti eſſent quæ cuique conuenirent, alia quippe valentibus, alia rurſus ægrotantibus, atque alia quidem robuſtis, alia verò inualidis: non vt omnibus vtamur omnes, ſed vt his vtantur ſinguli, quæ ſuæ cuiuſque naturæ conueniunt, & ex ipſis, quacunque re maximè quenque indigere contigerit. At vos illum qui per inſatiabilitatem atque incontinentiam omnia corripit, refertis, vt qui rebus vti velitis omnibus, & vndecunque partis, non ſolis contenti præſentibus, exiſtimantes propriam quidem neque terram, neque mare ſufficere, ſed importantes ab ipſis vſque terræ finibus voluptates, partiſque rebus peregrina præferentes,

καὶ γὰρ αὖ τὰ τῶν τεχνῶν ἔργα, δῶρα τῶν θεῶν ἐστι. Τὸ δὲ πάντων τούτων ζῆν ἀπεστερημένον, ἄθλιον μέν, εἰ καὶ ὑπ' ἄλλου τινὸς ἀπεστέρητο, καθάπερ οἱ ἐν τοῖς δεσμωτηρίοις. πολὺ δὲ ἀθλιώτερον, εἴ τις αὐτὸς ἑαυτὸν ἀποστερήσι πάντων τῶν καλῶν. μανία τις ἤδη τοῦτό γε σοφός. ΚΥ. Ἀλλ' ἴσως ὀρθῶς λέγεις. ἐκεῖνο δέ μοι εἰπέ, εἴ τις ἀνδρὸς πλουσίου παρθύμως καὶ φιλανθρώπως, ἔτι τε φιλοφρόνως ἑστιῶντος, καὶ ξενίζοντος πολλοὺς ἅμα καὶ παντοδαπούς, τοὺς μέν, ἀσθενεῖς, τοὺς δέ, ἐρρωμένους, κἄπειτα παρατιθέντος πολλὰ καὶ παντοδαπά, πάντα ἁρπάζοι, καὶ πάντα ἐσθίοι, μὴ τὰ πλησίον μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ πόρρω, τὰ τοῖς ἀσθενοῦσι παρεσκευασμένα, ὑγιαίνων αὐτὸς, καὶ ταῦτα, μίαν μὲν κοιλίαν ἔχων, ὀλίγων δὲ ὥστε παραφλῶναι δεόμενος, ἐπὶ πολλῶν ὑπομεῖναι μέλλων χρόνον ὁ ἀνὴρ, ποῖός τις δοκεῖ σοι εἶναι; ἆρά γε φρόνιμος; ΛΥΚ. Οὐκ ἔμοιγε. ΚΥΝ. Ἢ δὲ, σώφρων; ΛΥΚ. Οὐδὲ τοῦτο. ΚΥΝ. Ἢ δὲ, εἴ τις μετέχων τῆς αὐτῆς ταύτης τραπέζης, τῶν μὲν πολλῶν καὶ ποικίλων ἀμελήσ, ἓν δὲ τῶν ἐγκειμένων ὑπολεξάμενος, ἱκανῶς ἔχων πρὸς τὰ ἑαυτοῦ χρείαν, τοῦτο ἐσθίοι κοσμίως, καὶ τούτῳ μόνῳ χρῶτο, τοῖς δ' ἄλλοις οὐδὲ προσβλέποι, τοῦτον οὐχ ἡγῇ σωφρονέστερον, καὶ ἀμείνω ἄνδρα εἶναι; ΛΥΚΙΝ. Ἔγωγε. ΚΥΝΙΚΟΣ. πότερον οὖν, σωφρὼν, ἢ ἐμὲ δεῖ λέγειν; ΛΥΚΙΝΟΣ. Ὁ ποῖον; ΚΥΝΙΚΟΣ. ὅτι ὁ μὲν θεὸς, τῷ ξενίζοντι καλῶς ἐκείνῳ ἔοικε, παρατιθεὶς πολλὰ, καὶ ποικίλα, καὶ παντοδαπά, ὅπως ἔχωσιν ἁρμόζοντα· τὰ μὲν, ὑγιαίνουσι, τὰ δ', ῥωσθεῖσι· καὶ τὰ μὲν, ἰσχνοῖς, τὰ δ', ἀσθενοῦσιν, οὐχ ἵνα χρώμεθα ἅπαντες πάντες, ἀλλ' ἵνα τοῖς καθ' ἑαυτὸν ἕκαστος, καὶ τῶν καθ' ἑαυτὸν, ὅτου ἂν δὴ τύχοι, μάλιστα δεόμενος. ὑμᾶς δ', τὸν δι' ἀπληστίαν τε καὶ ἀκρασίαν ἁρπάζοντι πάντα, οὕτω μάλιστα ἐοικότας, πᾶσι χρῆσθαι ἀξιοῦντας, καὶ τοῖς ἀπόντας, μὴ τοῖς παρ' ὑμῖν μόνον, ἢ γῆν, ἢ θάλατταν τὴν καθ' αὑτοὺς αὐτάρκη νομίζοντες, ἀλλ' ἀπὸ πάντων γῆς ἐμπορευόμενοι τὰς ἡδονὰς, καὶ τὰ ξενικὰ τῶν ὀπτανείων ἀεὶ προτιμῶντες,

καὶ τὰ

καὶ τὰ πολυτελῆ τῶν εὐτελῶν, καὶ τὰ δυσπόριστα τῶν εὐπορίστων. καθόλου δὲ, πράγματα, καὶ κακὰ ἔχειν μᾶλλον ἑλόμενοι, ἢ δίχα πραγμάτων ζῆν. τὰ γοῦν δὴ πολλὰ, καὶ πλούσια, καὶ εὐδαιμονικὰ σκευάσματα, ἐφ' οἷς ἀγάλλεσθε, ἀφ' πολλῆς ὑμῖν ταῦτα κακοδαιμονίας καὶ ταλαιπωρίας παρεγένετο. σκόπει γὰρ εἰ βούλει, τὸν πολύβυκτον χρυσὸν, καὶ τὸν ἄργυρον, σκόπει τὰς οἰκίας τὰς πολυτελεῖς, σκόπει τὰς ἐλεφαντίνας τὰς ἐστρωμένας, σκόπει τὰ τύπτοις ἀκόλαστα πόμτα· πόσων πραγμάτων ἐστὶν ὠνητὰ, πόσων πόνων, πόσων κινδύνων, μᾶλλον δὲ, αἱμάτων, καὶ θανάτου, καὶ ἀμφιβολίας ἀνδρῶν πόσης; οὐ μόνον ὅτι πλέοντες ἀπόλλυνται ἀφ' ταῦτα πολλοὶ, καὶ ζητοῦντες καὶ δημιουργοῦντες δηναὶ πάσχουσιν· ἀλλ' ὅτι καὶ πολυμάχιτά ἐστι, καὶ ἐπιβουλεύονται ἀλλήλοις ἀφ' ταῦτα, φίλοις φίλοι, καὶ πατράσι παῖδες, καὶ γυναῖκες ἀνδράσιν. οὕτως οἶμαι καὶ τῷ Ἐριφύλῃ, ἀφ' τὸν χρυσὸν παρδοῦναι τὸν ἄνδρα· καὶ ταῦτα μύθοι πόμτα γίγνεται, τῶν μυθῶ ποικίλων ἱματίων, οὐδέν τι μᾶλλον θάλπειν δυναμένων· τῶν δὲ χρυσοτύπων οἰκιῶν, οὐδέν τι μᾶλλον σκεπουσῶν· τῶν δὲ ἐκ πομάτων τῶν ἀργυρῶν, οὐκ ὠφελούντων τὸν πότον, οὐδὲ τῶν χρυσῶν, οὐδὲ τῶν ἐλεφαντίνων αὖ κλινῶν, τὸν ὕπνον ἡδίω παρεχομένων· ἀλλ' ὄψει πολλάκις ἐπὶ τῆς ἐλεφαντίνης κλίνης, καὶ τῶν πολυτελῶν στρωμάτων, τοὺς εὐδαίμονας, ὕπνου λαχεῖν οὐ δυναμένους. ἔτι δὲ καὶ αἱ πολυτελαὶ περὶ τὰ βρώματα παρασκευαὶ, πρόφασιν μὲν οὐδὲν μᾶλλον, λυμαίνονται δὲ τὰ σώματα, καὶ τοῖς σώμασι νόσους ἐμποιοῦσι. τί δὲ δεῖ λέγειν ὅσα τῶν ἀφροδισίων ἕνεκα πράγματα ποιοῦσί τε καὶ πάσχουσιν οἱ ἄνθρωποι; καίτοι ῥᾴδιον ἦν παραπλῆξαι ταύτῃ τῇ ἐπιθυμίᾳ, εἰ μή τις ἐθέλοι πυθέσθαι. καὶ οὐδεὶς εἰς ταύτην ἡ μανία καὶ ἀφροσύνη φαίνεται τοῖς ἀνθρώποις ἥκειν. ἀλλ' ἤδη τῶν ὄντων τῷ χρῆσιν αἱρεσίφοισιν, ἐκείνῳ χρώμενοι, παρὸ ὃ μὴ πέφυκεν, ὥσπερ εἴ τις αὐλὸν ἀμάξης ἐθέλοι τῇ κλίνῃ χρήσασθαι, καθάπερ ἀμάξῃ. ΛΥ. καὶ τίς οὗτος; ΚΥ. ὑμεῖς οἱ τοῖς ἀνθρώποις ἅπερ ὑποζυγίοις χρῆσθε, καθίετε ὑπὲ αὐτοὺς, ὥσπερ ἁμάξας, τὰς κλίνας τοῖς πραχήλοις ἄγειν, αὐτοὶ δ' ἄνω κατακείσθε πρυφῶντες,

sumptuosáque frugalibus, atque ea quæ difficilè comparantur, his quæ sunt comparatu facilia: in summa denique molestias maláque potiùs eligentes, quàm absque molestiis viuere. At isti quidem plurimi ac pretiosi beatique apparatus quibus exultatis, per magnam ad vos miseriam ærumnámque perueniunt. Aurum ipsum tam optabile, si libet, argentúmque considera: domus considera sumptuosas, vestes operosas considera: atque eius generis omnia, quanto negotio emuntur, quot laboribus, periculis, imò sanguine ac cæde, quantóque hominum interitu: non ideo solùm, quòd dum nauigant, propter ista pereunt complures: ac dum quærunt parántque, grauia perferunt: sed ob id quoque, quòd digladiationes multas pariunt, quódque ob ea insidiantur inuicem & amicis amici, & parentibus liberi, & maritis coniuges. Sic opinor Eriphylen quoque auri gratia prodidisse maritum. Atque hæc quidem omnia fiunt, quum tamen vestes illæ variæ nihilo magis quicquam queant calefacere, auratáque illa ædificia nihilo prorsus magis tegant, nec pocula illa argentea potui quicquam magis conducant, sed nec aurei illi nec eburnei item lectuli somnum suauiorem præbeant: imò videbis frequenter in eburneo lecto, sumptuosísque stromatibus, beatis illis somnum contingere non posse. Præterea omnigenæ illæ circa edulia curæ, nihilo magis alunt, quin tabefaciunt potiùs corpora, iisdémque morbos ingenerant. Quid autem dicere attinet, libidinis gratia quantas molestias mortales & faciunt, & patiuntur? Quanquam facile est isti cupiditati mederi, nisi quis velit indulgere deliciis. At ne hæc quidem insania corruptelaque sufficere videtur mortalibus, sed iam rerum etiam vsum peruertunt, singulis rebus ad id vtentes, ad quod minimè paratæ sunt, quemadmodum lecto si quis vti carpenti loco velit, ac tanquam curru. LVCIA. Quisnam is est? CYN. Vos, inquam, qui hominibus tanquam iumentis vtimini. Nam eos iubetis, vt lecticas tanquam currus in ceruicibus ferãt, ipsi verò in sublimi residetis delicati,

atque illinc homines perinde tanquam asinos aurigamini, imperantes vt hac nō illac eant: & qui hæc facitis maximè, iidem maximè beati videmini. Tum hi qui piscium carnibus non tantùm vt alimentis vtuntur, verùm tincturas etiam quasdam ex his machinantur, eos dico qui purpuram tingunt: nónne & hi præter naturam his vtuntur quæ à deo præparata sunt? L V C. Non per Iouem, siquidem tingere etiam potest, non comedi tantùm, purpuræ caro. C Y N. At non in id tamen nata est. Nam & cratere quispiam, si præter naturam detorqueat, ollæ loco posset vti, nec in id tamē paratus erat. Sed quo pacto posset quispiam vniuersam illorum infelicitatem percurrere, quæ tanta est? At tu me quoq; quòd nolo eius esse particeps, incusas: viuo ego tamen quemadmodum modestus ille, his videlicet duntaxat, quæ mihi apponuntur, vescens, ac frugalissimis vtens: variis verò illis atque omnigenis minimè inhians. Ac deinde quum paucis egeam, ac minimè multis vtar, ferinam tibi videor vitam viuere. Atqui hac ratione tua Dij profectò in periculum veniunt ne & ipsi sint feris etiam deteriores, quippe qui rei nullius indigent. Verùm vt exactiùs intelligas cuiusmodi horum vtrunque sit, vel paucis videlicet egere, vel multis, considera quòd pluribus egēt primùm pueri quàm adulti, deinde mulieres quàm viri, tum ægroti quàm valentes: atque omnino in summa, inferiora quælibet præstantioribus plurium indigent: proinde Dij omnino nullius egent rei: qui verò ad Deos accedunt proximè, quàm minimis egent. An Herculem putas omnium hominum præstantissimum, quippe diuinum virum, deúmque rectè creditum, miserum tunc fuisse, quum circumiret nudus, pelle duntaxat indutus, harum rerum nostrarū nihil desiderans? At ille miser profectò non erat, quippe qui miseriā ab aliis propulsabat: neque rursus pauper, qui terra marique dominabatur. Nempe quocunque intendisset impetū, omnes quaqua versum superabat: nec in quenquam sui temporis incidit, qui se vel æquarit vnquam, vel vicerit, quoad ex humanis excesserit. At tu illi stromata putas calceósque defuisse, atque ob id mundum obambulasse tantum virum? Dicendum profectò non est: sed continens erat ac fortis, & moderatè viuere volebat, non indulgere deliciis.

οἱ δὲ λόγου τε ἄξιοι, τό, τε συμπόσιον ὅλον κεκοσμηκότες, ⸂καὶ⸃ κάλλους ἐγκώμια διελθόντες, Φίλων τε ἦν ὁ Δινίου, καὶ Ἀείσιππος ὁ Ἀγαθήνους, καὶ τρίτος αὐτός· συνηκολέκτο δὲ ἡμῖν καὶ Κλεώνυμος ὁ καλός, ὁ τοῦ Ἀνδροκλέους ἀδελφιδοῦς, μειρακίων ἁπαλόν τε καὶ τρυφερώτατον· νοῦν μέντοι γε ἐδόκει ἔχειν. πάνυ γὰρ προσεκέκυφε τῷ λόγῳ. πρῶτος δὲ ὁ Φίλων περὶ τοῦ κάλλους ἤρξατο λέγειν, προοιμιασάμενος ὧδε. ΕΡ. μηδαμῶς, ὦ ἑταῖρε, μὴ πρὶν ἐμοὶ τὴν ἐγκωμίων ἀρξῃ, πρὶν ἂν μοι καὶ τὴν αἰτίαν ἀποδῷς, ὑφ' ἧς εἰς τοῦτον προήχθητε τὸν λόγον. ΧΑ. εἰκὴ ἀφορμὴν ἡμᾶς, ὦ γαθέ, πάλαι δυναμένους τὸν ἅπαντα λόγον διελθόντας, ἀπαλλαγῆναι. καίτοι ἄλλο τί τις ἂν χρήσαιτο, ὁπότε φίλος τις ὤν, βιάζοιτο; ἀνάγκη γὰρ ὑφίστασθαι πρὸς ὁποιονοῦν. ἐπεὶ δὲ ζητεῖς αἰτίαν τοῦ λόγου, αὐτὸς ἐμοὶ Κλεώνυμος ὁ καλός. καθημένου γὰρ αὐτοῦ μεταξὺ ἐμοῦ τε, καὶ Ἀνδροκλέους τοῦ θείου, πολὺς ἐγίνετο λόγος τοῖς ἰδιώταις περὶ αὐτοῦ, ἀποβλέποντές τε εἰς αὐτὸν, καὶ ὑποθερμαινόμενοι τῷ κάλλει. σχεδὸν οὖν πάντων ὀλιγωρήσαντες, κάλλιστο διεξιόντες ἐγκώμια τοῦ μειρακίου. ἀγασθέντες δὲ ἡμεῖς τὴν περὶ τὸν καλὸν φιλοκαλίαν, καὶ ἅμα ἐπαινέσαντες αὐτοὺς, ἀρχαίας τε πολλῆς οὔσης ὑπολαβόντες, λόγοις ἀπολείπεσθαι τῶν ἰδιωτῶν περὶ τῶν καλλίστων, ὧν μόνων τούτων οἰόμεθα προέχειν, καὶ δὴ πειρώμεθα περὶ τοῦ κάλλους λόγων. ἔδοξεν οὖν ἡμῖν, οὐκ ὀνόματι λέγειν τὸν ἔπαινον τοῦ παιδὸς (οὐ γὰρ καὶ ἔχειν καλῶς, ἐμβαλεῖν γὰρ καὶ αὐτὸν εἰς πλείω τυφλώ) ἀλλ' ὅσον μὲν ὡς οἷόν τε ἐκείνους οὕτως ἀπάντων, ὅσῳ ἕκαστος τύχοι λέγειν, ἀλλ' ἕκαστον εἰπεῖν ἰδίᾳ, ὅσ' ἂν ἀπομνημονεύοι περὶ τοῦ προκειμένου. καὶ δὴ ἄρξαντος ὁ Φίλων πρῶτος, οὑτωσὶ τὸν λόγον ἐποιεῖτο, Ὡς ἔστι δεινόν, εἰ πάνυ ὅσα πράττομεν ἑκάστης ἡμέρας, ὡς περὶ καλῶν ποιούμεθα τὴν σπουδήν, αὐτῶν δὲ τῶν καλῶν οὐδένα ποιούμεθα λόγον, ἀλλ' οὕτω καθεδούμεθα σιγῇ, ὥσπερ δεδιότες, μή λάθωμέν ἡμᾶς αὐτούς, ὥσπερ οὐ σπουδάζομεν τὸν ἅπαντα χρόνον εἰπόντες.

A qui verò memoratu digni sunt, quique totum conuiuium cohonestarunt, laudésque pulchritudinis verbis persecuti sunt, Philo erat Diniæ filius, & Aristippus Agasthenis, tertiúsque ipse. Accumbebat autem nobiscum & Cleonymus formosus ille, Androclis nepos, adolescẽtulus tener & delicatus, qui mentem tum habere vtique videbatur. Admodum enim attentè auscultabat quæ dicebãtur. Primus itaque Philo de pulchritudine incipiebat dicere, facto in hunc modum exordio. HERM. Nequaquam, amice, ne mihi priùs ipsa encomia exordiare quàm causſam quoque exposueris, qua B adducti ad hoc argumentum tractãdum processeritis. CHAR. Præter rem moraris nos ô optime, qui tibi iamdudum potuissemus vniuersa oratione exposita iterum hinc abire. Veruntamen quid agas quando quispiam amicus existens tãtopere vrgeat? Necesse enim est quiduis etiam amici causſa perperi. Causſa igitur quam quæris qua ad hoc argumentum compulsi sumus, ipse Cleonymus formosus ille fuit. Cùm enim medius inter me & Androclem, cuius nepos erat, sederet, multus ab idiotis sermo de eo fiebat, qui & respiciebant ad ipsum, & ad C formam eius plus quàm obstupescebant. Propemodum igitur cæteris omnibus postpositis, sedebant encomia adolescentis persequentes. Nos autem admirati illorum erga pulchritudinem amorem ac studium, & simul collaudatis ipsis, segnitiem quandam arbitrati sumus esse verbis ab idiotis superari, præcipuè de pulcherrimis dicendo, quo solo nos illis præstare putaremus. Atque ita de pulchritudine verba facere cœpimus. Visum igitur nobis est haud nominatim dicere laudes pueri (neque enim honestum fore, nam hoc pacto præcipitaturos nos ipsum in maiorem insolentiam, esse) sed D tamen neque illas incompositè adeò, & vt cuique fortè succurrisſet, sed seorsim singulos quæcũque de re proposita commeminissent. Atque ita Philo primus exorsus, in hunc modum verba fecit: Quàm indignum verò est, quòd cùm quæcunque in singulos dies agimus, pro iis tanquam pulchris omnem operam ac diligentiam adhibeamus, de ipso pulchro sermonem nullum habemus, sed perinde silentes ac taciti sedemus, ac si metuamus ne fortè verbum aliquod de iis pro quibus tantopere laboramus, vel imprudentibus nobis excidat?

Atqui vbinam aliquis oratione meritò vtatur, ſi, cùm de illis quæ nullius pretij ſunt, tantopere contendat de eo quod omnium pulcherimum eſt, planè conticeſcat? Aut quomodo id quod in verbis pulchrum eſt, rectiùs quàm omnia alia ſeruari poterit, ſi de ipſo fine eorũ quæ quotidie aguntur, dicere prętermittamus? Verùm ne videar monere quidem ſcire quo pacto oporteat nos circa pulchrum affectos eſſe, dicere autem ipſe de eo nihil poſſe: quoad fieri poteſt, de eo breuiter commemorare conabor. Nam pulchritudine omnes quidem cupierunt potiri: pauci autem omnino fuerunt qui illam aſſecuti fuiſſent. Qui verò donum hoc fortè adepti fuêre, illi omnium beatiſſimi fuiſſe viſi ſunt, & apud deos & apud homines meritò honore affecti. Atque huius rei argumentum tale fuerit. Nam eorum qui ex Heroibus in numerum deorum recepti ſunt, Hercules, & Dioſcuri, & Helena, Iouis filij ſunt: quorum ille quidem fortitudinis cauſſa honorem hunc conſecutus eſſe dicitur, Helena autem pulchritudinis gratia cùm ſe ipſam in deam mutaſſet, tũ fratribus Dioſcuris cauſſa fuiſſe vt ante ipſam in cœlum aſcenderent, iis quibus cæteri vita functi ſub terra obnoxij premuntur, exoluti. Quanquam etiam quicunque hominum dignus vnquam iudicatus fuit vt deorum conſuetudine frueretur, aliũm reperire non licet quàm qui pulchritudinis particeps fuiſſet. Nam & Pelops eadem hac cauſſa cum diis Ambroſiæ particeps fuit, & Ganymedes ille Dardani hoc pacto miſcuiſſe nectar dicitur omniũ ſummo deorum: quare etiam ipſum neq; vllum deorum cæterorum alium voluiſſe ſecum venationis huius, amorum ſuorum videlicet, participem fieri: ſed ſibi ſoli deorum arbitrati eſſe in Gargarum Idæ devolare, atque inde amaſium ſuum in eum locum vbi per omne tempus cum illo conſuetudinem haberet, ſubducere. Tantam autem curam ille ſemper habuit pulchrorum, vt non ſolùm cœlo dignatus eos fuerit, illuc ipſos attollens: ſed & ipſe in terram quocunque fors tulit, deſcenderit, vt cum amatis ſingulis locis congrederetur. Ac eam quidem ob rem in cygnum conuerſus, cum Leda rem habuit: ob eandem autẽ & tauri facie Europam rapuit: aſſimilatus autem Amphitryoni, procreauit Herculem. Multáque alia Iouis vaframẽta enumerare quiſpiam poſſit, quibus ille eorum congreſſu quorum deſiderio tenebatur, potitus fuit.

καίτοι πού τις αὖ χρήσαιτο ἀφεπόντως τοῖς λόγοις, εἰ περὶ τῶν μηδενὸς ἀξίων σπουδάζων, περὶ τοῦ καλλίστου σιγήσῃ τῶν ὄντων; ἢ πῶς ἂν ὃ εὖ λόγοις καλὸν, σώζοιτο κάλλιον μᾶλλον, ἢ πάντα τἄλλα πρείττας, περὶ αὐτοῦ λέγειν τῶν τέλους ἡμᾶς τ' ἑκάστοτε πραγματομένων; ἀλλ' ἵνα μὴ δόξω λέγειν μὲν ὡς χρὴ περὶ τούτου σχολαίτερον εἶναι, εἰπεῖν δὲ μηδὲν ὑπίσεσθαι περὶ αὐτοῦ, ὡς οἷόν τε βραχέα περὶ τούτου πειράσομαι διελθεῖν. κάλλους γὰρ δὴ πάντες μὲν ἐπεθύμησαν τυχεῖν· πάνυ δ' ὀλίγοι γεγόνασιν. οἱ δὲ ταύτης ἔτυχον τῆς δωρεᾶς, εὐδαιμονέσταροι πάντων ἐδόξαν γεγονέναι, καὶ παρὰ θεοῖς, καὶ παρ' ἀνθρώποις τὰ εἰκότα τετιμημένοι. τεκμήριον δὲ, τῶν μὲν θεῶν ὅσοι ἐξ ἡρώων νενομίσθησαν, Ἡρακλῆς τέ ἐστιν ὁ Διὸς, καὶ Διόσκουροι, καὶ Ἑλένη, ὧν ὁ μὲν, ἀνδρείας ἕνεκα, ταύτης λέγεται τυχεῖν τῆς τιμῆς, Ἑλένη δὲ, τὸ κάλλους χάριν, αὐτίκα τε μεταβαλοῦσα εἰς θεὸν, καὶ τοῖς Διοσκούροις αἰτία γενέσθαι τοῦ εἰς οὐρανὸν ἀνελθεῖν τοῖς ἐκεῖ νεκροῖς συνεξαπασμένοις. ἀλλὰ μὴν ὅστις ἀνδρῶν ἠξιώθη τοῖς θεοῖς ὁμιλῆσαι, οὐκ ἔστιν ἀνδρὶ, πλὴν ὅσοι μετεσχήκασι κάλλους. Πέλοπι τε γοῦν τούτου χάριν τοῖς θεοῖς ἀμβροσίας μετέσχε, καὶ Γανυμήδης ὁ τοῦ Δαρδάνου οὕτω κεκρατηκέναι λέγεται τοῦ πάντων ἐκεῖ θεῶν, ὥστ' αὐτὸν οὐκ ἀναγκάσθαι συμμεταγεῖν αὐτῷ τινὰ τῶν ἄλλων θεῶν τῆς θήρας τῶν παιδικῶν, ἀλλ' αὐτῷ μόνῳ τρέπειν τὸν ἠγούμενον εἶναι, εἰς Γάργαρον καταβάντα τῆς Ἰδης, ἀναγαγεῖν ἑκάστοτε τὰ παιδικὰ, ὅπου σωνέσεσθαι τὸν ἄπαντα ἔμελλε χρόνον. τοσαύτην δ' ὑπεμέλετο ἀεὶ πατέντας τῶν καλῶν, ὥστ' οὐ μόνον αὐτοὺς ἠξίωσε τῶν οὐρανίων ἀναγαγὼν ἑκάστοτε, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὑπὸ γῆς ὅ, τι τύχοι γενόμενος, συνῆν ἑκάστοτε τοῖς ἐρωμένοις. καὶ τοῦτο μὲν, γηγένους κύκνος, συνεγένετο Λήδᾳ, τοῦτο δ', ὅτε εἰδὼς ταύρου τὸ Εὐρώπην ἁρπάζειν εἰκασθεὶς δ' Ἀμφιτρύωνι, γεννᾷ τὸν Ἡρακλέα. καὶ πολλά τις ἂν ἔχοι λέγειν τεχνάσματα τοῦ Διὸς, ὅπως αὐ οἷς ἐπεθύμει συνῆρτο, μηχανωμένου.

ὃ δὲ δὴ μέγιστον, καὶ οἷς ἂν τις θαυμάσαι, ὁμιλῶν γὰρ τοῖς θεοῖς (οὐ γὰρ ἀνθρώπων γε οὐδέσι, πλὴν εἰ μὴ τοῖς καλοῖς) ὅτε δὴ οὖν τοῦτοις δημηγοροῖν, οὕτω πεποίηται σοβαρὸς τὰ κοινῷ τῶν Ἑλλήνων ποιητῇ, καὶ θρασὺς, καὶ καταπληκτικὸς, ὥστε ὁ μὲν τῇ πρεσβυτέρᾳ δημηγορείᾳ τὴν Ἥραν, καίτοι πρότερον πολὺ εἰωθυῖαν ὑπερηφανεῖν αὐτῷ, ὅμως δὴ αὐτὴν οὕτως ἐφόβησεν, ὥστε μηκέτι αὐτῇ ὃ μηδὲν παθεῖν, ἀλλὰ μέχρι λόγων ἧκειν τὴν ὀργὴν τὴν Διὸς· τοὺς δὲ ἄπαντας θεοὺς ὅτε τῇ ὑστέρᾳ πάλιν οὐχ ἧττον κατέπληξε φοβηθῆναι, μὴ καὶ ἐπὶ τοὺς αὐτοῖς αὐθράσει καὶ θαλάσσην ἀπειλήσας. μέλλων δὲ συνέσεσθαι καλοῖς, οὕτω γίγνεται πρᾶος, καὶ ἥμερος, καὶ τοῖς πᾶσιν ὑπείκων, ὥστε πρὸς ἅπασι τοῖς ἄλλοις, καὶ αὐτὸ ὁ Ζεὺς τοῦτο καταλιπών, ὅπως μὴ φαίνοιτο τοῖς παλλακαῖς ἀηδὴς, ἑτέρου τινὸς ὑποκρίνεται σχῆμα, καὶ τούτου καλλίστου, καὶ οἷον τὸν ἐρώντα προσαγαγέσθαι, δοκοῦσι αἰδοῖ καὶ τιμῆς πρέπειν τῷ κάλλει. καὶ οὐχ ὁ μὲν Ζεὺς οὕτω μόνος ἐάλω τῷ κάλλει, τῶν δὲ ἄλλων οὐδεὶς θεῶν, ἵνα μᾶλλον ἔχειν δοκῇ ταῦτα κατηγορεῖν Διὸς, οὐχ ὑφ' ἓν τῶν καλλίστων εἰρῆσθαι· ἀλλ' εἴ τις ἀκριβῶς ἐθελήσοι σκοπεῖν, πολλοὺς ἂν εὕροι θεοὺς ταῦτα πεπονθότας δὴ, οἷς τὸν μὲν Ποσειδῶνα, τὸν Πέλοπος πατέρα, Ὑακίνθου δὲ, τὸν Ἀπόλλω, τὸν Ἑρμείαν δὲ, τὸν Κάδμου· καὶ θεαὶ δὲ ἐλάττους οὐκ αἰσχύνονται φαινόμεναι τοῦτο· ἀλλ' ὥσπερ φιλοτιμίαν αὐταῖς ἔχειν δοκεῖ, ὃ τῷ δεῖνι συγγενόμενον καλῷ διηγεῖσθαι, πρέπειν τοῖς ἀνθρώποις. ἔτι δὲ, τῶν μὲν ἄλλων ἀπόντων, ἐκείνη παρεσπάσθη οὖσα, οὐχ ἑτέρᾳ ἀμφισβητεῖ, ὡς ὧν ἀρχή, ἀλλ' Ἀθηνᾶ μὲν τοῖς ἀνθρώποις ἠρεμοῦσα τὰ εἰς πολέμους, παρὸν Ἄρτεμιν ὑπομάχεσθαι ὡς θήρας· ὡς δὲ αὕτως Ἀθηνᾶ κἀκείνη παρέχωρεῖ τῷ πολεμικῷ· τῷ δὲ γάμῳ, Ἥρᾳ Ἀφροδίτῃ, καὶ αὐτὴ παρὸν αὐτῆς ὑπερχομένου περὶ ὧν ἐφορᾷ· ἐκείνη δ' ὅτι κάλλει τοσοῦτον φέρειν, καὶ πᾶσαν ὑπερβάλλεσθαι δοκεῖ, ὥστε καὶ αἱ Ἔριν αὐταῖς ἀλλήλαις ἐκπολεμῶσαι βουλομένην, τοῦτ' ἄλλο προβαλέσθαι αὐταῖς

A Quod autem maximum est, quódque meritò aliquis admirari possit, cùm ille cum diis versaretur (neque enim hominum vlli conuersatus est præterquam pulchris) quoties inter illos concionem aliquam habuit, ita austerus fingitur à communi Græcorum poëta, vt in priore *Iliad. 1.* quidem oratione Iunonem, quanquam illa antea vbique increpare ipsum cõsueuisset, nihilominus tamen ita perterruerit, vt ea satis habuerit quòd nihil grauius patefieret, & intra verba duntaxat, illius ira consisteret. In posteriore autem deos *Iliad. 8.* vniuersos non minore terrore affecerit, terram vnà cum ipsis hominibus & mare
B quoque in sublime sublaturum sese minatus. At verò quoties cum pulchris cõgressurus esset, ita mansuetus & blandus, omnibúsque æquabilis redditur, vt apud omnes alios etiam ipso eo quod Iupiter est depositò, videlicet ne molestus aut ingratus cuiquam eorum quos amat, videatur, alienam aliquam formam induat, eámque pulcherrimam, & qua maximè putat intuentem allici posse. Tantum reuerentiæ & honoris pulchritudini exhibet. Ac non solùm ipse quidem Iupiter ita pulchritudine captus est, cæterorum autem deorum nullus;
C vt hæc magis accusationem Iouis continere videantur, quàm pro pulchritudine dicta esse: sed si quis diligenter considerare volet, omnibus etiam diis eadem hæc accidisse videlicet deprehẽdet: vt, verbi gratia, Neptunum, Pelopis, forma captũ fuisse, Hyacinthi autem, Apollinem, & Mercuriũ, Cadmi. Præterea neque deas pudet pulchritudine superatas ac captas videri, sed hanc quasi æmulationẽ quandam honoris inter sè habent, puta eam quæ cum pulchro aliquo rem habuit, narrare posse, hominibus sese dedisse. Iã verò cùm ex cæteris omnibus vnaquæque suæ ac certæ rei præses sit, de iis quibus quæque præest, nulla cum altera con-
D tendit, sed Minerua quidem cum hominibus ad bella gerenda præit, haudquaquam cum Diana de venatione pugnat: eodémque modo & illa Mineruæ de re militari concedit: de nuptiis autem Iuno Veneri, neque hæc illi molesta est ob ea quibus illa præsidet. At contrà singulæ ob formam & pulchritudinem eò vsque animo efferuntur, omnésque alias excellere sibi videntur, vt cùm Eris ipsas inter se mutuò discordes & inimicas reddere vellet, nihil aliud obiecerit illis

quàm pulchritudinem, rata hoc pacto facillimè sese hoc quod volebat, effecturam esse. Ac prudenter sanè hoc excogitauit: animaduerteritque vel inde aliquis pulchritudinis potestatem. Nam postquam pomum illud accepissent, & inscriptionẽ legissent, cùm vnaquęq; suum illud esse censeret, neque tamen vlla contra seipsam suffragiùm ferre sustineret, quòd videlicet altera turpior esset; ad Iouem, harum quidem patrem, illius autem etiam fratrem & coniugem, deveniunt, litem hanc illi disceptandam committentes. Ille autem cùm & per se ipse sententiam, quænam earum pulcherrima foret, proferre posset; & multi fortes & sapientes & prudentes cùm in Græcia tum inter Barbaros essent, quibus eadem caussa delegari potuisset: iudicium hoc Paridi Priami filio commisit, manifestũ adeò calculum ferens, quòd & prudentiam & sapientiam & vires pulchritudo anteiret. Porrò tanto semper studio tantáque cura formosæ audire expetiuere, vt & heroum pariter & deorum exornatori poëtæ persuaserint, non aliunde magis quàm à pulchritudine sese appellare. Proinde libentiùs audierit λευκώλενος (hoc est, niueis lacertis) Iuno, quàm πρέσβα θεά, & θυγάτηρ μεγάλου Κρόνου (hoc est, antiqua dea, & Saturni magni filia) Minerua autẽ neque Tritogenia, quàm Glaucopis vocari maluerit. Et Venus vniuerso etiam redemerit nominari χρυσῆ, hoc est, aurea. Quæ cuncta ad pulchritudinem pertinent. Atqui hæc non modò argumento atque indicio sunt, quo pacto illi qui potiores habentur, circa hanc se gerant: sed & testimonium perhibent neutiquam falsum, quòd cæteris omnibus præstantior eadem sit. Proinde Minerua quidem fortitudine pariter & prudentia præstare illam suffragatur: vtrique enim harum præsidet ipsa. Iuno autem vniuersa dominatione atque potentia expetendam magis esse, sententia sua declarat, in partem etiam Ioue tanquam patrono aduocato. Quòd si igitur diuina adeò res & venerãda pulchritudo est, deinde & diis tantopere ambita & affectata, quomodo tandẽ honestum nobis fuerit, si nõ & ipsi deos imitantes, cùm rebus tum verbis, quibuscũque modis poterimus, pulchritudini patrocinemur? Atque hęc quidem Philo de pulchritudine perorauit, hoc quoque ad finem addens, quòd etiam plura hic dicturus fuisset, nisi sciret verbositatem in conuiuiis longiorem improbari.

A ἡ κάλλος, οὕτως οἰομένη ῥᾳδίως, ὅπερ ἤθελε, κατασκήψειν ὀρθῶς καὶ φρονίμως τοῦτο λογιζομένη. σκέψαιτο δ' ἄν τις ἐντεῦθεν τὴν τοῦ κάλλους θεότητα· ὡς γὰρ ἐλάβοντο τοῦ μήλου, καὶ τὴν ἐπιγραφὴν ἀνελέξαντο, ἑκάστης αὐτῆς ἐπολαβούσης εἶ) τὸ μῆλον, μηδεμιᾶς δὲ ὑλομένης τὴν ψῆφον καθ' αὑτῆς ἐνεγκεῖν, ὡς ἂρ' αἰσχροτέρα τῆς ἑτέρας εἴη τὴν ὄψιν, ἀπέρχονται πρὸς τὸν τῶν μὲν πατέρα, τῆς δ' ἀδελφόν τε καὶ σύνοικον, Δία, ἐπιτρέψουσαι τὴν δίκην αὐτῷ. ἔχων δὲ καὶ αὐτὸς ἥντινα τῶν θεῶν ἀνδρὶ κρῖναι καλλίστην καὶ πολλῶν ἀνδρείων ὄντων, καὶ Θρᾳκῶν, καὶ Φρυγίων ἔν τε Ἑλλάδι καὶ τῇ βαρβάρῳ, ἐπιτρέπει τὴν κρίσιν Πάριδι τῷ Πριάμου, ψῆφον ἐναρχῆ καὶ καθαρὰν ἐξενεγκόντι, ὅτι καὶ φρονήσεως, καὶ θρᾴας καὶ ῥώμης ὑπερέχει τὸ κάλλος. τοσαύτην δ' ὑπεμίμνησαν ἀεὶ ποιούμεναι, καὶ σπουδὴν, ἀκοῦσαι εἶ) καλαί, ὥστε καὶ τῶν ἡρώων τε κοσμήτορα, καὶ θεῶν ποιητὴν, οὐκ ἄλλοθέν ποθεν, ἢ ἀπὸ τοῦ κάλλους πεπεῖκασιν ὀνομάζειν. πόθεν δ' ἂν οὖν ἀκοῦσαι λευκώλενος ἡ B Ηρα, ἢ πρέσβα θεά, θυγάτηρ μεγάλου Κρόνου. Ἀθηνᾶ δ' οὐκ ἂν βουληθείη Τριτογένεια ἀπὸ τοῦ Γλαυκῶπις καλεῖσθαι. Ἀφροδίτη τε πιμήσαιτ' ἂν τοῦ πλούτου καλεῖσθαι χρυσῆ. ἄνωθεν ἅπαντ' εἰς κάλλος πίπτει. καίτοι ταῦτ' οὐ μόνον ἀπόδειξιν ἔχει πῶς οἱ κρείττους ἔχουσι πρὸς τοῦτο, ἀλλὰ καὶ μαρτύριόν ἐστιν ἀψευδὲς, τοῦ κρείττονος εἶ) πάντων τῶν ἄλλων. σύνοιδε δὲ Ἀθηνᾶ μὲν, ἀνδρίας ἅμα καὶ φρονήσεως προσεῖναι ὑπερψηφίζει. ἀμφοτέρων γὰρ προέστατο ταύτων. Ηρα δ' ἁπάσης ἀρχῆς καὶ δυναστείας αἱρετώτερον ἀπεφαίνει, συνηγορεῖ τ' αὐτῇ καὶ τὸν Δία προσλαβοῦσα. εἰ πίνων οὕτω μὲν ἥδιον ἢ σιμὸς ὁ κάλλος ἐστὶν, οὕτω δὲ προσεπούδασον τοῖς θεοῖς· πῶς αὖ ἡμῖν ἔχοι καλῶς, μὴ ἢ αὐτοὶ μιμούμενοι τοὺς θεοὺς, ἔργῳ τε, ἢ λόγῳ πῇ ὅ, τι ἔχομεν σωναίρεσθαι τῷ κάλλει; Ταῦτα μὲν ὁ Φίλων περὶ τοῦ κάλλους εἶπεν, ὅπερ εἰς τοῦτο τῇ πλοκῇ, ὡς καὶ πλείω δ' ἂν ταύτων εἰρήκει, εἰ μὴ ὁ μακρολογεῖν ἠπίστατο τὴν ἀδοκίμων ἐν συμποσίῳ. C D

μετ' ἐκεῖνον δ' εὐθὺς Ἀρίστιππος ἤρξατο τοῦ λόγου, πολλὰ προεῖπεν ὁ Ἀνδροκλῆς. οὐ γὰρ ἐβούλετο λέγειν ὃ μὴ Φίλων εὐλαβούμενος λέγειν. ἦρξατο δ' οὑτωσί· Πολλοὶ πολλάκις ἄνδρες τὸ περὶ τῶν βελτίστων, καὶ ἡμῖν συμφερόντων, ἀφέντες λέγειν, ἐφ' ἕτερας τινὰς ὁρμητηρίους ἐπιτηδείας, ἀφ' ὧν αὐτοῖς μὲν δοκοῦσι δόξαν περιάψειν· τοῖς δ' ἀκροωμένοις τοὺς λόγους οὐδὲν λυσιτελοῦσι τοὺς πολλοὺς ἀποτείνουσι. καὶ διαλύονται οἱ μὲν, περὶ τῶν αὐτῶν ἐρίζοντες ἀλλήλοις, οἱ δὲ, διηγούμενοι τὰ οὐκ ὄντα· ἕτεροι δὲ, περὶ τῶν οὐδαμοῦ ἀναγκαίων λόγους ποιούμενοι, ὃς ἔχρην τοῦτο πρώτιστα καταλιπόντας, ὅπως τι βέλτιον τύχωσιν εἰπόντες σκοπεῖν· οἷς ἐγὼ περὶ τῶν ὄντων οὐδὲν ὑγιὲς ἐπιστασθαι νομίζων, ἅλως τε, καὶ ὃ πρῶτον ἀγνοίας τῶν βελτίστων κατηγορήσοιμι τοῖς αὐτοῖς περιπίπτειν, τὴν διηγητέων οἰόμενος εἶναι πρώτην, τοῦτον αὐτὸν λειοτελεστάτην καὶ καλλίστην τοῖς ἀκούσασιν ὑποθήσειν ποιήσομαι τὸν λόγον, καὶ διὰ πάντος ὅστις ἂν φαίνηται καλλίστην ἀκούειν καλλίστην. εἰ μὲν οὖν περί τινος ἑτέρου τοὺς λόγους ἐποιούμεθα νῦν, ἀλλὰ μὴ περὶ κάλλους, ἦρκεν ἂν ἡμῖν ἀκούσασιν ἑνὸς εἰπόντος, ἀπηλλάχθαι περὶ αὐτοῦ. τοῦτο δ' ἅμα τοσαύτην ἀφορμὴν παρέχεται τοῖς βουλομένοις ἀποδείκνυσθαι τὸν περὶ τούτου λόγον, ὥστ' οὐκ εἰ μὴ κατ' ἀξίαν τις ἐφίκοιτο τοῦ λόγου, νομίζειν δεῖ τυχεῖν, ἀλλ' ἵν' ὡς πολλοῖς ἄλλοις κἀκεῖνός τι δυνηθῇ συμβαλέσθαι πρὸς τοὺς ἐπαίνους, τῆς ἀμείνονος οἴεσθαι τεύξεσθαι τύχης. ὃ γὰρ οὕτω μὲν σαφῶς ὑπὸ τῶν χρηστῶν τετιμημένον, ὅτῳ γ' ἂν τοῖς αὐθρώποις θεῖον, καὶ σεμνὸν δόξειεν, πᾶσι δὲ τοῖς ὄσιν οἰκειότατον κόσμον, καὶ οἷς μὲν αἰεὶ πρὴν ἐφ' ἡμῶν ὑπὲρ πάντων σπουδαζομένων, ὧν δ' ἀφίσταται μισουμένων, καὶ οὐδὲ περιβλέπειν ἀξιουμένων, τίς ἂν εἴη τοσοῦτον λόγων μετεσχηκὼς, ὥσθ' ἱκανὸς πρὸς ἀξίαν ἀρκέσαι; ἀλλ' ἐπειδήπερ οὕτω πολλῶν αὐτῷ δεῖ τὸν ἐπαινέσοντων, ὥστε μόλις ἂν τῆς ἀξίας τυχεῖν, οὐδὲν ἀπεικὸς καὶ ἡμᾶς ἐγχειρεῖν τι λέγειν περὶ αὐτοῦ, μέλλοντάς γε μετὰ Φίλωνα ποιεῖσθαι τοὺς λόγους.

A Cæterùm post illum statim Aristippus verba facere cœpit, multis antea ab Androcle inuitatus. Neque enim volebat primò, veritus proximo post Philonem loco dicere. Exorsus autem inde est: Multi sæpe homines (inquit) omittentes de rebus optimis & nobis conducentibus dicere, ad alia nescio quæ argumenta abripi consueuere, ex quibus sibi quidem famam comparaturos se putant, auditores autem verbis nihil conferentibus obtundunt. Ac dicere solent alij quidem de iisdem rebus inter se verbis contendentes: alij autem ea quæ non existunt commemorantes, alij etiam de B iis de quibus minimè necesse est, verba facientes. Quos sanè decebat omnibus hisce relictis, quo pacto conducibile aliquid dicere fortè possint, apud animum cogitare. Hos igitur quando nunc ego de iis quæ existunt, nihil sani cognouisse existimo, & alioqui autem etiam aliorum ignorantiam de rebus optimis, reprehendentem, in eadem vitia incurrere, omnino stultitiæ cuiusdam esse puto: idem argumentum orationis vtilissimum atque pulcherrimum auditoribus proponam, quódque omnis quicunque etiam C fuerit, fatebitur scio dignissimum esse quod pulcherrimum quoque vocetur. Quòd si igitur de alia aliqua re verba faceremus, & non de pulchritudine, satis fuisset vnum aliquem dicentem audisse, & exinde argumento eo relicto ad alia transisse: nunc autem præsens hoc tãtam dicendi copiam præbet iis qui de eo orationem instituunt, vt haudquaquam si quis pro dignitate ipsum nõ tractarit, ob id infeliciter sibi successisse rem arbitrari debeat: sed si post multos alios nonnihil ad priores laudes etiam ipse conferre potuerit, benigniorem fortunam experiri putetur. Nam quod manifestè adeò à superioribus in honore habituni semper est, ab hominibus autem ita pro re diuina & operæpretio digna existimatum, omnibúsq; quicunque viuunt, peculiare ornamentum existit, præterea & eos quibus adest, ab omnibus amari & coli, illos autem quibus abest, odio haberi, neq; dignos adeò quos aspicias, videri facit: quisnam dicendi facultate præditus tãta fuerit, vt id pro eo ac dignũ est, laudare sufficiat? Veruntamen quoniam ita multis ipsi opus est laudatoribus, vt vix vnquam pro dignitate tractari queat, nihil alienum aut indecorum fuerit etiam nos aliquid de eo dicere conari, quanquam verentes nonnihil verba facere post Philonem.

Exordium simile Isocratis proœmio in oration. de laudibus Helenæ: vnde etiam huius orationis principia quæ sumpta videntur.

Adeò autem omnium quæ ſunt, venera-
tione digniſſima, maximéque diuina res
pulchritudo eſt, vt etiamſi omittamus
dicere quibus honoribus Dij pulchros
affecerit: ſuperioribus certè tempori-
bus illis Helena ex Ioue nata, in tanta
apud omnes homines admiratione fuit,
vt cùm adhuc intra ætatem eſſet, The-
ſeus ob aliam quandam rem in Pelopon-
neſum profectus, conſpecta illius forma,
in tantam admirationem ipſius venerit,
vt cùm & regnum haberet maximè tu-
tum, & gloria excelleret nequaquã vul-
gari, nihilominus tamen putarit ſibi vitã
vitalem, vt ille ait, non eſſe, ſi illa carere
deberet: rurſum autem ſe omnes alios fe-
licitate ſupergreſſurum eſſe, ſi ſecum il-
lam cohabitare contingeret. Atque hoc
modo cùm apud ſeſe animatus eſſet, à
patre quidem ipſius accipere illam de-
ſperauit: neque enim elocaturum ipſum
illam, cùm nondum ad iuſtam ætatem
peruenisſet: cæterùm imperio illius con-
tempto atque deſpecto, ſpretiſque inſu-
per etiam omnibus qui tum in Peloppon-
neſo agebant potentibus, aſſumpto Piri-
thoo, qui ipſi in raptu adeſſet, à patre vi
abreptam in Aphidnam Atticę regionis
oppidum aſportauit. Tantam autem gra-
tiam habuit Pirithoo pro hoc auxilio
præſtito, vt ipſum per omne deinde tem-
pus ita amarit, vt etiam poſteris in exem-
plum abierit Theſei & Pirithoi amicitia.
At poſtquam etiam illum oportebat ad
Plutonis proficiſci regnum, ambientem
filiam Cereris Proſerpinam, poſtquam
multis ipſum dehortatus à propoſito ne
quid tale tentaret, auertere non potuit,
vnà cũ ipſo profectus eſt, arbitratus debe-
re ſe hanc illi referre gratiam, vt pro eo
etiam animam in periculũ poneret. Cæ-
terùm vbi hoc profecto peregre, illa Ar-
gos mox rediiſſet, poſtquam ætate nubi-
bilis facta eſt, quanquam principes Græ-
ciæ, & formoſas alias, & ex parentibus
præclaris natas, ex tota ea terra ducere
vxores ſibi poſſent, nihilominus tamen
conuenientes, huius proci facti ſunt, cæ-
teris omnibus perinde vt vilioribus con-
temptis. Scientes autem quòd non abſ-
que certamine ab vno aliquo ducenda
eſſet, metuẽtéſque ne pugnantibus inter
ſe aliquibus, bellum inde toti Græciæ o-
riretur, de communi ſententia in hæc
verba iurarunt, quòd omnes auxilium ferre vellent ei, qui vxorem hanc ducere di-
gnatus fuiſſet: neque cuiquam concedere, qui iniuria aliqua afficere illum ag-
greſſus eſſet: exiſtimantes videlicet quiſque ſibi auxilium & ſocietatem hanc parari.

A ὅτω δὲ σεμνότατον καὶ φιλτατον τῶν ὄντων ἐστὶ,
ὥστε εἰ ὅσα θεοὶ καλοῖς τετιμήκασι, παρεῖ-
λεπται. ἀλλ' οὖν ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις ἐκ Διὸς
Ελένη γνωμόνη, ὅτως ἐθαυμάσθη παρὰ πᾶ-
σιν ἀνθρώποις, ὥστ' ἔτι τῆς ἡλικίας ὄσης ἐκ-
είνης, κατά τινα χρείαν ἐς Πελοπόννησον γνώ-
μῃ τοῦ Θησεὺς, ὅτω τῆς ὥρας ἰδὼν ἠγάσθη,
ὥστ' ὅσης αὐτῷ καὶ βασιλείας ἀσφαλεστάτης,
καὶ δόξης ὑπὲρ τὴν τυχοῦσαν, ὅμως οὐκ ἄνευ βιω-
τὸν αὐτῷ, ταύτης ἐστερημένῳ, προσελθεῖν δὲ
πρώτας διδαγμονίᾳ, εἰ ταύτην αὐτῷ γνοίη
συνοικεῖν. ὅτω ἢ ἀξιονοησὶς, ὃ μὲν παρὰ τὲ
B πατρὸς λαβὼν ἀπεπικὼν, μὴ γὰρ αὖ αὐτὴν αὐ-
τὸν ἐκδοῦναι μήπω ἡλικίας ἠμελῶν, τὴν δ'
ἀρχὴν ὑπερφρονήσας ἐκείνης, καὶ πρίδων, ὀ-
λιγωρήσας ἢ καὶ τὸ Πελοποννήσου πρώτων
δέων, κοινωνοῦντ' αὐτῷ τῆς ἁρπαγῆς καὶ Πει-
ρίθου παρελαβὼν, βίᾳ λαβὼν αὐτὴν τὸ πα-
τρὸς, εἰς Αφίδναν ἐκόμισε τῆς Αττικῆς· καὶ τα-
αὐτην ἔσχε χάριν αὐτῷ τὸ συμμαχίας ταύ-
της, ὥσθ' ὅτως ἐφίλησε τὸν ἅπαντα χρόνον,
ὥστε καὶ τοῖς ὑπογνωμόνοις παράδειγμα γνέ-
C σθαι τῶν Θησέως καὶ Πειρίθου φιλίαν. ὅπῃ
ἢ ἔδει καὶκεῖνον ἐς Αδου γνέσθαι, τῶν Δή-
μητρος μνηστευσόμενον κόρην, ὅπῃ πολλὰ
παραινῶν, οὐκ ἠδυνήθη ταύτης αὐτὸν τῆς
πείρας ἀποσχέσθαι καταπίσαι, συνεκθλί-
βησιν αὐτῷ, ταύτην παρέπεμψεν οἰόμενος αὐ-
τῷ καταθήσειν τῶν χάριν τῆς ψυχῆς
ὑπὲρ αὐτοῦ κινδυνεύσας. ἐπεμελήθησαν δὲ
εἰς Αργος, αὖθις ἀποδημοῦντος αὐτοῦ, ὅπῃ
καθ' ὥραν τῶν γάμων, καίτοιγε ἔχοντες κα-
λὰς τε καὶ μεγαλοπρεπεῖς ἐκ τῆς Ελλάδος σφί-
σιν αὐτοῖς ἄγεσθαι γυναῖκας οἱ τῆς Ελλάδος
βασιλῆς, οἱ δὲ συνελθόντες, ἐμηχανῶντο ταύ-
D τῃ, τὰς ἄλλας ἁπάσας ὑπεριδόντες ὡς
φαυλοτέρας. γνόντες δ' ὅτι ἀδιμάχητος
ἔσται, καὶ δείσαντες μὴ πόλεμος γένηται τῇ Ελ-
λάδι, μαχουμένων πρὸς ἀλλήλους, ἐμομόκασιν
ὅρκον τοιονδὶ φέρειν κοινῇ, ἢν μέν τις ὑπερκουρήσῃ
τοῦ ταύτης ἀξιωθέντι, μηδ' ὑπερβαίνειν ἐῶ
τινὰ ἀδικεῖν ἐγχειρῆ, ἅπαντες οἰόμενοι ταύ-
την αὐτοῦ τὴν συμμαχίαν ἀσφαλίζειν.

τῆς μὲν οὖν ἰδίας γνώμης ἀπέτυχον πάντες, πλὴν Μενελάου. τῆς κοινῆς δ' ἐπειρήθησαν αὐτίκα. οὐ πολλῷ γὰρ ὕστερον ἔριδος γενομένης ταῖς θεαῖς περὶ κάλλους, ὁπηνίκα τὸν χρίσιν Πάριδι τῷ Πριάμου· ὁ δὲ, τὴν μὲν σωμάτων τὴν θεὸν ἠπόρησε, τὴν δωρεῶν δ' ἀναγκασθεὶς γνώσεσθαι κριτὴς, καὶ διδούσης Ἥρας μὲν, τὴν τῆς Ἀσίας ἀρχὴν, τὴν δὲ πολέμου, Ἀθηνᾶς, κράτος, Ἀφροδίτης δὲ, τὸν τῆς Ἑλένης γάμον· καὶ φαύλοις μὲν ἀνθρώποις γνώσεσθαι οὐ ποτε νομίσας οὐκ ἐλάττω βασιλείαν, Ἑλένης δ' οὐδένα τῶν ὑπηκόων νομίσων ἀξιωθῆναι, προείλετο τὸν ταύτης γάμον. γνοὺς δὲ τῆς ὑμνουμένης ἐκείνης στρατείας κατὰ τῶν Τρώων, καὶ τῆς Εὐρώπης τότε πρῶτον ἐκ τῆς Ἀσίας ἐληλούσης, ἔχοντες οἵ τε Τρῶες ἀποδόντες τὴν Ἑλένην, ἀδεῶς οἰκεῖν τὴν αὐτῶν, οἵ θ' Ἕλληνες ταύτην αὖθις ἐάσαντες ἔχειν, ἀπαλλάττεσθαι τῶν κατὰ πολέμου καὶ στρατείας δεινῶν, οἱ δ' οὐκ ἠβουλήθησαν ἀμφότεροι, μὴ καὶ ποτε νομίσαντες βίᾳ ἀφορμὴν καλλίω πολέμου, πρὸ τῆς ἀποθανοῦσιν. καὶ γοῦν δὴ τοὺς αὐτῶν παῖδας σαφῶς εἰδότες ἀποθανουμένους ὑπὸ τῶν πολέμου, οὐκ ἀπέτρεψαν μᾶλλον, ἀλλ' ἐπήγαγον εἰς τοῦτο, οὐκ ἐλάττω δόξαν αὐτοῖς οἰόμενοι φέρειν, ἢ θεῶν παῖδας γενέσθαι, ἢ μαχομένους ὑπὲρ Ἑλένης ἀποθανεῖν. καὶ τί λέγω τοὺς αὐτῶν παῖδας; αὐτοὶ πρὸς αὐτοὺς μείζω καὶ δεινότερον ἔσχον τὸν πρὸς Γίγαντας αὐτοῖς γενομένου πολέμου. ὑπὲ ἐκείνου μὲν γὰρ, μετ' ἀλλήλων ἐσώθησαν δὲ, ἐμάχοντο πρὸς ἀλλήλους. οὗ τί γένοιτ' ἂν ἀναγκαιότερον δεῖγμα, ὅσου τὴν αἰδεσίμων ἀπόντων ὑπερέχει τὸ κάλλος πρὸ αἰσθανόντοις κριταῖς; ὅταν γὰρ μὲν τῶν ἄλλων οὐδενὸς ἀπόντων οὐδαμοῦ τὸ πρέπον φαίνονται διενεχθέντες, ὑπὲρ ὃ κάλλους, ἢ μόνον τοῖς υἱοῖς ὑποδιδόντες, ἀλλ' ἤδη καὶ ἀλλήλοις ἐναντία πεπολεμηκότες, ἔνιοι δὲ καὶ πεφονευκότες, πῶς οὐχ ἅπασαν ψήφοις προτιμῶσιν ἀπόντων τὸ κάλλος; ἀλλ' ἵνα μὴ δοξωμεν ἀπορίᾳ τοῦ περὶ κάλλους λόγου πρὸς τοῦτο διατρίβειν ἀεὶ,

A Propria quidem igitur ſententia fruſtrati omnes ſunt præter Menelaum: cõmunis autem pacti experimentum ſtatim adeò dederunt. Non enim multo pòſt, cùm cõtentio inter deas de pulchritudine orta eſſet, diſceptatio eius litis Paridi Priami filio delegata fuit. Qui cùm iudicio inferior eſſet, quàm vt inter corpora dearum cognoſcere poſſet, donorum autem cogeretur iudex fieri, ac Iuno quidem offerret illi totius Aſiæ imperium, Minerua robur & vires ad bella, Venus autem Helenæ huius nuptias: ipſe verò contrà ſecũ ita cogitaret, quòd imperia quidé etiam vilibus & contemptis hominibus obuenire poſſent, Helena autem non ſtatim B vllus poſterorũ dignus futurus eſſet: nuptias huius cæteris rebus omnibus antepoſuit. Poſtea verò exorta celebri illa expeditione contra Troianos, & Europa tunc primùm contra Aſiam bello concitata, cùm Troiani poſſent Helena reddita, ſine periculo ac metu terram ſuam retinere, Græci autem hanc illis habẽdam permittentes, omnibus illis difficultatibus quæ ex bello & expeditionibus percipiuntur, liberari: neutri conſulere ſibi ipſis voluerunt, rati non aliam pulchriorem belli cauſſam ob quam morerentur, inuenire ſe poſſe. Iam verò & dij cùm certò ſcirent liberos ſuos in eodem bello C perituros eſſe, haudquaquam illos ab eo abſterruerunt, ſed ad id vltro proficiſci fecerunt, rati non minorem illi gloriam conſecuturos eos eſſe ſi pro Helena mortem obiiſſent, quàm quòd deorum filij procreati eſſent. Et quid attinet de filiis deorum dicere, cùm ipſi dij maiore grauioréque certamine inter ſe eodem bello congreſſi fuerint, quàm tunc cùm contra Gigantes bellum geſſere? Nam in illo contra Gigantes communibus ac mutuis auxilijs dimicarunt: hîc autem ipſi contra ſe ipſos arma tulerunt. Quo ſanè argumento, quodnam aliud manifeſtius aut clarius eſſe poteſt, quanto etiam ipſis D diis iudicibus, cæteras mortalium res omnes antecellat pulchritudo? Nam cùm pro aliarum quidem rerum nunquam vlla vllo modo inter ſeſe diſcordes fuerint, pro pulchritudine autem non ſolùm filios ſuos in mortem obtulerint, ſed ipſi inter ſe dimicarint, nonnulli autem etiam vulnerati fuerint: an non omnibus adeò calculis cenſuerunt pulchritudinem cæteris rebus vniuerſis anteponendam eſſe? Atenim ne penuria quadam de pulchritudine dicendi, circa hunc locum commorari diutiùs videamur;

ad alium hinc transire volo, haudquaquã his quæ antè dicta sunt, ad comprobandam pulchritudinis dignitatem, inferiorem, nempe ad Hippodamiam Arcadis illius Oenomai filiam. Quàm multos enim ille pulchritudine huius captos ostendit mortem subire voluisse potiùs, quàm ab hac dissociatos, lucem intueri? Nam postquam adultam ætatem attigit puella, illámque pater non paruo interuallo cæteras omnes anteire conspexit, ipse quoque forma illius captus est. Tanta enim hæc in illa excellebat, vt etiam eum à quo nata fuerat, præter naturam illexerit. Proinde cùm ipse quidem illam apud sese retinere cuperet, elocare autem velle ei qui dignus illa foret, simularet, vt hominum accusationem puta euitaret, technam quandam machinatur cupiditate sua multo iniustiorem, per quam putabat, id quod animo intendebat, facillimè sese conficere posse. Nam currui, quem quoad fieri maximè potuerat, ad celeritatem arte compararat, equis, qui ea tũ ætate in Arcadia omnium velocissimi erant, iunctis, cum procis puellæ aurigatione certabat, ei videlicet qui certamine superasset, sponsam illam proponens; qui verò victus esset, illum capite priuandum edicens. Iubebat autem etiam ipsam vnà conscendere currum, quò videlicet illi dum vultu in illam defixi hærerent, interea aurigandi curus obliuiscerentur. Cæterùm cùm qui primus certamen hoc iniisset, successu caruisset, & præterquam quòd à puella, etiã à vita excidisset, reliqui cùm ad certamen obeundũ cunctari, & eorum quæ semel decreuissent, quicquam detrectare, futile ac iuuenile quiddam esse censerent, rursum autem crudelitatem Oenomai detestarentur, alius alium præuertit moriendo, perinde ac si metuerent ne non pro puella illa mori possent. Ac processit cædes ea, donec tredecim eorum iuuenum interficerentur. At dij cùm illum ob prauitatem hanc odio haberent, pariter autem & eos qui mortui fuerant, & puellam miserarentur, alteros videlicet quòd tantæ rei possessione priuati essent: puellam autem, quòd forma sua per ætatem frui non posset: pro iuuene eo quicunque mox certaturus esset (erat autem is Pelops) curam aduertentes, & currum illi donãt pulchriorem arte factum, & equos immortales, quorum ope puella potiturus, ac dominus illius futurus esset. Et sanè factus quoque est, iocero ad metam & terminos victoriæ occiso.

A ἐφ' ἕτερον βούλεμαι μεταβιβᾶσαι, οὐδαμῶς ἔλαττον ὄν, ὥστε δῆξαι τὴν τῶ καλλους ἀξίαν, τὴν πρὸς τὸ ἕτερον εἰρημένων, τὴν Ἀρκάδος Ἱπποδάμειαν Οἰνομάου· ὅσους τῶ τούτης κάλλους ἁλόντας, μᾶλλον αἱρουμένους ἀπέφηνεν ἀποθνήσκειν, ἢ τούτης διωκισμένους, τὸν ἥλιον προσορᾶν. ὡς γὰρ ἐλάβετο τῆς ἡλικίας ἡ παῖς, καὶ τὰς ἄλλας ὁ πατὴρ οὐ πολλῶ τῶ μέσω προενεγκόντα ἑώρα, τῆς μὲν ὥρας αὐτῆς ἁλοὺς (τοσοῦτον γὰρ αὐτῆ περιῆν, ὥστε καὶ τὸν γεγεννηκότα ὑπεραίρειν τὸ πρὸς φύσιν, καὶ διὰ τοῦτ' ἀξιῶν αὐτὴν B ἔχειν πρὸς ἑαυτῶ, βουλεσθαι δ' ἐκδιδόναι πλατύνοντος αὐτὴν τῶ τούτης ἀξίω, τὰς πρὸ αὐθρώπων φθόνον αἰτίας, μηχανήν τινα μηχανᾶται τῆς ὀπτυμίας ἀδικωτέραν, καὶ ἣν ὥετο ῥᾳδίως, ὅσαπερ ἐβούλετο, κατασκευάσειν. ἐκεῖνος γὰρ ἅρμα τι ὡς οἷόν τε μάλιστα ἐπὶ τάχος ἐκεῖνο τῆς τέχνης ἐξεργασμένος, ζεύξας ἐς Ἀρκαδίαν ἐς τὸν τότε τάχιστους ἵππους, ἠμίλλατο πρὸς τοὺς μνηστῆρας τῆς κόρης, ἆθλον τῆς νίκης προτιθεὶς αὐτοῖς αὐτὴν τὴν θυγατέρα, ἢν περιθῶνται τῆς κεφαλῆς ἡττηθέντας. καὶ ἐξίου δὲ αὐτὴν αὐτοῖς συναναβαίνειν τὸ ἅρμα, ἵππους ἀποκωλύοντος αὐτοῖς, ἀμελοῦντας τῆς ἱππικῆς. οἱ δὲ ἀπατυχόντες τοῦ προτεθέντος ἆθλου τὸν δρόμου, καὶ τῆς κόρης ἐκπεσόντες μετὰ τοῦ ζῆν, τὸ μὲν ἀποκηρύσσειν πρὸς τὸν ἀγῶνα, ἢ μεταδιώκειν τὴν βεβλαβημένων, μειραξιώδες εἶναι νομίζοντες, τὴν δ' ὠμότητα μισοῦντες Οἰνομάου, ἄλλος ἄλλον ἐφθανεν ἀποθνήσκων, ὡς ἂν δεδοικὼς μὴ τοῦ τεθνάναι πρὸ τῆς κόρης ἀμάρτῃ. καὶ προσῆλθέ τι μέγεθος πεισκοδόμημα νέων ὁ φόνος. ἤδη δ' ἐκ πλείονος τῆς πονηρίας μισοῦντες ταυτησί, οἵ τε τεθνεῶτας ἅμα, C καὶ τὴν κόρην ἐλεοῦντες· οἷς μὲν, ὅτι κτήματος ἀπεστέρηται τοιούτου· τὴν κόρην δ' ὅτι τῆς ὥρας ἐν ᾗ μάλιστα ἀπολαύοι· ἡδόμενοί τε τῶ νέω, ὅστις ἔμελλε (Πέλοψ δὲ ἦν οὗτος) ἀγωνιᾶν, ἅρμα τε χαλκοῦν οὕτω κάλλιστον τέχνης πεποιημένον, ἵππους τε ἀθανάτους, δι' ὧν ἔμελλε τῆς κόρης κύριος ἔσεσθαι. καὶ λέγουσί γε τὸν κῆδεσιν ἐπὶ τέρμασι τῆς νίκης ἀπεκτονώς. D

διὸ δὴ τῷ κάλλους χρῆμα αἰδεσίμοις τε
θεοῖς εἶναι δοκεῖ, καὶ τιμώμενον τῷ πάντων, καὶ
θεοῖς ἐπουδάσθαι πολλαχόσε. ὅθεν δὴ καὶ ἡμῖν
οὐκ ἂν ἔχοι τις μέμφεσθαι δικαίως, εἰ σπουδὴν
ποιησάμενοι ὅ τι οἷοί τε ἦμεν κάλλους διεξελ-
θεῖν περὶ οὗ δὴ ἡμῖν Ἀριστιππος διῆλθε τὸν λό-
γον. ΕΡ. σὺ δὲ λοιπὸς εἶ, Χαρίδημε, ὅπως
ἡμῖν ὥσπερ κορωνίδα τῷ τῶν καλῶν κάλλει
ἐπιθήσεις τὸν λόγον. ΧΑ. μηδαμῶς, ὦ
πρὸς θεῶν, ὦ πάτερ πρόελθεῖν με βιάσῃ.
ἐγὼ γὰρ δηλαδὴ τὴν συνουσίαν καὶ τὰ νῦν
εἰρημένα ἄλλως τε, καὶ ὅσα γε εἶπον ἀπο-
μνημονεύσοιμι. ῥᾴστη γὰρ ἂν τις μνημονεύοι τῷ
ἑτέρως εἰρημένων, ἢ τῷ αὐτὰ. ΕΡ. ταῦτα
μὲν δή ἐστιν, ὡς ἔοικε, καὶ ἐμοὶ ἐπιθυμοῦντι ὅτι
τάχιστα ἀκοῦσαι. καὶ γὰρ δὴ πολὺ μᾶλλον ἡμῖν τῷ λόγων ἐκεί-
νων, ὅσοι ἐμέλησε τῷ σῶν ἀκοῦσαι. ὥστ' ἐὰν
ταύτῶν ἀποτερήσῃς, κἀκεῖνα μάτην ἴσῃ πε-
ποιηκώς. ἀλλά, πρὸς Ἑρμοῦ, τὰ ἀπόντα λό-
γου ὥσπερ ἐντεῦθεν ἀρξάμενος ἀπόδος. ΧΑ.
δεινόν μὲν ἐν πάντως ἀπαλλάττῃ με, τῷ
διεγράφαι ἅπαντα. ἐπεὶ δ' οὕτω προθυμῇ
καὶ τὰ ἡμέτερα ἀκοῦσαι λόγων, καὶ τοῦθ' ὑπο-
στεῖλαι αἰδοῦμαι, ὧδε τοίνυν καὶ αὐτὸς ἐποιησάμην
τὸν λόγον. Εἰ μὲν πρῶτος αὐτὸς ἦρχον περὶ τῆ
κάλλους λέγειν, προοιμίων ἂν ἐδεόμην συ-
χνῶν· ἐπεὶ δ' ὑπὸ πολλοῖς ἤδη μοι τοῖς πρότε-
ρον εἰρημένοις ἐρῶν, τάχ' ἂν ἁπτικὸς τοῖς ἐκείνων
κεχρημένος ὡς προοιμίοις ὑπενέγκοι ἐξῆς τὸν
λόγον· ἄλλως τε καὶ ὑπ' ἄλλων τῷ λόγων γενομέ-
νων, ἀλλ' ὀλίγῳ καὶ τῆς αὐτῆς ἡμέρας, ὥστ'
εἰκὸς καὶ τοὺς παρόντας λαθεῖν, ὡς ἄρ' οὐχ
ἕκαστος ἰδίᾳ λόγον ποιοῖτο, δηλαδὴ τὸν αὐτὸν ἕκα-
στος ὑπὲ μέρους διεξέρχοιτο λόγον· ἑτέρῳ μὲν
οὖν ἥρπει γ' ἂν εἰς δύψηλίαν, ἅτε ἐμοὶ ἕκα-
στος ἐτύγχανεν εἰπὼν πρὸς τὰ κάλλους ἰδίᾳ. οὕτω
δ' πολὺν πρόεισιν, ὥστε καὶ τοῖς ὑπολειπομέ-
νοις ἔξω τῶν νῦν εἰρημένων, οὐ δεῖν ἐπαίνων τῷ
εἰς αὐτό. πλεῖστα γὰρ πάλαι ἤδη αὐτὰ προσ-
ῆκε λέγειν ἕκαστα δόξαι παρεῖσιν, ὥσπερ
ἀνθῶν ὑπὸ τυχοῦσιν λειμῶνι, ἀεὶ τῷ φαινο-
μένων ἄρτι προσαγομένων τοῖς ἁρπολμένοις.

A Adeò pulchritudo ipſa cùm hominibus diuinum quiddam eſſe videtur, & ab omnibus coli conſuerit, tum à diis quòque ſæpenumero cum ſummo ſtudio obſeruata eſt. Quamobrem neque nos quiſpiã reprehendere meritò poterit, quòd quaſi quoddam operæpretium putarimus hæc de pulchritudine diſſeruiſſe. Atque ad hunc modum & Ariſtippus orationem ſuam peregit. HER. At tu iam reſtas Charideme: quare fac vt quaſi quandam coronidem imponas orationi tuæ pulchris hiſce de pulchritudine dictis. CHA. Nequaquam, per deos quæſo, vlteriùs progredi me cogas. Satis enim ſit indi-
B caſſe tibi & quo pacto conuerſati fuerimus, & hæc quæ modò dixi: præſertim cũ ne illa quidẽ ſatis adhuc meminerim, quę modò commemoraui. Multò enim facilius ea memoria repetiueris, quæ ab aliis dicta ſunt, quàm quæ ipſe dixiſti. HER. Hoc igitur illud eſt videlicet quod ab initio põſequi me cupiebam. Neq; enim mihi tantopere orationes aliorũ ac tuam audire cura fuit. Quare ſi me hac priuaueris, etiam illa fruſtra laboraſſe te ſcias. Sed per Mercurium quæſo, totam adeò orationem quemadmodum à principio
C exorſus fueris, mihi recita. CHAR. Satius quidẽ fuerat, cõtentum his quæ dixi, à difficilioribus abſtinere me: attamen quãdo ita cupis & noſtram audire orationem, in hoc quoque morem tibi gerere neceſſe eſt. Proinde hoc pacto ipſe quoq; verba feci: Si primus ipſe cœpiſſem de pulchritudine dicere, proœmiis fortaſſe frequentibus & denſis opus haberem: nunc autem quando poſt multos alios qui ante me verba fecerũt, dicturus ſum; nihil alienum puto fuerit, ſi illorum antè dictis, perinde ac proœmiis quibuſdam vſus, ſequentem orationem ſubiungam, præſertim cùm non alio loco, ſed hoc in
D conuiuio, eodémque die, orationes iſtæ habeantur, ita vt liceat & præſentes latere nos, perinde ac ſi nõ quiſque priuatim verba faceret, ſed eandem ſinguli per vices proſequantur orationem. Proinde alteri quidem ſufficerent ad laudem vtique comparandam, ea quæ veſtrum vnuſquiſque ſeorſim de pulchritudine dixit. At verò hîc adhuc tantùm ſupereſt, vt & iis qui poſt nos venturi ſunt, extra ea quæ nunc dicta ſunt, ſatis laudum ad prædicandam illam ſuppetat. Plurima enim vndique circunſtant, quæ & ipſa eam de ſe opinionem præbent, quaſi ſingula eorum primo loco dici debeant, non aliter atque in prato aliquo floribus fœcundo, vbi ſemper ea quæ nouiſſimè apparent, carpentes potiſſimùm alliciuntur.

Ego verò ex omnibus illis delectis, quæ A mihi videbuntur minimè prætereunda fuisse, quàm breuissimè potero dicam, vt & pulchritudini debitum suum reddam, & vobis omissa verborum prolixitate morem geram. Proinde illi quidem qui vel ob fortitudinem; vel ob aliam aliquam virtutem præstare nobis videntur, si non quotidie honestis actionibus beneuolentiam sibi concilient, & nos quodammodo ad amandum se cogant, inuidemus illis magis vndecunque etiam eis negotia quæ geruntur, minùs bene procedunt. Pulchris autem non modò non inuidemus formam suam, sed statim etiam vbi aspeximus tantùm, capimur, & plus quàm amamus eos, neque grauamur, tanquam superioribus, quantum nobis licitum fuerit, & seruire quoque illis. Libentiùs igitur quispiam obedierit formoso alicui, quàm imperauerit ei qui talis non est: maioréque gratiam habuerit formoso multa iubenti, quàm si nihil quicquam præcipiat. Ac cęterorum quidem bonorum quibuscunque caremus, vlteriorem assequendi curam nullam gerimus: at pulchritudinis nulla vnquam nobis satietas oboritur: sed siue Aglaiæ filium illum, qui cum Achiuis ad C Troiam profectus fuit: siue Hyacinthum formosum illum, siue etiam Lacedæmonium Narcissum pulchritudine superemus, tamen nobis ipsi minimè satisfacimus, sed semper timemus ne fortè videamur apud posteros ab aliis superati fuisse. Propemodum autem omnium eorum quæ inter homines geruntur, vt ita dicam, quasi quoddam commune exemplum pulchritudo proposita est. Nam neque duces negligunt ad pulchritudinem exercitus suos instruere, neque oratores ad eandem orationes suas componere, neque etiam pictores imagines ac tabulas D suas secundùm illam depingere. Et quid attinet ista recensere, quorum finis quoque pulchritudo est? Quin illa quoque quibus necessariò vtimur, haud quaquam prætermittimus, quin omnia quammaximè fieri potest, cum summo studio quam pulcherrimè apparemus. Nam Menelaus quidem non tantum curauit vsum & necessitatem ædium, quantum vt pulchritudine earum ingredientes quasi attonitos redderet: & ob hoc sumptuosissimas pariter & pulcherrimas eas ædificauit. Neque etiam sententia falsus est. Nam Vlyssis filius ita admiratus eas fertur, cùm ad percontandum de patre eò loci venisset, vt ad Pisistratum Nestoridem in hunc modum dixerit:

ἐγὼ δ' ἐκ πάντων ἐκλέξας ὅσα μοὶ δοκῶ μὴ βέλτιον εἶναι παραλιπεῖν, λέξω διὰ βραχέων, ὅπως τῷ τε καλλει τὰ γιγνόμενα ἀποδώσω, ὑμῖν τε τὸ μακρολογεῖν παραλιπών, δράσω χαριέστερα. τοὺς μὲν οὖν ἢ δι' ἀνδρίαν ἢ καθ' ἑτέραν τινὰ τὴν ἀρετὴν ἡμῖν παρέχειν δοκοῦσιν, ἢν μὴ τὰ καθ' ἡμέραν ποιῶσιν, αἰσχύνεσθαι ἡμᾶς δι' αὐτοῖς δοκεῖσθαι, βασκαίνομεν μᾶλλον, ἐξ ὧν τ' αὖ καλῶς αὐτοῖς τὰ πράγματα παρέπομεν, ἧττον καλὸς δ' ἂν μόνον ἀφθονοῦμεν τῆς ὄψεως, ἀλλ' ἀθύμως τε ἰδιῶται, ἀλισκόμεθα, ὑπαναπῶμέν τε, δι' ἀπορουμεν ὡς τὰ χρήσιμα, ὅσον αὖ ὑμῖν ἔξῃ, δουλεύοντες αὐτοῖς. ἥδιον αὖ ἂν ὑπακούσαι τις ὥρας εὐτυχούσης, ἢ παρεξάξαι τῷ μὴ πιστεύειν, καὶ πλείω χάριν αὖ εἰδέναι τῷ πολλὰ προστάττοντι μᾶλλον, ἢ τῷ μηδ' ὁτιοῦν ἐπιτρέλλοντι. καὶ τῷ μὲν ἄλλων ἀγαθῶν, ὧν αὖ σὺ δεῖς ὦμαι, ἢ σφαίρᾳ συνδιάζεσθαι τ' τυχεῖν. καλλεις δ' ἡμῖν σοὶ δεῖς σοὶ πώποτε γένοιτο κόρος. ἀλλ' ἐπί τε τὸν Αγλαΐης, τὸν εἰς Ιλιον ποτὲ συναναβάντα τοῖς Αχαιοῖς, ἐπὶ θ' Υάκινθον τὸν καλὸν, ἢ τὸν Λακεδαιμόνιον Ναρκισσον καλλει νικῶμεν, οὐκ ἀρκεῖν ἡμῖν δοκοῦμεν, ἀλλὰ διὰ δίκης μὴ λαθώμεθα τοῖς ὑπεργηρωμένοις αὖ καταλιπόντες ὑποβολὴν. ἀεὶ δ' ὡς εἰπεῖν πάντων τῶν ἐν ἀνθρώποις παρ' ἡμῖν, ὡς ἐπὶ κοινὸν παράδειγμα ὁ καλλος ὅδε. καὶ ὅτε γραπτοῖς εἰς καλλος ἡμέλητας τὰ γράμματα συντάσσει, ὅτι ῥᾴτερον τοὺς λόγους συνυφάναι, ὅτι μᾶλλον γραφεῖσι τὰς εἰκόνας μεγαφέναι. ἀλλὰ τί ταῦτα λέγω; ὧν ὁ καλλος τέλος ὅδε ἐστίν. ὧν γὰρ εἰς χρείαν ἥκομεν αἰσχύνης, οὐκ ἐλλείπομεν οὐδὲν σπουδῆς εἰς ὅσον ἔξεστι καλλίστα κατασκευάζειν. τῷ τε γὰρ Μενέλεῳ, ἃ σπουδὴν ἐμέλησε τῆς χρείας τῷ οἴκων, ἢ ὅσον τοὺς εἰσερχομένους ἐκπλήττειν. καὶ δῆτα τοῦτ' ἄτοπον πολυτελεστάτους ἅμα κατασκευάσαι, καὶ καλλίστους, καὶ τῆς γνώμης οὐχ ἥμαρτεν. ὁ γὰρ Οδυσσέως υἱὸς ἀγαθοῦ λέγεται εἶναι, καὶ φύσιν τὸ παῖδος εἰς αὐτὸν ἀφιγμένος, ὥστ' εἰπεῖν Πεισιστράτῳ τῷ Νεστορίδῃ,

Niremum intelligit, quo pulchrior alter nó venit ad Troiam. vt Homerus ait Ilia 2.

Ζεὺς

Ζωὸς που τοιόδε γ' Ολυμπίου ἔνδοθεν αὐλῆς.

Talis & atherij forsan Iouis aula renidet.

οὐτὸς θ' ὁ τῶ μειρακίου πατὴρ, οὐκ ἄλλου τῶ χάριν μιλτοπρῴρους ἦγε ταῖς ναυσὶν, συστρατευόμενος τοῖς Ἕλλησιν ἐπὶ Τροίαν, ἢ ὅπως τοῖς ὁρῶσι ταῦτα οὐκ ἀπίθανον ἔχοι. καὶ μέντοι εἴ τις ἑκάστην ἐξετάζειν βούλεται τῶν τεχνῶν, εὑρήσει πάσας ἐς τὸ κάλλος ὁρώσας, καὶ τοῦτο τυγχάνον τῶν πρωτίστων πρᾶγμα. τοσοῦτον δὲ τὸ κάλλος τῶν ἄλλων ἀπάντων ὑπερέχειν δοκεῖ, ὥστε τῶν μὲν, ἢ δικαιοσύνης, ἢ σοφίας, ἢ ἀνδρείας μετεχόντων, πολλά τις ἂν εὕροι παραμύθια μᾶλλον· τῶν δὲ τούτου τῆς ἰδέας μηδὲν κεκτημένων, βέλτιόν ἐστιν εὑρεῖν οὐδέν, ὡς ἂν δὴ καὶ τῶν μὴ μετεχόντων ἀτιμότερον οὐδὲν· μόνους γοῦν τοὺς μὴ καλοὺς, ὀνομάζομεν αἰσχρούς, ὡς οὐδὲν ὄν εἴ τι τις ἔχων τύχοι πλεονέκτημα τῶν ἄλλων, κάλλους ἐστερημένος. τοὺς μὲν οὖν ἢ δημοκρατουμένοις τὰ κοινὰ διοικοῦντας, ἢ τυράννοις ὑποτεταγμένους, τοὺς μὲν, δημαγωγοὺς, τοὺς δὲ, κόλακας καλοῦμεν· μόνους δὲ τοὺς ὑπὸ ταύτῃ τῇ δυνάμει ὑμουμένους, θαυμάζομέν τε, φιλοπόνους τε καὶ φιλοκάλους ὀνομάζομεν, καὶ κοινοὺς νομίζομεν εὐεργέτας, τοῖς τῶν καλῶν ἐπιμελουμένοις. ὅτε τοίνυν οὕτω μέγα σεμνὸν τὸ κάλλος ἐστὶν, οὕτω δὲ τοῖς πᾶσιν ἐν βίοις μέγα τυγχάνει, κέρδος τε νομίζοιτο ὃ τούτῳ τι διακονήσαι δυνηθῶμεν, πῶς ἡμᾶς εἰκότως οὐκ ἄν τις ἐμέμψατο, εἰ τοσοῦτον ἔχοντες κέρδος κερδαίνειν, ἔπειθ' ἑκόντι παρείμεθα, μηδ' αὐτὸ τοῦτο αἰσθέσθαι δυνηθέντες, ὅτι ζημιούμεθα; τοσοῦτον μὲν δὴ καιρὸν τὸν λόγον ἐποιησάμην, πολλὰ τῶν ἐμοὶ περὶ κάλλους εἰπεῖν ἀφελών, ὅπως τὴν συνουσίαν ὅτι πολὺ παρατεινομένην ἐώρων. ΕΡ. εὐδαίμονές γε, οἱ τοιαύτης ἀπολελαύκατε τῆς συνουσίας. ἀρέσκει δ' ἤδη καιρὸν οὐδὲν ἔλαττον ὑμῖν ἔχειν καὶ ἐμέ.

Et ipse adolescentis pater non aliam ob caussam minio infectas duxit naues, cùm vnà cum Græcis ad Troiam proficisceretur, quàm vt aspicientes earum aspectu obstupefacere posset. Et fermè siquis singulas artes perpendere velet, reperiet omnes eas ad pulchritudinem tendere, eámque consequi pro summo ducere. Adeò autem pulchritudo cæteras res cunctas excellere videtur, vt iis quæ vel cum iustitia, vel sapientia vel fortitudine aliqua fiunt, multa alia inuenias maiori pretio vel existimatione digna censeri: at verò quæ cum hac specie commune aliquid habent, iis nihil quicquam melius inuenire licet: vt rursum & illis quibus hæc coniuncta non est, nihil quicquam inhonestius atq; indignius. Quippe solos eos qui pulchri non sunt, turpes vocamus, perinde quasi pro nihilo habendum sit, quicquid tandem aliquis habuerit in quo cæteros antecellat, si idem pulchritudine careat. Proinde & eos quidem qui vel in republica degentibus imperio præsunt, vel tyrannorum potestati subiecti viuunt, alteros quidem populares * vocare solemus, alteros autem adulatores. Solos autem eos qui huic potestati subiecti sunt, & admiramur videlicet, & cùm philoponos tum philocalos nominamus, adeóque communes benefactores censemus esse eos, qui pulchrorum quasi quidam procuratores sunt. Quando igitur ita venerabilis res pulchritudo est, ita autem ab omnibus etiam votis expetitur, & quasi pro lucro putatur huic ministrare saltem aliquid potuisse: quomodo non meritò reprehenderit nos quispiam, quòd cùm tantum lucrum lucrifacere possimus, vltro illud prodamus, ne hoc ipsum quidem verentes damnum videlicet quod mox accipiemus? Ac tãtam quidem ego quoque orationem habui, multis quæ mihi de pulchritudine ampliùs dicere licebat, omissis, postquam conuersationem hanc in longum adeò progressam videbam. HER. Felices sanè vos, quibus tali conuersatione frui licuit. Fermè autem iam etiam ego non minùs voluptatis quàm vos, per te videlicet, accepi.

Iliad. 2.

* δημαγωγοὺς τε λαοὺς

Neque hic videtur Luciani esse.

ΝΕΡΩΝ ἢ ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΟΡΥΧΗΣ ΤΟΥ ΙΣΘΜΟΥ, Εἰ γνήσιος.

NERO, SIVE DE FOSSIONE ISTHMI,

Si modò germanus eſt Luciani.

Iacobo Micyllo interprete.

ARGVMENTVM.

Totus hic dialogus, cuiuſcunque tandem eſt (nam Luciani eſſe, neque aſſeri puto poſſe, neque prorſus negari) quaſi quædam in Neronem inuectiua eſt, qua potiſſimùm dementia illius exagitatur, quam cùm in Iſthmo fodiendo, à quo & tituli ratio ſumpta eſt, tum in obeundis ſcenicis certaminibus Imperator Romanus exercuit. Eſtque veluti perpetua facti commemoratio, paucis quibuſdam & caterorum ipſius facinorum exemplis amplificandi cauſſa adiectis, quæ tota Muſonio philoſopho tribuitur, qui Tuſcus genere, vt Tacitus ait, cùm ſtudia iuuenum præceptis ſapientiæ foueret, à Nerone poſtremò, cùm in omnes bonos & claros æquè graſſaretur, ob linguæ libertatem, vt Suidas addit, interfectus fuit. Huius & alij meminêre, & Gellius lib. XVII. cap. 1. Cæterùm fuerunt & in hoc dialogo multa ex coniectura magis quàm ex fide, ob exemplaris, vt erat apparebat, vitioſitatem, vertenda: quam ob rem, vt in poſtremo operis, eam ſaltem à lectoribus veniam poſtulo, quæ cæteris hactenus in claris & manifeſtis etiam impingentibus, data fuit: præſertim cùm in nullo hactenus, quod equidem ſciam, legentium fidem fefellerim, vbique cùm hoc loco, tum in ſuperioribus, eo circa quòd vel ignorantia, quam & ipſam agnoſco, vel alia aliqua de cauſſa hæſitaſſem, aut aſteriſco, aut annotatiuncula aliqua ſignato. Qui ſi nihil aliud, illud certè tamen exiſtimo, occaſionem & quaſi quandam anſam ad vlteriora ac veriora indaganda aliis me tradidiſſe.

ΜΕΝΕΚΡΑΤΟΥΣ ΚΑΙ ΜΟΥΣΩΝΙΟΥ.

MENECRATIS ET MVSONII.

MENECRATES.

ATque Iſthmi foſſio quæ in manu adeò, vt aiunt, tyranno fuit, & tibi Muſoni, mĕtem habere Græcam videbatur. MVS. Scito Menecrates etiam meliora cogitaſſe Neronem. Nam & circuitus Peloponneſi illos ſupra Maleam, tollere nauigantibus volebat, Iſthmo ad viginti ſtadia interrupto. ME. Hoc autem & emporiis profuturum erat videlicet, & ciuitatibus cùm maritimis, tum etiam illis quæ in mediterraneis ſitæ ſunt. Nam ſi maritima loca bene habeant, etiam illis quæ interiora ſunt, domeſticus agrorum prouĕtus ſufficiet. Sed hæc narra quæſo Muſoni nobis: omnes enim audiendi cupidi ſumus, niſi ſi quid aliud ſeriæ rei forte eſt cui tu nunc incũbere cogitas. MV. Narrabo, quandoquidĕ vultis. Nam ſat ſcio quòd plus etiam gratificabor, iis vtiq; qui ad iniucundam adeo curarum (vt ita dicam) officinam hanc ſtudendi cauſſa venerunt. Neronem igitur in Achaiam via ducebat, & illud item, quòd ſibi ipſi vehementer perſuaſerat, ne Muſas quidem dulciùs modulari.

Ὀρυχὴ τῦ Ἰσθμοῦ καὶ σὺ, Μουσώνιε, ἀφ' ἱερᾶς, ὥς φασι, γεγενῆσθαι τῷ τυράννῳ, νοῦν εἶχεν Ἑλληνικόν. ΜΟΥΣ. ἴσθι, ὦ Μενέκρατες, καὶ βέλτιόν σοι διανοηθῆναι Νέρωνα. ταῖς γὰρ περιβολαῖς τῆς Πελοποννήσου, ταῖς ὑπὲρ Μαλέαν, ξυνάρει τοῖς θαλαττουμένοις, εἴκοσι σταδίων τῦ Ἰσθμοῦ ῥήγματι. ΜΕΝΕ. τῦτο δ' ἂν καὶ ταῖς ἐμπορείαις ὄφελος, καὶ ταῖς ὅσαι θαλάττιαι πόλεις, καὶ ταῖς ἐν τῇ μεσογείᾳ. καὶ γὰρ δὴ καὶ χείραις ἀποχρῶν ὁ εἰκὸς καρπὸς, ὧν τὰ ἐπιθαλάττια δῦ περᾶτε. ταῦτα δὴ διέξελθε, Μουσώνιε, βουλομένοις ἡμῖν ἀκοῦσαι πᾶσιν, εἰ μή τι σπουδαῖον ἄλλο ἔχεις. ΜΟΥ. δίδωμι βουλομένοις. οἶδα γὰρ ὅτι χαριοῦμαι μᾶλλον τοῖς γε ἀφιγμένοις ἐς ἀνδρὸς οὕτω φροντιστήριον ὅτι τῶν σπουδάζειν. Νέρωνα τοίνυν ἐς Ἀχαΐαν ᾠδοί ἦγεν, καὶ ὃ σφόδρα αὐτὸν πεπείκει, μὴ δὲ τὰς Μούσας ἀκριβάλλεσθαι ἤδειν.

ἐβούλετο δὲ καὶ τὰ Ὀλύμπια (τὸν γυμνικώτατον τῶν ἀγώνων) στεφανοῦσθαι ᾠδαῖς. τὰ γὰρ Πύθια, τούτων μὲν ἑαυτῷ μετεῖναι μᾶλλον, ἢ τῷ Ἀπόλλωνι. μὴ γὰρ ἂν μηδὲ ἐκφῦναι ἐναντίας αὐτῷ κιθάρᾳ τε καὶ ᾠδῇ θέσθαι. ὁ δὲ Ἰσθμὸς, ἀπὸ τῶν ἄποθεν αὐτῷ βεβουλευμένων· ἀλλ' ἐντυχὼν τῇ φύσει τοῦ τόπου, μεγαλουργίας ἐρᾴδη, τόν τε βασιλέα τῶν ὑπὲ τοῦ Τρωϊκοῦ ποτὲ Ἀχαιῶν ἐνθυμηθεὶς, ὡς τοῦ Εὐβοίας τῆς Βοιωτίας ἀπέτεμνε Εὐρίπῳ τῷ ῥεῖ τὴν Χαλκίδα· ἔπειτα καὶ τὸν Δαρεῖον, ὡς ὁ Βόσπορος ἐγεφυρώθη αὐτῷ ὑπὲ τοῖς Σκύθαις· τὰ δὲ Ξέρξου καὶ πρὸ τούτων ἴσως ἐνενόησε, μέγιστα τῶν μεγαλουργιῶν ὄντα· καὶ πρὸς τούτοις, ὃ δι' ὀλίγου ἀλλήλοις ὑπεμίξαι πολίτας, εἶναι τὴν Ἑλλάδα λῃμπρὸν ἐστᾶσθαι τοῖς ἔξωθεν. αἱ γὰρ τύραννοι φύσεις, μεθύουσι μὲν, φαύλοις δέ πῃ καὶ ἀκούσαι τοῦτο φθέγμα. προελθὼν δ' ἐς τὴν σκηνὴν ὕμνον μὲν Ἀμφιτρίτης τε καὶ Ποσειδῶνος ἦσε, ᾠδάριόν τι μέγα Μελικέρτῃ τε καὶ Λευκοθέᾳ. ὀρέξαντος δ' αὐτῷ χρυσῆν δίκελλαν τοῦ τῶν Ἑλλάδα ὑπεξαπαιτήσαντος, ὑπὲ τῶν ὀρυγῶν ἦξε, προηγουμένου τε τοῦ ἀοιδίμου, καὶ καθηκόμενος τῆς γῆς, τέως, οἶμαι, εἴς τε τῶν ἀρχὴν πεπιστευμένων ἐφαπτόμενος ξυμπόρως ἄπεσθαι τοῦ ἔργου, αὐτός εἰς τὸν Κόρινθον, τὰ Ἡρακλέους δοκοῦντα ὑπερβεβλῆσθαι πόνα. οἱ μὲν δὴ ἐκ τοῦ δεσμωτηρίου, τὰ πετρώδη τε καὶ δύσεργα ἐξεπόνουν, ἡ στρατιὰ δὲ τὰ γεώδη τε καὶ ὑπόπεδα. ἐδόκει δέ που καὶ πέμπτῃ ἡμέρᾳ προεξεβεβλημένων ἤδη τοῦ Ἰσθμοῦ, κατεῖδόν τις ἐκ Κορίνθου λόγος ὅπως ἔφθη, ὡς δὴ τοῦ Νέρωνος μετεγνωκότος τὸ τολμηθέν. ἔφασαν γὰρ τοὺς Αἰγυπτίους γεωμέτρας ὑπολαβόντας τὸ ἐπέρας θαλάττης τῇ φύσει, οὐκ ἰσοπέδοις αὐτῇ συντυχεῖν, ἀλλ' ὑψηλοτέραν ἡγουμένους τὴν ἐκ τοῦ Λεχαίου πρὸς τῇ Αἰγίνῃ διδοικέναι. πλάγιος γὰρ ποσῶς ὑπερχυθέντος, καὶ καταδύσιον ἀπενεχθῆναι τὴν Αἴγιναν. Νέρωνα γὰρ τοῦ μὲν τοῦ Ἰσθμοῦ τομῆς, οὐδ' αὐ Θάλητα μετέχειν ὁ σοφώτατός τε καὶ φυσικώτατος.

A Volebat autem & Olympiis (quod certamen omnium maximè exercitiis frequentatur) cantando coronari. Nã quæ in Pythiis aguntur, eorum pleraque ad se magis quàm ad Apollinem pertinere putabat. Neque enim neq; illum aduersus se citharam aut carmen aliquod mouere audere. Cæterũ Isthmus haudquaquam ex illis erat de quibus hic diu aut lõgè antè cogitasset, sed cùm fortè naturam loci conspexisset, magnificum opus hoc animo concepit, Achiuorum videlicet regem, eorum qui ad Troiam olim profecti fuere, animo proponẽs, qui ipse Eubœam quoque à Bœotia resecuit, me-
B dio circa Chalcidem Euripo immisso. Deinde autẽ & Darium, vt à quo & Bosporus ponte iunctus fuerit cùm is cõtra Scythas proficisceretur. Nam Xerxis factum etiam ante ista fortassis animo cogitarat, quod magnificentissimum operũ magnificorum omniũ fuit. Supra omnia autẽ hæc etiam illud putabat, Græciã per hoc quòd breui adeò omnes inter se misceri possent, contra exteros splendidè adeo stabilitum iri. Nam tyrannorum ingenia ebria quidem sunt, tanguntur autẽ alicubi vbi vocem hanc audiunt. Porrò
C progressus in scenam, hymnum quidem Amphitrites & Neptuni cecinit, & canticum quoddam non magnum Melicertæ & Leucotheæ. Cùm autem aureũ ipsi ligonem porrexissent, Græciámque tanquam in tutelam commendassent, ad fodiendum profectus est, plausu cantúque prosequentibus illum tum omnibus. Atque vbi terrã ter, opinor, tetigisset, deinde & quibus præfecturæ atque imperia credita erãt, opus vnà capessere iussisset, Corinthum rediit, Herculis adeò res gestas omnes sibi visus superasse. Illi igitur qui in vinculis fuerant, petricosis atque difficilibus conficiendis exercebantur: exercitus autem ea quæ terrea ac plana erant, fodiebat. At vbi iam septimum & quintum diem quasi alligati Isthmo fuissemus, rumor quidam è Corintho venit, nõ ita tamẽ manifestus aut planus, quòd Neronem pœnituisset Isthmi incisi. Dicebant autem, Ægyptios geometras altitudinem metientes, haudquaquam eandem atq; æqualem vtriusq; maris superficiem deprehendisse: sed cùm eam partem quæ Lechæum aspicit, altiorem iudicarent, de Ægina in timorem venisse. Nam si tantum pelagus contra insulam effunderetur, periculum esse ne illa aquis obruta in profundum demergeretur. At Neronem à fodiendo Isthmo ne Thales quidem absterriturus fuerat, quamquam sapientissimus, & naturalium rerum peritissimus.

ἰσιᾶσθαι, *quod à nomine ἰσία derivasse videtur. Nã alterum ἰσιᾶν, quod conuinio accipere significat, è tempi scribitur.*

Pertus est ad Occidentẽ vergens, quod ex Italia nauigantes petunt.

Vindicis, qui primus contra Neronem in Gallia surrexit. Suetonius & Tacitus quoque meminit.

Nam incidendi illius maiore ſtudio tenebatur quàm publicè canendi. Sed motus Occidentalium gentium, & aſperrimus qui illas nunc excitat & incendit (Vindex autem nomen ipſi eſt) reuocauit ex Græcia & ab Iſthmo Neronẽ, frigidè adeò matia dimenſum. Nam æquè altè à terra vtrumq. aſſurgere, eandémque ſuperficiem habere ſcio. Aiunt autem ipſi & Romanas res paulatim iam labi & declinare. Id quod & ipſi ex Tribuno heri, qui impegerat, audiſtis. M E N. At vox, Muſoni, propter quam in Muſas ita deperit, & Olympiadas pariter & Pythiadas amat, qualiſnã tyranno eſt? Nam eorum qui ad Lemnum nauibus vt niebant, alij quidem admirabantur ipſum, alij autem etiam deridebant. M V. At ille, quod ad vocem attinet, neque admitatione dignus, neque riſu eſt. Nã ipſum natura inculpabilem, atque adeò mediocrem formauit. Sonat autem concauum quiddam, non natura tamen, & graue, impendente atque vrgente hoc gutture: ac carmina quidem hoc pacto accurata quodammodo etiam perſonat. Vocalationes autem ſonorum leuigant hunc, poſtquam ſibi ipſi non confidit: Chromatum verò humanitate & modulatione facili quidem illa, & ad citharæ cantum accommodata: & vbi tempus eſt, ire & ſtare, & de loco tranſire, deinde & nutum cum membris exæquare, hæc accuratè facere, eius eſt qui pudore ſolo eo afficitur, quòd rex videtur. At rurſum ſi imitetur ſuperiores, hui quàm multis ſpectatoribus riſus excidit! quanquam infinito adeò metu impendente, ſi quis ipſius cauſſa rideat. Nutat enim plus æquo, & cùm ſpiritum attrahit, ſtat ſummis pedibus diſtentus & refractus, perinde vt ij qui rotam circumagunt. Iam verò natura rubicundus exiſtẽs, multo magis etiam rubeſcit cùm ipſi facies incenditur. Spiritus autem modicus, & ægrè alicubi ſufficiens. M E. Qui verò certamine cum ipſo conferũtur, Muſoni, quo pacto ſe gerunt? Nam arti gratificantur ſcilicet. M V S. Arti quidem Muſoni, quemadmodum & qui luctando ſubſeruiunt: ſed cogita Menecrates tragicum hiſtrionem illum, quo pacto in Iſthmiis perierit. Paria enim pericula & circa artes ſunt, ſi qui in iis oſtentandis impendio elaborant. M E N E. Quid hoc autem Muſoni? admodum enim ignarus eius ſum quod dicis. M V S O N. Audi igitur rem abſurdam quidem & inſolentem, attamen in conſpectu Græcorum actam.

A τῷ γὰρ πεμεῖν αὐτὸν ἥδιον μᾶλλον, ἢ τῷ δημοσίᾳ ᾄδειν. ἡ δὲ τῶν Ἑσπερίων ἐθνῶν κίνησις, καὶ ὀξύτατος, ὡς τὴν ἐκείνης νῦν ἀποστομώσας, ὄνομα δὲ αὐτῷ Βίνδαξ, ἀπήγαγε Ἑλλάδος τε καὶ Ἰσθμοῦ Νέρωνα, ψυχρῶς γεωμετρήσαντα. τοὺς γὰρ θαλάττας, ἰσογαίους τε καὶ ἰσοπέδους οἶδα. φασὶ δ' αὐτῷ καὶ τὰ τῶν Ῥωμαίων ὀλισθαίνειν ἤδη, καὶ ὑποδιδόναι. πυνθάνεσθε δ' αὐτοῦ χθὲς ἀκούσαντες τὸν στρατηλάτην μου χιλιάρχου. ΜΕ. ἡ φωνὴ δὴ, Μουσώνιε, δι' ἣν μαίνεται, καὶ τὴν Ὀλυμπιάδων τε καὶ Πυθιάδων ἐρᾷ, πῶς ἔχει τῷ τυράννῳ; τῶν γὰρ
B Λήμνιον πλεόντων, οἱ μὲν ἐθαύμαζον, οἱ δὲ κατεγέλων. ΜΟΥ. Ἀλλ' ἐκεῖνός γε, ὦ Μενέκρατες, ὅτι θαυμασίως ἔχει τῆς φθέγματος, οὐ μέλλει· ἡ γὰρ φύσις αὐτὸν, ἀμέμπτως τε, καὶ μέσως ἥρμοκε. φθέγγεται δὲ κοῖλον μὲν φύσει, καὶ βαρὺ, εἰσκειμένης αὐτῷ τῆς φάρυγγος. μέλη δ' οὕτω κατασκευασμένα βομβεῖ πως, οἱ δέ γε τύροι τῶν φθόγγων ὑπολεαίνουσι τοῦτον, ἐπὶ μὲν θαρρεῖ αὐτῷ χρώματος δὲ φιλανθρωπίᾳ, καὶ μελοποιΐᾳ,
C διαγώγιμον μὲν δὴ, καὶ κιθαρῳδίᾳ δύσαλε, καὶ τὸ κινεῖσθαι βαδίσαι, καὶ στῆναι, καὶ μεταστῆναι, καὶ τὸ νεῦμα ἐξομοιῶσαι τοῖς μέλεσιν, αἰσχύνην ἔχοντος μόνου τοῦ βασιλέα δοκεῖν, ἀκριβοῦν ταῦτα. εἰ δὲ μιμοῖτο τοὺς χρείττονας, φεῦ γέλωτος, ὡς πολὺ τῶν ἡνιόχων ἐκπίπτει, καίπερ μυρίων φόβων ὑπερτιθεμένων, εἴ τις ἐπ' αὐτῷ γελάσειεν. νῦν μὲν γὰρ τὸ μετέωρον πλέον, ξυνάγων τὸ πνεῦμα, ἐπ' ἄκρων δίεται τῶν ποδῶν ἀσαλεύτως, ὥσπερ οἱ ὑπὲρ τοῦ ζυγοῦ. φύσει δ' ἐρυθρὸς ὤν, ἐρυθριᾷ μᾶλλον, ἐμπυρευομένου αὐτῷ τοῦ προσώπου. ὃ
D δὲ πνεῦμα ὀλίγον, καὶ οὐκ ἀποχρῶν που δή. ΜΕ. οἱ δ' ἐν ἀγῶνι πρὸς αὐτὸν, πῶς ὑφίενται, ὦ Μυσώνιε; τέχνη γάρ που χαρίζονται. ΜΟΥ. τέχνῃ μὲν, ὥσπερ οἱ ἔμπαλαίοντες, ὦ Μενέκρατες, τῆς παγκρατίας ὑποκριτὴν, ὡς Ἰσθμοῖ ἀπέφηνεν. ἴσασι γὰρ κινδυνοῦντες πρὸς τὰς τέχνας, ἵν' ὑπτιάσωσιν οἱ τεχνάζοντες. ΜΕ. ἦ τί τοῦτο, Μυσώνιε; σφόδρα γὰρ ἀπορῶ τοῦ λόγου. ΜΟΥ. ἄκουε δὴ λόγου ἀπόπου μέν, ἐν ὀφθαλμοῖς γε Ἑλλήνων πεπραγμένου.

Nam incidendi illius maiore ſtudio tenebatur quàm publicè canendi. Sed motus Occidentalium gentium, & aſperrimus qui illas nunc excitat & incendit (Vindex autem nomen ipſi eſt) reuocauit ex Græcia & ab Iſthmo Neronẽ, frigidè adeò matia dimenſum. Nam æquè altè à terra vtrumq. aſſurgere, eandémque ſuperficiem habere ſcio. Aiunt autem ipſi & Romanas res paulatim iam labi & declinare. Id quod & ipſi ex Tribuno heri, qui impegerat, audiſtis. M E N. At vox, Muſoni, propter quam in Muſas ita deperit, & Olympiadas pariter & Pythiadas amat, qualiſnã tyranno eſt? Nam eorum qui ad Lemnum nauibus vt niebant, alij quidem admirabantur ipſum, alij autem etiam deridebant. M V. At ille, quod ad vocem attinet, neque admitatione dignus, neque riſu eſt. Nã ipſum natura inculpabilem, atque adeò mediocrem formauit. Sonat autem concauum quiddam, non natura tamen, & graue, impendente atque vrgente hoc gutture: ac carmina quidem hoc pacto accurata quodammodo etiam perſonat. Vocalationes autem ſonorum leuigant hunc, poſtquam ſibi ipſi non confidit: Chromatum verò humanitate & modulatione facili quidem illa, & ad citharæ cantum accommodata: & vbi tempus eſt, ire & ſtare, & de loco tranſire, deinde & nutum cum membris exæquare, hæc accuratè facere, eius eſt qui pudore ſolo eo afficitur, quòd rex videtur. At rurſum ſi imitetur ſuperiores, hui quàm multis ſpectatoribus riſus excidit! quanquam infinito adeò metu impendente, ſi quis ipſius cauſſa rideat. Nutat enim plus æquo, & cùm ſpiritum attrahit, ſtat ſummis pedibus diſtentus & refractus, perinde vt ij qui rotam circumagunt. Iam verò natura rubicundus exiſtẽs, multo magis etiam rubeſcit cùm ipſi facies incenditur. Spiritus autem modicus, & ægrè alicubi ſufficiens. M E. Qui verò certamine cum ipſo conferũtur, Muſoni, quo pacto ſe gerunt? Nam arti gratificantur ſcilicet. M V S. Arti quidem Muſoni, quemadmodum & qui luctando ſubſeruiunt: ſed cogita Menecrates tragicum hiſtrionem illum, quo pacto in Iſthmiis perierit. Paria enim pericula & circa artes ſunt, ſi qui in iis oſtentandis impendio elaborant. M E N E. Quid hoc autem Muſoni? admodum enim ignarus eius ſum quod dicis. M V S O N. Audi igitur rem abſurdam quidem & inſolentem, attamen in conſpectu Græcorum actam.

Ἰσθμοῖ γὰρ νόμος κειμένος, μήτε κωμῳδίαν
ἀγωνίζεσθαι, μήτε τραγῳδίαν, ἔδοξεν Νέρωνι
τραγῳδοὺς νικᾶν. καὶ προῆλθον εἰς τὸν ἀγῶνα
τοῦτον, πλείους μὲν ὁ Ἠπειρώτης, ἄειστα
φωνὴν ἔχων, καὶ δοκιμώτατος ἐπ' αὐτῇ, καὶ θαυ-
μαζόμενος, λαμπρότερα τῶν εἰωθότων ἐ-
πλάττετο καὶ τὴν σφαῖραν ἔφαλλεν, καὶ μηδὲν αἰσχύ-
νεσθαι ἢ δίκην παλαίστου δοὺς αἰ Νέρω-
να ὑπὲρ τῆς νίκης· ὁ δὲ ἠγωνιακώς τε, καὶ μανι-
κῶς εἶχε· καὶ γὰρ δὴ καὶ ἠκροᾶτο ὑπὸ τῇ σκηνῇ,
ἐπ' αὐτῷ δὴ τῷ ἀγῶνι. βοώντων δὲ τῶν Ἑλλήνων
ὑπὲρ τοῦ Ἠπειρώτου, πέμπει τὸ γραμματεῖα,
χιλιόνταρχον αὐτῷ τὸν αὐτοῦ δὲ ὑπάρχειν B
ἐκεῖνον ὃ φθέγμα, καὶ δημοτικῶς ἐκβοῶντος, εἰσ-
πέμπει Νέρων ἐπ' ὠκριβαίτων τοὺς ἑαυτοῦ
ὑποκριτάς, οἷς προσήκοντάς τι τῷ πράγ-
ματι. καὶ γὰρ δὴ καὶ δέλτους ἐλεφαντίνας & δι-
πλόας προβεβλημένοι αὐτοὶ ὥσπερ ἐγχει-
ρίδια, καὶ τὸν Ἠπειρώτην ἀναστήσαντες πρὸς
τὸν αἰχμόκλιτον, κατέαξαν αὐτοῦ τὸν φάρυ-
γα, παίοντες ὀρθοῖς ταῖς δέλτοις. ΜΕ. τρα-
γῳδίαν δὲ εἶπε, Μυσώνιε, μία σοὶ οὔπω πά-
θος ἐν ὀφθαλμοῖς τῶν Ἑλλήνων ἐργασάμε-
νος; ΜΟΥ. παιδὶ δὲ τοῦτο πρέπον τῷ μη- C
τροκτονήσαντι. ΜΕ. εἰ δὲ τραγῳδίας ὑποκρι-
τὴν ἀπέκτεινεν ἐκπεμὼν αὐτοῦ ὁ φθέγ-
μα, τί χρὴ θαυμάζειν; & γὰρ δὴ καὶ ὁ Πυθι-
κὸν τόμιον, πρὸ οὗ αἱ ἐμφάσεις ἐκίνησεν, ἀπο-
φράττειν ὥρμηται, ὡς μηδὲ τοῦ Ἀπόλλωνος
φωνὴ εἴη· κρίνει τὸν Πυθίου καταλέξαντες
αὐτὸν εἰς τοὺς Ὀρέστας τε καὶ Ἀλκμαίωνας, οἷς
ὁ μητροκτονῆσαι, καὶ λόγον τινὰ δίκλειάς ἔδω-
κεν, ὅτῳ πατρὸς ἐτιμώρησαν. ΜΟΥ. ὁ
δὲ μηδαμῶς εἰπεῖν ἔχων ὅτῳ ἐτιμώρησεν,
ὑβρίσθαι ὑπὸ τοῦ θεοῦ ὥετο, τραπόμενος τοῦ
ἀληθῶς ἀκούων. ἀλλὰ μεταξὺ λόγων, τίς ἡ D
προσιοῦσα ναῦς; ὡς ἐπάλληλ τι ἀγαθὸν ἔοικεν.
ἐστεφάνωνται γὰρ αἱ κεφαλαί, ὥσπερ χορεύ-
σιμος, καί τις ἐκ πρῴρας προπέμπει τὴν
χεῖρα, τὸ μὲν κελευσμάτιον ἡμῖν θαρρεῖν τε, καὶ
χαίρειν, βοᾷ τε, εἰ μὴ τὰ δεύτερα ἀκούω, Νέρωνα οἴ-
χεσθαι. ΜΕ. βοᾷ γὰρ, Μυσώνιε, καὶ σαφέ-
στερόν γε, ὅσῳ τῆς γῆς ἄπεστι. ΜΟΥ. εὖ-
γε, ὦ θεοί. ΜΕ. ἀλλὰ μὴ ἐπαλαζονώμεθα. ὅτι
γὰρ τοῖς κεκμηκόσι φασὶ δεῖν.

A Nam cùm in Isthmiis lex esset, vt neque comœdia certaret quispiam, neque tragœdia: Neroni placuit tragœdos superare. Ac prodierunt ad hoc certamen plures quidem: Epirota autem ille, vt qui voce optimè valeret, & ob eam autem etiam celebraretur, & in admiratione esset, clariùs solito fingebat & coronã amare se, & nihil de studio remittere velle priusquam à Nerone decem talenta pro victoria acciperet. At ille exasperabatur, simul & insani more ferebatur: nã & auditus iam sub scena fuerat, in ipso videlicet certamine. Acclamantibus autem Græcis, Epirotę mittit scribam, qui iuberet hunc submittere sibi sese. Sed pergéte eo, & supra modum attollente vocem, popularitérq; ac liberè cum ipso contendente, immittit Nero in pulpita suos histriones, tanquam qui ad hoc negotium pertinerent. Nam & libellos elephantinos & duplices habebant, quibus præ se intentis, veluti pugionibus vtebãtur. Atque hi Epirotam ad proximam columnã erigentes, guttur ipsius fregerunt, cędentes obuersis in rectum libellis. ΜΕ. Tragœdiâ autem vicit, Musoni, scelleratum adeò facinus in oculis Græcorum ausus? ΜΥ. Quid putas? ludus hic adolescenti fuit, qui matrem occidit quoque. ΜΕ. Si verò inter tragœdias histrionem occidit excita illius voce, quid adeò attinet demirari, quando & Pythicum os, vnde voces inspirare solebant, obturare conatus fuerit, vt videlicet neq; Apollini vox aliqua esset? quanquam ipso Pythio recensente eum inter Orestas & Alemæones, quibus id quòd matres occidêre, etiã laudis aliquam famã præbuit, postquam id in vltionem patrum fecerant. ΜΥ S. Hic autem cùm nullo modo dicere posset quemnam vltus esset, contumelia à deo affectum sese putabat, cùm tamen mitiora quàm veritas exigebat, audiisset. Sed interea dum sermones cedimus, quęnam nauis ista est quæ huc propinquat? Vt autem boni aliquid afferre videtur? Nam coronati capitib. omnes sunt, perinde vt chorus quispiam, qui fastum aliquid nunciaturus ingreditur. Et quidam ex prora manum protendit quoque, iubens & confidere nos, & gaudere: clamátque, nisi non satis rectè percipio, Neronem periisse. ΜΕ. Clamat enim, Musoni, & manifestiùs vtique, quo propiùs terram contingit. ΜΥ S. Euge, ô dij.

Et sunt qui tradant Paradeò facinus in oculis Græcorum ausus? videlicet histrionem occisum ab eo, qua si grauem aduersarium, Suetonius.

ΜΕ. Sed ne gloriemur. Nam mortuis, vt aiunt, non decet conuiciari.

PALINVRVS.

ARGVMENTVM.

Duo hi dialogi ſequentes, Luciani non ſunt, neque Græcè ſcripti etiam: ſed quia à doctis Italiæ cum Lucianicis eodem titulo coniunctos accepimus: ne horum quidem lectione fraudare quenquam voluimus, præſertim cùm ad exemplum Lucianicorum aliquo modo efficti & ipſi eſſent.

Interlocutores, PALINVRVS, CHARON.

PAL. BSecro te ô Charon, ſine me vt iam nauim conſcendam. CHA. Quis me appellas? PAL. Ego nauita quondam illius quem nuper viuentem tranſuectaſti, Aeneæ Troiani. CHA. Túne ille es qui apud portus Velinos inhumatus iacebas? PAL. Ille ipſe ſum. Sed crede cœleſtium nutu fieri vt tranſuehar, quorum prodigiis longè latéque actæ finitimæ gentes, & oſſa mea iam expiauerunt, & tumulum mihi, tumulóque inſuper ſolennia ſtatuerunt. Quare te oro ô iuſtiſſime Charon, patere tandem vt ingrediar. ſic proſpera ſemper ſit nauigatio tua, ſit ſolida nauis tua, atque inconcuſſa. CHA. Rem iuſtam petis Palinure, ingredere vt libet. Vos verò tam confertæ vmbræ, quid fatigatis me precibus? quid fatigatis? quænam hæc vis deſiderij? Expectate tantiſper, dum trans flumen hunc porto: regrediar quamprimũ. PAL. Habeo tibi Charon immortales gratias, qui me his tãdem eripuiſti è malis, qui me dira hac tandem qua detinebar transfretãdi cupidine liberaſti. CH. Amo te equidem Palinure, tum propter Æneam regem quem mihi nominaſti, qui & ſuper omnes quos vnquam viderim mortales, viſus eſt mihi ſingulari quadam præditus pietate: tum propter meum etiam, quod olim commune fuit tibi, magiſterium: Par enim ſibi quiſque parem affectat: delectátque magis quæ inter pares fit vel confabulatio, vel vitæ actio. Afficiebar porrò non modico dolore, quum videbam iamdudum te in citeriore hac ripa errantem, incertúmque ſedis tuæ. Neque licebat tibi ſuccurrere, propter legem mihi datam, ne quẽquam niſi humato priùs corpore tranſportem. Sum enim ego minimus inter infernos habitatores, ſubiectúſq; alienæ poteſtati, cui parêre nõ tam pulchrum mihi quàm aliâs neceſſe ſit. Gaudeo autem nunc & lætor, quòd ea aliquando ſe ſors tibi obtulerit, qua & tuum implere deſiderium, & meum releuare dolorem ſalua lege officij mei poſſum. PAL. Imò ego non minùs propter te dolebã, ô Charon, quia perſpiciebam tot te graues aſſiduóſque labores perferentem ſine vlla relaxatione. Neque enim me latet quot quantíſq; vexari malis ſolent nauium gubernatores, qui nihil aliud in vita quàm nauigationem exercui: atque ita exercui, vt nihil illa grauius, nihil periclitãtius contingere moralibus putẽ: propter quod credibile magis tibi videri poteſt ſi angebat me vtique fatigatio tua, repetentem animo antiquas, quas iuuenis etiam ſuſtinebam, nauticas fatigationes meas: quarũ experientia iam edoctus ſciebam probè pari malo tuo condolere. CH. Fruſtra propter me dolebas, Palinure: nam nihil moleſta mihi eſt ars mea. PAL. Quid ais? CH. Aio gratam me habere & iucundam artem meam. Vides vt cruda viridíſque ſenectus eſt mihi? Memini haud vnquam ab ipſa, qua iam omnium annos ſupero, longæua ætate mea pertęſum me eſſe laboris mei, qui quotidie inſto alacrior atque valentior. Sed intelligo cur tu aliter tibi perſuadeas. Eſt enim communis hic morbus mortaliũ, vt ſortis ſuæ quemque diſtædeat ſemper, viuátq; contentus nemo ſtudiis ſuis, laudent verò longè, ac beatiores exiſtimẽt omnes qui diuerſas à ſe artes atq; actiones ſequuntur: verùm falluntur maximè opinione ſua. Nam ſi rectè intueri velint, cognoſcent perſpicuè nullum eſſe in vita eorum ſtatum qui nõ magnis ſcateat miſeriis, quem non magnæ grauéſque perturbent vndique moleſtiæ & vexationes. Et ſi detur aliquando vt alter in alterius ſtudia transferatur, quàm videas tunc ſua cuique leuia videri, quæ priùs præ grauitate accuſabat: contráq; ea grauiora, quę

priùs leuia videbantur? Itaque ſi bene conſideres, Palinure, non eſt ita grauis mea conditio vt cenſes, neque propterea quòd nauclerus ſim, ſum eo mirabilior. Sed tu (vt video) ſequeris vanos errores mortalium, ego verò integritatem tantùm, iudiciíque veri lucem ſecutus, dego contentus ac lætus ſorte mea, neque adſcribo mihi calamitatem, quòd deſudem quotidie nauigando, & defatiger. Neque ob hoc arbitror quempiam horũ qui mecum ſimul vltimas ſedes colunt, me eſſe beatiorem, non ipſos iudices, Minoëm, Rhadamãthum & Æacum, quanquam magna omnes emineant poteſtate: non ipſum Ditem, quãquam ſceptro potens ſit, atque regna iſta moderetur. Sunt nanque & illis ſui labores, ſuæque moleſtiæ, & maiores fortè, quo & maiore regiminis ſarcina premuntur. PAL. Potes de te tibi Charon perſuadere vt libet: mihi enim de me nunquam perſuadere poteris, quin ars noſtra ſine vlla comparatione cæteras laboribus & periculis excedat: quod liquidò tibi probarem, niſi quòd vereor ne tædio te afficeret fortaſſe longior narratio noſtra. CHA. Imò ſumma me afficeret recreatione. Nam & delectat me tecum ſermocinari, & nauigantibus etiam magnam animorum refocillationem afferre ſolent huiuſmodi confabulationes. PAL. Quando igitur non eſt tibi iniucundum, proſequar ſuſcepti ſermonis noſtri rationem, vt intelligamus, non eſſe duriorem vllam, quàm nautarum ſortém: quod tibi facilè perſuadebo, ſi animaduertas quos æſtus & frigora tolerare eos, quos perhorreſcere tonitrus & fulgura, quibus perfundi imbribus, qua ventorum rabie agitari quotidie neceſſe ſit. Si cognoſcas quoties eos torqueri fame & ſiti, quoties ſqu lore etiam teterrimo conſumi contingat: ſi attendas habitationem eorum inſtar carceris, ſupellectilem vel nullam, vel ſordidiſſimam, ſtrata dura, cibaria aſpera, potum immundiſſimum, indumenta ſpurca, incommoditatem rerum omnium, noctes inſomnes, & ſub diuo ſemper, & inquietas: taceo perpetuũ alioqui quoddam eorum exilium: quos patriæ eorum exteros, profugos, vagos, palãtes, ignaros quietis, priuatos omni (quo nihil eſt in vita dulcius) coniugis ſoboliſque fructu ac iucunditate. quis non abiectiſſimos, longéque omnium mortaliũ miſerrimos eſſe iudicabit? Prætereo Scyllã, Charybdim, Syrtes, Symplegades, tot infeſta naulgantibus maris pericula. Omitto tempeſtates, quibus nec viſu quicquam eſt triſtius, nec horribilius, quibus & ad ſummum vitæ vſque diſcrimen quotidie iactantur, quatiuntur, & (quod ſæpe accidit) ſubmerſi tandem obruuntur. In qua re nemo eſt qui idoneus magis quàm ego, teſtis adhiberi queat: qui cùm multis fuerim quaſſatus tempeſtatibus, tum ea maximè quæ me ex Sicilia in Italiam nauigantem inuaſit, tam ſæua atque horrens, vt horrori ſit adhuc mihi eius recordatio. Non poſſum certè vt par eſſet, explicare tibi acerbitatem illius tempeſtatis, ſed quanta extiterit, ex hoc facilè coniecturam facere potes, quòd Æneam ducem, cuius ſumma conſtantia & animi fortitudo vbique decantatur, vidi ego contrementem grauiter atque ingementem, extentíſque ad cœlum manibus beatos longè inclamantem eos quibus ad Troiam oppetere contigiſſet, lamentantémque pari ab eorum morte, ac fortiſſima, à Diomedis gladio ſe ereptum extitiſſe Crudelem equidem diem illuxiſſe omnibus vltimum, neque ex numero noſtro quenquam putaui euaſurum, non ipſum Æneam, non Ilioneum, non Achatem, non Abantem, grandæuúmve Alethem, quorum naues longè diſiectas, ad ſummúmque penè exitium adductas, neſcio quæ vis illa niſi diuina liberauit. CHA. Non incognita mihi narras: hæc ea ipſa die reſciui. PAL. Quo id modo? CHA. Quo id modo, rogas? An acrem illum fidúmque Orontem ignoras, ductorem Lyciæ nauis? Is quidem tunc ſubmerſus conceſſit ad me illico, exponens mihi ex ordine omnia quæ tu diſſeruiſti, implorans deinde opem, rogitánſque multùm vt ſe vlteriore in ripa ſiſterem: quod nunquam paſſus fui, quum inter fluctus adhuc corpus ſuum ſine ſepulchri honore iactaretur. Nũc agit ſeſe circum hæc ſtagna mœſtus atque errabundus: vidiſti illum? PAL. Et tum vidi, & vnicum meorum ſolatium habui, dum rantiſper in ripa moratus, pari cum eo detinebar infelicitate. Nec enim falſa de triſti eius interitu retuliſti, cuius adhuc imago ſubit mihi, dum excuſſum è puppi, contortúmque ter eum atque circumactum (horrendum) à fluctu, *rapidus tandem æquore vortex Abſorpſit.* Sanè quod ad me pertinet, nihil ediſſeram: qui licèt eam euaſerim tempeſtatem, amarum

rabilia. CHA. At reſtant alia, quæ non A minùs tibi grauiora & miſerabiliora videbuntur. PAL. Perge. CHA. Quæ fortaſſis etiam grauiora & miſerabiliora iudicabis, quoniam domeſtica ac frequens magna eſt eorum peſtis. PAL. Fare. CHA. Nolo tibi Palinure afferre in medium graues longóſque artificum & negotiatorum labores: non eos quibus afficiuntur agrorum cultores, non quibus milites, non quibus cauſidici, cæteratúmque diſciplinarum ſectatores, æſtus, algores, inediam, peregrinationes, anxietates vel pericula, vulnera, cædes, diſtrictas habitationes, infinitáque agendi, cubandi, veſcendi incommoda vel faſti- B dia, laſſitudines, vigilias, ſolicitudines, odia, & infamationes. Nam ſi complecti cuncta ſermone meo atque exequi voluerim, tot tantáque dicenda ſe offerent, vt præ longitudine malorum ac mole, citiùs nauigatio noſtra quàm oratio finem poſſit inuenire. Omittam itaque, & commemorabo tantùm quas inter domeſticos parietes, tum ſeruorum, tum vxorum ac filiorum moleſtias ac turbationes peſſimas perferre ſolent qui gubernationi præſunt rei familiaris. Quam ſi ita vt nualem expertus eſſes, facilè C quicquid dicturus ſum, me etiam tacente & intelligeres & approbares. Nam ſeruorum primò in dominos ſemper prompta maledicta, furta, impoſitiones, fugas, arrogantiam, negligentiam rerum dominorum, temulentiam, edacitatem, ſomnolentiam, tarditatẽ, ignauiam, nemo eſt qui non videat magnam afferre his qui patiuntur, infelicitatem. Deinde filios, quorum amore nihil dulcius eſſe fertur, quanta animi cum amaritudine aſpiciant parentes vel ægrotare, vel mortem obire, quod frequenter admodum fit, ſatis exiſtimo etiam te intelligere. Quàm verò grauẽ & anxiam credis eſſe eorum D vel parturitionem, vel educationem, vel inſtitutionem? Quoties pro eis bonos parentes gemere, ſuſpirare, dolere, torqueri? Quanta etiam putas perturbatione affici, dum quos progenuerunt, immẽſáque adeò cura aluerunt, vel parum ſibi audientes, vel rebelles ac infeſtos poſtea habere contingat? quàm dolenter eos ferre arbitraris dum inſani & vecordes ſunt, dum hebetis & craſſi ingenij, dum effœminati & molles, dum dilapidant & euertunt patrimonia, dum nulli bono operi & ſtudio intendunt, dum per præcipitia vitiorum omnium vitam ducunt ſuam? Quid de vxoribus loquar, quas dos tumidas, genus inſolentes, forma ſuſpectas, deformitas reddit inuiſas? Quarum lingua nihil perniciòſius, quarum audacia nihil prodigioſius, quarum improbitate nihil execrabilius. Quę iurgiis ſemper & contentionibus obtundunt viros, quæ ſemper conqueruntur, ſemper exprobrant, ſemper inſidiantur. Quibus quum deſint cætera, nunquam tamen lacrymæ, gemitus & ſuſpiria. Quæ cæca ſua (qua tantùm ardent) ornamentorum ambitione exhauriunt opes, labefactant domos, cogunt maritos in malos quæſtus, in dira ſcelera. Non refero turpiſſima adulteria, quibus nec punitur minùs, nec peccatur magis quicquam. Ea quanto dolore afficiant bonos coniuges, nemo ſatis vnquam meo iudicio enarrare poſſet, ſed magnum doloris argumentum præſtant, & grauiſſimas cædes, & ingentia quæ ſæpe propter corruptas vxores bella exarſerunt. PAL I. Hoc plus quàm vellẽ, ſcio: nam arduum illud quod ego vidi Græcorum & Troianorum bellum propter Helenæ raptum, in eam excreuit rabiem, quam nulla mundi regio ignorauit. CHA. Quæ toti mundo manifeſta ſunt, ea tantùm noſti Palinure: at ſi ſingula, quorum nihil me latet, intelligeres, adducereris in tantum ſtuporem, vt ſtupeſcens etiam pręmiſeratione coniugalem vitam lacrymares. PAL. Hui quid narras? CHA. Narro quæ quotidie vidẽo & pertracto. PAL. Ergo connubia putas polluta & coinquinata? CHA. Minimè: id nunquam dixerim. PALIN. Atqui multas memini me vidiſſe ea præditas honeſtate, ea religione, ac vitæ integritate, vt diuinum quiddam magis quàm humanum redolere viderentur. CHA. Et multas vtique eiuſcemodi eſſe confiteor, ſed eas quidem quę optimis honeſtiſſimiſque ortæ parentibus, ebiberunt à primis annis ſobrios & caſtos mores: quæ ſanctis parentum ſuorum exemplis educatæ, vitam inſtituerunt. peccare caſtigatæ, ſapiẽter ad manſuetudinem edoctæ, ad pietatem, ad fidem, ad diuinum cultũ, ad rectum compoſitúmque regimen rei familiaris. Quę ſe à thyaſis, ſaltibus, iocis: quæ ſe à ſpectaculis, ab immodeſtiore cultu, ab licentiore colloquio abdicarunt. Cæterùm quæ contra ſanctitatem, quæ malis inſtitutis, peruerſiſque parentum exemplis

imbutæ,molliter vixerint,assuefactæ deliciis atque turpi otio, quæ nihil nisi saltare,canere,fides pulsare didicerunt,quę præterea oculis suis hauserunt matrum præsertim obscœnitates & immunditias: hasce qua fide & integritate esse putas erga maritos? Illabuntur siquidem tanquam venena tenellis mentibus parentum exempla: inde rarior etiam quàm reris, est hymenalis honestas,quo qui eas vel emendatis instituant moribus, vel sancto inuitent exemplo, parentes simul rariores habeantur. Prodeunt postea in publicum quæque etiam procaciores, aperta fronte, directo gressu,quasi pudicitiam ipsæ consecrasse videantur. Et quæ secretum intra cubile probra gesserunt, cùm vestem induerint, illa contexisse atque occultasse existimant. Vósque ea, vanum vulgus, ita vt cernitis, vera ducētes esse arbitramini. At ego nihil quàm quod res habet, de eis iudico: nuda enim hîc omnia atque aperta sunt. Non veste hîc teguntur maculæ, non pallio obnubuntur scelera: exertos omnes ac nudatos, rerúmque omnium vacuos prorsus huc ingredi oportet. Quicquid in vita malè tentatum, maléque actum est, hîc fronte coràm ipsa demum gestatur, dispoliatur, ostentatur. Quare non mirum tibi videatur si quorumcunque nota habeo crimina, qui quorumcunque etiam nudas, ita vt prædixi, transueho vmbras. Quàm proinde ingentem video earum turbam,quæ cùm impudicitiam longè apertam ostendant suam,pudicissimæ tamen in vita habeantur! Quantas secum in maritos fraudes gerunt, quot simulationes, quot proditiones,quantam hypocrisim, quot aliorum obscœnos amores, quot pollutiones, quot supposititios partus, quot mentitas enutritiones, quot alieni seminis susceptas messes! At, quod ridiculum magis est, lugent postea ignari mariti hasce sibi extinctas vxores. Laudant inter cœtus & prædicant quasi pudicitiæ principes: statuunt mausolea: plurimi quoque epigrammata condi, orationes scribi & pronunciari curãt in laudem ac memoriam castitatis fideique earum sempiternam. An hæc tristia & amara esse censes Palinure? Et an comparationem vllam habere putas cum his nautarum,quæ ea seueritate & acrimonia recensuisti, vt cætera læta, fausta, deliciarúmque plena (si tibi fides daretur) existimanda essent? PAL. Haud equidem tãta in ciuitatibus priuatisque domibus, quanta modò enumerasti, mala regnare credidissem. CHA. Ita proficit inexpertos sermonem aliquando inire cum his qui multarum rerum vsum atque experientiam habent. PAL. Ita fit. CHA. Quòd si animaduertas, labores quos perferunt nautæ, corpori magis quàm animo infensos ire, concedes amplius etiam sententiam meam. Nam huiusmodi res duræ assiduo quodam vsu & assuefactione mitiores fiunt, & quodammodo domantur: quas verò ego memoraui, cùm animum magis affligunt, non ita vsus & assuefactio mitigare atque edomare potest. PAL. Consentio tibi iam,gaudeóque in eam lucem te illustrante peruenisse, vt intelligam tam magnam aliorum & maiorem etiam quàm nautarum miseriam. Sed illud non possum intelligere, quin principes saltem ac magni viri, non dicam nautis, sed cæteris insuper quibuscunque mortalibus beatiores sint. CHA. Cur? PAL. Quoniam omnibus abundent atque affluant bonis. CHA. Quibus? PAL. Honore, gloria, opibus, deliciis, amicis, potentatu, imperio. CHA. Hisce? PAL. Hisce, & multo pluribus. CHA. Erras. PAL. Errorem hunc optassem in vita mihi. CHA. Deliras. PAL. Maluissem ita delirare, quàm tua cum sententia sapere. CHA. Quid si nihil illis miserius? PAL. Quid si nihil beatius? CHA. Haud vnquam hoc mihi demonstrabis. PAL. Non tibi ij beati videntur, qui quicquid ad explendas voluptates optari potest, assequuntur? quibus cõuiuandi, cubandi, vngendi, lauandi, ludendi, venandi, aucupandi, ad omnem nitorem atque satietatem semper facultas sit? Quibus quotquot velint concubitus fœminarum, quotquot velint arua, equi, canes: quibus tot sunt serui, tot exculta palatia, tot munitę arces, oppida? Qui tantum possideant auri, gemmarum, vestium, suppellectilis? Quibus audiant omnes, assurgant, inclinent? Quos populi vereantur, timeant, laudent, decantent? Qui leges dicant, mandent, exerceant, proscribant, puniant, extollant amicos, vindicent inimicos, trucident rebelles? CHA. Non est tam magna vt existimas Palinure, eorum beatitudo. Nam parit certè fastidiũ tanta bonorum continuatio, tantáque affluentia, neque sapit tantum, quæ non aliquando intermittitur voluptas. Præterea quomodo eos tu

beatos iudicare potes, qui tantis opibus atque deliciis ſuis nunquam fruuntur cum iucunditate, nunquam cum gaudio? qui in tanta rerum copia nunquam exhilarent ſe, nunquam releuent animum, nunquam exultent? Qui tanta licèt bonorum vbertate redundantes, triſtitia tamen ſemper obducãtur, ſolicitudine premantur, anxietate torqueantur? Non tibi multo optabilior videtur priuatorum conditio, quorum & vita ſecurior, & voluptates etiam, ſi mentem intendes, maiores ſunt? quos ſumma ſemper condit hilaritas, mulcet feſtiuitas, explet alacritas? Quantam putas afferre delectationem, quæ communis cum vxoribus & filiis vita exigitur, dum cubant tutè, veſcuntur lætè, iocantur modeſtè? Quàm dulcem eſſe arbitraris amicorum inter ſe & æqualium parem vitam, domeſticum vſum, frequentem cõuentum? Quid eorum amore ſuauius, confabulatione gratius, curis melius atque cõmodius? Quantum credis lætitiæ & exultationis habeant eorum conuiuia, ludi, cantus, ſaltationes? quantum dilatent animos & permulceant? quantum emanet mellis? cuius nec ſt: llam principum aliquis deguſtauit. PAL. Haud intelligo Charon hanc quam refers regum triſtitiam atque anxietatem, qui inter riſus tantùm, blanditias iocóſque verſentur, quibus ſemper pſallatur, canatur, plaudatur: & quicquid ad tranſigendam hilarem vitam excogitari poteſt, exhibeatur. CHA. Etiam, vt video, iudicas Palinure quæ oculis tãtùm patent: quo errore decepti mortales, plurimùm ſeduci ſolẽt: ſed quod certum afferre poſſunt iudicium exteriora corporis, quæ velamenta quædam magis ſunt veritatis? Aut quid certi promittere & oſtentare poteſt frons hominum, quæ plures quàm Proteus ſpecies mentiri, atque in plures mutari queat? Conſiderandæ ſunt ſecretæ animi fibræ: perſcrutandæ ſunt interiores mentis latebræ: quas ſi pervidere ita vt frontem poſſes, proh dolor, quantam ibi malorum turbam, quãtam formidinum atque ſtrepitationum aciem introſpiceres? quot angores, ſolicitudines, ſuſpiciones? quot peſtilentes morbos & perturbationes? quanta aperirentur vlcera, quot plagæ & cædes, quot inſidiæ, quot enſes, & telorum infinita genera? quæ nec ſomnos eorum quietos, nec cibos placidos, nec opulentiam dulcem, nec imperium iucundum, nec delicias iocóſque lætos eſſe permittant. PAL. I. Neſciebam adhuc hæc eorum qui dominantur mala: ſed cur illis contingant tanta, non capio. CHA. Contingunt tanta propter graues inimicitias, acerbáque odia quæ cõtinuè cum finitimis ciuitatibus, cum ſubditis ſibi populis, cum ſemet ipſis etiam gerũt: quo fit vt ingraueſcentibus odiis, increſcentibúſque iniuriis, quibus quotidie afficiũt quemque, neceſſe ſit illos torqueri & affligi grauiter, confidere nemini, ſuſpicari, omnia. Poſſunt extimere muſcas etiam (vt aiunt) volantes, gaudere & lætari nunquam, triſtitia & mœrore detineri ſemper. PAL. Adducis me facilè vt credam ſuſpectas eos habere finitimas ciuitates, cum quibus & infenſa odia confiteor, propter continua quæ exercentur bella, & dominandi libidinem, qua plurimùm incenduntur. Cum ſuis verò quibus imperant populis, nihil accipere poſſunt niſi amorem, & dulciſſimam pacem. Porrò ſi cum finitimis ſint inimicitiæ, ſi oriantur bella, ſic demùm etiam augentur imperia, ſubducuntur oppida, profligantur acies, ſpoliantur & captiuantur hoſtes, populationes magnæ fiunt, trophæis decoratur patria, victoriis celebratur, triũphis extollitur. Ob quæ & principum gloria, & vrbium ornatus, & inimicorum timor, & populorum inter ſe lætitia, atque erga principes fides & amor creſcit. CHAR. At tantùm narras quæ proſpera ſunt & læta, ac quæ frequentiùs accidunt aduerſa & triſtia prætermittis, quaſi ſemper eos putes debellare hoſtes, potiri victoria, triũphis exultare, nunquam verò vinci, proſterni, agros ſuos populari, bona ſua diripi, & è ſuis ſe oppidis deiici. Sed maiora hæc prætereamus, de minoribus tantùm dicatur. Quippe ſi conferas quas ſtrages ſuorum & cædes ſuſtinent, comperies longè maiore damno quàm lucro partas eorum victorias conſtare, diſcuſſáque ratione deceſſiſſe plus illis quàm acceſſiſſe. His adiicias, vt populorum etiam ſuorũ odia, nedum finitimorũ intelligas, quòd ad inferenda bella & perſequendos hoſtes opus illis eſt ingenti & munito exercitu, multo nauigio, longa armorum & machinarum præparatione: quæ quum magno & inæſtimabili conſtent ſumptu, nec proprij ſuppeditent redditus, neceſſe eſt nouis vectigalibus vexare populos, nouas indicere præſtationes, nouas anga-

rias: augere tributa, multiplicare onera, exhaurire æs omnium, eradere marſupia, imò viſcera pauperum, paruos atque magnos diripere, ſpoliare, conculcare. Inde fit, vt quum inuiſos manifeſtè ſe cunctis intelligant, ſuſpectum tum ſibi incipiant habere quemque: nullius fidei, nullius amicitiæ credere, coniectare omnia in malam partem. Habet enim hoc in ſe peſſimum malefactorum conſcientia, vt quos iniuria affecit, nunquam reuocari in amicitiam, nunquam mitigari, & ad veniam moueri poſſe putet: proinde magis inſurgitur, grauiores itur in iniurias. Hunc proſcribunt, illum carcere includunt: quorundam patrimonia publicant, alios iugulari aut ſtrangulari iubent. Voluntate pro ratione vtuntur. Eorum quoque quos tantis læſerunt malis, cognatos, affines, amicos, ſocios, ſeruos, quaſi fidei ſuæ diffidentes, perſequuntur. Tum cæteri qui chariores etiam videbantur, exempla aliorum proponunt ſibi, acuúntque ipſi non minùs odia. Nam non minùs rebus ſuis ac ſaluti ſuæ timent. Ita pedetentim ciuitas omnis indignatur, obmurmurat, rapitur ira, odiis incenditur, coquit nouas cogitationes, noua conſilia molitur. Mox eò deueniunt; vt hæc intelligentes videant quantæ ruinæ quantóque præcipitio ſubiaceant, quàm tenuiſſimo quaſi quodam filo pendeant imperia ſua. Tunc cernas eos pallere, triſtari, conſumi, expauere omnia, torqueri ſcelerum ſuorum conſcientia (quæ prima eſt pœnarum omnium) timere hoſtium inſidias, ciuium conſpirationes, domeſticorum proditiones, oppreſſorum vindictas. Tunc ſecurum nihil exiſtimare, niſi quod vi ac ferro tueantur. Propterea non credunt ſe tutò cuiquam, non miniſtris, nõ neceſſariis, non germanis, quorum maiorem etiam quàm aliorum auctoritatem magis formidant. Arcent ſe ab aſpectu & præſentia omnium, cingunt ſe foſſis & aggeribus, claudunt ſe arcibus, quaſi ad perpetuos damnati carceres. Cuſtodibus etiam tanquam ad expeditionem belli paratis, vt obſideri eos putes, circumuallantur. Nihil illis dulce, nihil apertum, nihil iucundum. Dormiunt cum magna inquietudine, cum maiore etiam vigilant. Terret illos conuentus hominum, angit ſolitudo: timent colloquia, timent ſalutationes, timent dona. Suſpecti illis aditus, ſuſpectæ ſellæ, ſuſpecti cibus & potus, qui nec etiam niſi præguſtati ſumuntur. Suſpecti pellicum & item vxorum tori: quibus mirum eſt cur ſine cuiuſquam præguſtatione congrediantur. Ipſos verò quorum ſe cuſtodiæ commiſerunt, non minùs extimeſcunt: quibus quum carere nequeant ob tutelam ſuam, eo magis augetur eorum timor & miſeria, quo armatos pro firmiore illos præſidio eſſe neceſſe ſit. Quare alienigenas & barbaros homines, atque abiectiſſimos quoſque ſibi deligunt, eóſque frequentiùs comitãtur. Deiiciunt ſæpius ac exterminant, quò ſaluti ſuæ ſi non alia, at ſaltem hac via, conſulere poſſint. Quid fœdius & ignauius dici queat, quàm hominibus immanibus ac flagitioſis ſe committere: ſuos verò prudentes, ſobrios, iuſtos ſpernere atque deuitare? Quanta iſta tyrannorum felicitas, quos continuus & ingens ſemper angore afficit metus, quo non modò animi grauiter excruciantur, ſed cuncta inſuper dulcia mundi dona fugantur & diſſipantur? Quantæ iſtæ eorum deliciæ, quanta gaudia, qui tranquillitatem nunquam & pacem ſibi, ne dicam populis ſuis aut hoſtibus conceſſerint, expertes omnino tam ſanctiſſimi atque omnium dulciſſimi boni? Quænam vbertas iſta bonorum, quæ diſtracti aliunde, neque ſciant, neque viſant, neque pertractent, neque guſtent vnquam? Quanta iſta imperij bona, quæ quum ipſi videre & attrectare nõ poſſint, committant neceſſe eſt aliorum curæ & gubernationi? ignari rerum ſuarum, neſcij omnium fermè quæ ſub ſe geruntur, fraudati quotidie & decepti, ab his præſertim, quos præ cæteris auxerunt: quibus tamen quum ſe credant, quot innocentium criminationes, quot facinoroſorum falſas commendationes audiunt? Quoties eorum fidem ſequuti, bonos pro malis, malos pro bonis ducunt, atque hos beneficiis, illos pœnis afficiũt? Quódque grauius eſt, quoties ipſis etiam videntibus, hi quos tantùm extulerunt, pro ſententia ſua in foro quoſque lædũt, concutiunt, opprimunt, atque dilaniant? Quid mirum ſi exardeſcunt poſtea populorum odia? ſi labefactatur poſtea eorum ſtatus atque deſolatur? Quãta iſta, quámque optanda imperia, cum quibus & ſeruitutem peſſimam degant? ſubiecti tantis perturbationibus, tantis inſidiis: ſubiecti ipſis etiam quos ſibi ſubiecerunt: conſtricti quaſi quibuſdam regni compedibus: clauſi intra arces, quaſi magni alicuius

cuius criminis rei: coarctati instar ferarum: exclusi ab omni quæ foris capitur recreatione: priuati libertate, quod est tã dulce & omnibus optabile bonum, non hominibus modo, sed cæteris insuper quibuscunque animantibus: cuius priuatione quid est quod tristius aut infelicius cõtingere possit? PAL. Non credis Charon bonos aliquos mitisque & moderatę naturæ Tyrannos esse? CH. Imo multos credo: sed tanta est dominãdi libido, tantus ardor, tanta nescio quæ pestis ingenita, vt quos semel inuaserit, sint summa quanuis bonitate præditi, adeo illiciat eos illecebrosa quædam prauitas, vt vita potiùs quam imperio quod tam occupauerunt carere possint. Vel ad coercendã, vel ad non lacessendã contendant vnguibus dentibusque: ac propterea nemo est tam bonus tyrannus, cui nõ conseruationis amplificationisq; suæ gratia multis magnas inferre iniurias, atque ob eas illatas non plurimum timere, plurimaque pati anxietates contingat. PAL. Miror cur tantis in malis, quæ planè ita vt narrasti, vera esse puto, appetant tantopere mortales imperium, nisi id fortasse faciũt cupidine honoris & gloriæ: quod nanirũ tam præstans atque excellẽs bonum, tolerabiliores reddit tantas quas modo expostuisti miserias. Dulce quippe est mandare aliis, præferri omnibus, eminere, præcellere, venerari, timeri, supplices exorari, assurgi sibi, viam decedi, inclinari cerucẽ, flecti genua, audire laudes suas, & rerum bene gestarum decantationes. Quæ quum & diuina numina plurimùm capiant, facilè intelligi potest quantum & his quoque mortalium mentes capãtur. CH. Quæ tanta capere potest Tyrannos vllos honoris aut gloriæ exhibitio, qui se certo multos omnibus esse sciunt? A quibus si laudentur, si audiantur, si sibi assurgatur atque incuruetur, intelligũt palàm vel assentationis vel timoris caussa id fieri? Quare non est ita dulcis vt putas, huiusmodi honoris & gloriæ extorsio magis quam exhibitio. At vero dulcior is est qui in priuatos homines ab amicis & beneuolis honor exhibetur propter aliquod eorum egregium facinus aut excellentem virtutẽ. Vera illa gloria vestra, ille honor, ac dignus quidẽ quo & diuina numina capiantur. PAL. Nullam ergo video caussam cur tantopere imperia desiderentur, desideratáque conseruentur: nisi quod habẽdi cupido, A qua tãtum trahitur humanum genus, in his maxime expletur. Quo enim quisq; plus auri, agrorum, ædificiorum, oppidorum, acquirere potest, nulli parcit labori quantumuis magno & intolerabili. neq; vllus tã amarus labor, quin propter quæstum & maiorem rerum cumulationem dulcescat. Ita quum tyrãni super omnes plus possideant, super omnes etiam beatiores videntur, licet cætera eis tristia sint atque peracerba. CH. Neque istud quidem affert vllam beatitudinem. Nam in primis non efficit diuitem maior abundãtia, sed minor cupiditas. Qui enim paruo contentus est, & tantùm cupit, quod B necessitati vitæ sufficiat. Is abundè est locuples, propter honestum, quod facilius implere potest, desiderium: quod quum & impleuerit, liberatus est ab omni quaalij rapiuntur habẽdi anxietate. Qui vero quantumlibet diues plura cõcupiscit, pluribus indiget, qua perseuerante acquirendi insatietate efficitur minùs voti cõpos. Quo enim magis creuerit multarũ rerum possessio, magis etiam cupiditas: neque finem vnquam habet voragò illa cupiditatis. Deinde non est iudicandus quisq, vel locuples multitudine, vel pauC per paucitate diuitiarũ: sed vel rerũ magis implemento, vel necessitate. Nam si multitudinẽ excedunt suæ opes, quomodo potest is credi diues, qui minus habet quam necesse esset? Quare cùm necessitatẽ sæpius magnam patiantur qui tãtam imperij molem administrãt, indigentiores etiã putandi sunt priuatis hominibus: quibus licèt tenues sint opes, at necessitatibus saltẽ suis vel pares sunt, vel superiores. Taceamus graues quas quotidie expilationes vel rapinas perferũt a quæstoribus suis, & ab his maximè quorũ fidei magis credunt: qui quo maiora etiã nacti D sunt imperia, eo maiora vtiq, furta, maioréque: proinde rerum suarũ diminutionem patiuntur, à quibus priuatos saltem homines liberos esse constat, qui & diligentius patrimonia sua ipsi per se curare, & attentiùs omnia intueri possunt. Dicamus verò curas & labores quos in administrandis tantis opibus, gubernãdóque tãto potẽtatu tolerare eos oportet, quorũ fortiores quam Herculis humeros esse necesse est ad sustentandã tantam molẽ: plures etiam quàm Argi oculos ad tantam rerum varietatem peruidendam atque distribuendam: plura quoque quàm Iani aut Vertumni capita, ad intelligẽda

examinandáque tot ac tanta cùm hostium tum populorum suorum quæ illis negotia deferuntur. Quę tanti animi vis, quæ non debilitetur? quæ tanta soliditas, quæ non concutiatur? quæ tanta promptitudo, quæ non remittatur? Cuius est tanta valetudo, tantum robur, qui se tam vasto curarum pōderi parem audeat pollicerī? Cuius est adeò æquabilis & moderatus animus, adeò perseuerās, quin tam multis támque continuis laboribus non defatigari, non quassari, nunquam quoque confringi possit? Omittamus mortales: de nobis tantùm, qui hæc vltima loca colimus, loquamur. Verum putas Palinure beatiorem esse, vel me, qui pauperrimus sum omnium, qui nihil præter hanc quam cernis pusillam lintrem possideo: vel Plutonem, tam lati támque immensi regni tyrannum? Intelligo, etsi taceas, quale de hoc sis iudicium prolaturus. Crede mihi, minimè meum cum suo statu cōmutarem. PAL. Quare? CH. Quia lætus ago, & summa cum quiete. Non vllius rei vllam gero, nisi transuehendi hasce huc descendentes animas, & conseruandi incolumem hunc fascelum meum, solicitudinē: in quo dicam tibi quicquid est quod me grauet. Cùm enim propter vetustatem fatiscat aliquando rimis, curare me oportet vt restituatur integritati suæ: quare eum cōsuo sæpius, & obstruo si quid rimarum est: hæc omnis mea cura est, hic omnis labor. At Pluto cum tantis diuitiis suis, ac regno tanto, nunquā lætatur, nunquam quiescit: tot curis carpitur, quot repletur hic vmbris locus. Implicatum semper habet vbique animum: hinc fertur, illinc rapitur, omnibus intētus locis, omnibus occupatus ministris: huic mandat, illū terret, alios acciri iubet. Metum illi omnia incutiunt: nunc terrę hiatus, nunc motus formidat. Sæpe illū trepidare cogit lāpas Phœbi, ne vlla ex parte irradiet regno suo. Sępe & fulmen magni fratris, ne penetret Auerna atq; labefactet. Quoties vidi ego illum, dum rebus suis timet, inuectū summo curru peragrare omnem hanc regionē, lustrare fines, scrutari omnia diligenter, ascendere etiā in superum orbē, circumire terras, peruestigare quod cūque periculū perferre posset, nihil omnino incauti & inexplorati relinquere: quæ cùm multis in locis, tum maximè ea solet efficere in terris Siciliæ, quæ magis etiam eum terrent, propter magnas reluctationes Typhœi gigantis, quibus totam conquassat illam patriam. Nam postquam ipse ausus fuit bella inferre cœlo, iniecēre superi eius corpori Trinacriam, sub qua ab omnibus vndique montibus pressus & grauatus, conatur sæpe se attollere, impositáque sibi reiicere: proindéque magnos concitat motus, ac tantos quidem, vt hæc loca nostra concutiat grauiter & tremefaciat. Cogita nunc quàm læta & optanda sit sors huius inferni tyranni, cuius tot diuiditur animus curis, tot propellitur tumultuationibus: quem tot oporteat præcauere pericula, tot dispensare ministeria, omnia percensere, omnia corrigere, omnia vel ipsum gubernare, vel alios gubernanda cōmittere. Attende rogo, & vel ex vno colligе eius felicitatem. Nam si me deficere cōtingeret huic nauiculario ministerio, quod ita necessarium est vt vides, necesse esset eum vices meas subire: ne alioquin deficiente portitore, regno suo malè succederet. PAL. Hoc profectò non modò verum esse video, sed manibus etiam ipsis (vt aiunt) tango. Nā ea nocte qua aliàs somno grauatus è puppi in mare excussus fui, id continuò sensit Æneas meus, qui errantem sine magistro nauem intelligens, gubernauit eam tota ipsa nocte, non indignatus quòd quę sceptrū gestare solebant, remū etiam manus attrectarēt. CH. De magno eius germano nihil loquor: non me latet quantos & ille labores ac curas sustinet: sed id præcipuè scio, quum temeritate Phaëthōtis totus penè orbis conflagrasset, quantū tunc regno suo timuit, quantum tota cœli mœnia circuit, & ne quid labefactatum viribus ignis eorrueret, exploravit. Præterea tertium fratrem, moderatorem vndarū, cuius plurimæ etiam ac maximæ curæ non facilè explicari possent, sed præsertim quæ sub illa quoque Phaëtōthea cōflagratione ad summum penè vsque exitium cum toto regno suo eum affecerunt. PAL. De hoc possum, quod oculis meis vidi, afferre testimonium. Vidi equidem tempore illius quam suprà retuli, horrendæ apud Siciliam tempestatis, commotum grauiter Neptunum & ex alto prospicientem vocasse ad se Eurū & Zephyrū, & increpatis acriter eis pro tanta suscitata tempestate, placasse ocyus omnia, atque tranquilla reddidisse. Quod argumentū præstat mihi credens plurimarū, vt inquis, ac maximarū, quòd omnia in latissimo imperio suo paria sint,

sint, curarum suarum. CH. Dic oro Palinure, putásne iam beatam esse tyrannorum vitam? PA. Minimè. CH. Optaréne viuens eorum sortem? PA. Vt quid optarem, in quo nihil omnino optãdum esse manifestè intelligo? CH. Ergo certò eos arbitraris miseros? PA. Non miseros modò, sed omnium etiam miserrimos. CH. Mirum quòd modò eos tanta frui beatitudine prædicabas. PA. Quid mirum si cæcus laudet tenebras, quas postea luci restitutus damnet? CH. Vis vt & alia eorum mala tibi referam. PA. Restant item alia? CH. Et alia, & grauiora. PA. Quid audio grauiora? haud vnquã istud credam, posse his quę modò dixisti, grauius aliquid addi. CH. Credes quum audieris. PA. Dic ergo. CH. Vides vt appropinquamus iam ripæ. non possum longiora tecum iam facere verba. PA. Rogo te mi Charon, ne fallas auidissimã expectationem meam. CH. An cæterarum vmbrarum quas in littore reliqui, auidissimam etiam expectationem vis vt fallam? PA. Non diu moraberis, perge ô mi Charon. CH. Imò diutius quàm soleo, demoratus sum: sed lentus etiã nauigaui propter te, cuius confabulatione delectabar. PA. Age ergo, vt facis, lentiorem protrahe nauigationem, vt quæ reliqua sunt dicẽda, prosequi possis. CH. Ea tandem tanta est tibi audiendi cupiditas? PA. Tanta. CH. Morem tibi geram: qua in re illud te scire velim, quòd plurimùm miseram reddit mortalium vitam instabilitas scilicet, & ruina rerum. Nam certum nihil & permanens in vita quisquã sibi polliceri queat. Quomodo is beatus censebitur, cuius summam quãtumuis & plenam beatitudinem minima omnis disturbatio violare & auferre potest? Sanè quum omnia apud mortales infirma atq; mutabilia sint, nulla tamen infirmior sors est atq; mutabilior, quàm tyrannorum, quorum etiam quo maior sit exaltatio & sublimata magis status altitudo, maior est proinde, quum mutati eos contingit, casus & ruina. Inde tantæ tyrannorum proditiones, euersiones, trucidationes, vt nemo eorum ferè vnquam euaserit, qui non vel regno depulsus, vel veneno necatus, vel cruẽta aliqua & pessima morte cęsus vel peremptus sit. Quis talem eorum vitam optarit, quæ pro modici temporis felicitate (si tamen illa felicitas appellanda sit) tam tristi postea támque amaro fine consumatur? Horret animus dicere. Nam ne credas iis tãtùm mortales subiectos malis esse, sensimus & horum magnam partem aliquando nos inferi, licèt tam valida nobis & munita sit ciuitas, tam firma & præpotens, atque omnibus vndique præsidiis circunsepta: Non possum sine dolore meminisse illius diei, qua Hercules heros ille fortissimus hæc regna penetrauit: perfregit fores, inuasit regem, exterruit reginam, quam & antè socij eius rapere adorti erãt, abstraxit Cerberum, vinctúmque eum catena tum magna vi in orbem duxit, concussit loca omnia, trepidare omnes vmbras atque ipsos iudices fecit: me quoque non modicum læsit, quem erepta cymba conto hoc meo percussit, impulsúmq; grauiter in mediam paludẽ exturbauit. Timui equidem tunc delolatum iri barathrum totum. Credidi tunc supremum Plutoni finem aduenisse regni sui: neq; minùs illum cum coniuge in prædam duci ad superos, quàm tartareum canem: sed paulo humaniùs cum eo actum est, quàm opinabar. Nam tandem sibi ac regno suo bene consultum est: neque tamen ita cõsultum est, quin tricipiti custode suo, qui tã perneceſſarius erat, spoliaretur. Quòd si opinionem meam, quæ communis erat, fata coæquasset: tunc cernere fuisset vtrùm beatior vel meus vel Plutonis tanti regis status esset. Ego quidem nihil ambigo, priuatus fuissem hac nauicula. hoc enim habeo tantùm quod adimi possit. priuatus etiã fuissem rege meo: sed quotquot alios voluissem reges, procul dubio inuenissem, qui ministerio meo indigentes, seruitium meum perlibenter sibi delegissent: & fortasse hoc lucri feciſſem, quòd pro vetusto & attrito, qualem hũc intueris, nouum mihi & magis solidum lembum acquisissem. At Pluto quantas opes, quantos honores, quãtum regnum amisisset: quantam in egestatem, quantam in calamitatem decidisset? Qui neq; par aliud regnum, vti parem ego vel meliorem nauim: neq; parem alium famulum, vti parem ego vel meliorem dominum, inuenisset. Excedo iam modum dicendi: sed si tempus sineret, narrarem & quibus olim curis vexatus, quantóque timore perculsus propter bella Gigantum fuit sũmus Olympi rector: cuius narratio maiorem etiam augeret eorum quæ suprà dixi, malorum confirmationem. PA. Haud opus est exemplis mihi. Nam nemo mortaliũ fuit qui maiora quàm ego vnquam viderit eorum malorũ exempla. Quid enim extitit his temporib. Troia-

no rege maius? quid opibus ſuis cumulatius? quid operib. munitius & pulchrius? & quid demũ exitu tantorum bonorum triſtius? quid crudelius? quid flebilius? Vidit infelix pater tam arduũ & longũ bellũ, tot cruentas mortes natorum ſuorum. Vidit euerſam funditus & incẽſam vrbẽ. Vidit latrantẽ coniugem, captiuas nurus & filias, populationẽ tantarum diuitiarũ: ipſe quoque, quod vltimũ reſtabat illi ſenectutis ſuę ſolatiũ, Pyrrhi enſe cõfoſſus, & crudeliſſima morte cõſumptꝰ eſt. CH. Quis melius me hæc nouit, qui cunctos hac ſcapha tranſuexi? A quibus & omnẽ calamitatẽ ſuam ſetiatim perdidici. Notus eſt abũdè mihi Priamus, cuius cognito acerbo caſu non potui nõ dolere: notus eſt Troilus: noti Hector & Deiphobus: nota eſt cætera tot filiorũ ac nepotũ turba: noti innumerabiles qui illo bello perierũt Troiani pariter & Graij duces. Nota eſt infinita quę tũc occidit populorum manus. Nullo memini tempore longiorem interfectorum multitudinẽ huc deſcendiſſe, quàm illo: quo ita laſſatus fui, vt præ multitudine omnibus tranſvehendis minimè hęc cymba ſufficeret planè. Quid opus eſt tibi monitore ad aperiendas eorum miſerias, quas tu ſubiectas oculis tuis habuiſti? Quod ſi pro angustia tẽporis liceret (iam enim video propius nos applicare ripæ) narrarem & millia aliorum tyrannorum, ex quibus creſceret etiam magis tibi opinio eorum calamitatis. Nam illud poſſum, quod certò ſcio, tibi verum confirmare, nullum ferè me vidiſſe vnquam tyrannorum huc deſcendentium (deſcendunt porrò omnes) qui non vel alicuius veneni infectionem vel magnas vlcerum cicatrices, & ſanguinolẽtæ alicuius mortis horrida ſigna præ ſe ferret. Ita mirum eſt videre tot ac tantos necatos, confoſſos, cruentatos, trucidatos. PA. Quis nunc ſe tantis in malis tyrannum vnquam eſſe optabit? quis imperia aſſequi quæret, quę iã certiùs certo cognoſco magis fugiẽda eſſe, quàm Meduſæum caput? CH. Audiſti quibus apud ſuperos tyranni malis torquentur: ſed ſi intelligeres quæ hîc apud inferos grauiora etiam illis parantur, perhorreſceres & longè magis eorum ſortẽ. PA. Ergo & alia hîc tyrannis parantur? CH. Credis, Palinure, ſcelera quæ patrant mortales, hîc aliquando impunita eſſe? PA. Hoc modò animaduertebam. CH. Animaduertendum eſt igitur tibi, quodcunque in vita peccatur, pari demum poſt mortẽ & reſpondente peccatis pœna puniri. Nam vt capias quod dico: ſi tu Palinure artem tuam nauiculariã viuens malè exercueris, ſi in dominum tuũ mali quicquam vel cogitaueris, vel commiſeris, ſi inaudiens dicto ſuo extiteris: inuenies hîc tibi præparatas his quæ deliqueris, ſimiles pœnas. PA. Nihil profectò Charon ſcio quod malè egerim, vel in dominum meũ peccauerim, niſi ſomnolentam illam dormitationem meam, qua negligentiùs certè quàm debebam, me geſſi. Nam magno in periculo nauim ſimul & dominum quem vehebat meũ reliqui, niſi vigilantior ipſe & cautior meliùs ſibi conſuluiſſet: ſed pœnarum ſatis tũ ob hoc craſſum peccatum meum etiã in vita recepi. CH. Recipies etiam in morte. Ibis enim quum è naui te dimiſero, ad ſeueros iudices noſtros, qui examinant & cenſent delicta omnium. Ducẽt quoque te in examinationem, ſcrutabũturque crimina tua. Videor verò videre quali te iudicabunt pœnę ſubiiciendum. PAL. Quali? CH. Parem peccato tuo tibi pœnam ſtatuent. Nam quum ſomno peccaueris, æterno etiam te ſomno damnabunt. PA. Dormiam ergo in æternum? CH. Ita puto: niſi grauius ſit aliud peccatum tibi. PAL. Sic mites habeam iudices, vt non ſit grauius aliud mihi. CH A. Nullam ergo niſi ſomni pœnam patieris. PA. Non hæc grauis pœna mihi videtur. CH. Neque aſinis etiam & bobus: at magnis & excellenti aliqua virtute præditis viris grauiſſima exiſtimatur. PAL. Quas verò, dic, pœnas perferent tyranni? CH. Audis tot clamantes & lamentantes voces? tot horrificos planctus? tantum ſtridorem ferri? tot tractus catenarum? PAL. Delectabat me adeò ſermocinatio tua, vt his minimè animum intenderem. Sed quid audio tam triſte atque horrendum, quod præ horrore pœnæ aures meæ ſuſtinere non poſſunt? CHAR. Sunt hæc quæ audis, tormenta tyrannorum. Nam quũ illi in vita carcere quemquam incluſerint, ſpoliauerint, flagellauerint, trucidauerint, in ſummum luctum, in ſummam egeſtatem & calamitatem deduxerint, damnati ſunt etiam ab incorruptis iudicibus ad perferendas pares pœnas. Ideo teterrimis quoq; carcerib. incluſi, ſpoliati, flagellati, rotati, cęſi membratim ac mille atrociſſimis mortibus cruentati, tantos edunt, quãtos audis, gemitus, tantum luctum, tot ac tantos reboatus, cla-

mores atque eiulatus. PAL. Dic etiam mihi Charō, an his pœnis plectuntur qui magni atque primarij tyrannis assistunt? CH. Prorsus iisdem: nam suasu & cōsilio eorum maximè committunt tyrāni scelera sua PAL. An & in vita illi beati? CH. Non secus ac tyrāni quibus assistūt: nam iisdē quoq; malis subiecti sunt. eadē enim sunt in eos populorum odia, maiora etiā inter se, eædem curæ, eadem pericula: & quod miserabilius est, deiiciuntur sæpe à tyrānis suis, & vel carcere vel morte aliquando pessima afficiūtur. PA. Tāta est ergo, támque generalis omnium calamitas. Vllā verò prorsus esse putas hominū sortem, quæ beata duci possit? CH. Imò beatos aliquos non nego fuisse mortales, sed perraros tamen. PAL. Quos perraros? CH. Qui amore virtutis & literarum contempserunt cætera mundi bona: qui se innocuos, puros, castos, integros, incorruptos conseruantes, extulerunt animum altiùs ad gustandā diuinam excellētiam, humana quasi sordida & abiecta relinquentes. Nam virtus per se tam dulcis támque iucunda res est, vt incredibiles amatoribus suis afferat voluptates. Tam nobilis & præstans est eius possessio, vt summa quadam vbertate ditet possessores suos. Quam qui verè est assequutus, nihil præter literarum studia dulce, nihil præter dei cognitionem habet amabile. Quę tātùm prædulcia sibi bona stabilia, perpetua, incorrupta præeligit, custodit, amplectitur. Reliqua verò mundi, supremo tādem gustu amara, infirma, momentanea, corruptibiliora fuco, mendaciora hilo, inaniora hila, iciuniora papis volantibus, fugit, contemnit, abiicit, cōculcat: contentúsq; se ipso, ac honestissimis suauissimisque studiis suis totū nihili mundum ducit, ruētem etiam non formidat. In his recreatur, refocillatur, lætam & iucundam agit vitam, ridet tantas hominū, támque stultas, & vltro sibi quæsitas anxietates, tot ineptias, tot cassos labores, tot inanes curas. Nemini nocet, nemini molestus est. Laudant eum omnes, prædicant, admirantur, beneuolentia complectuntur, fauore prosequuntur. Quàm verè hic beatus est, qui conscientiæ suæ innocentia & integritate fruitur! Quod primum est dulcius omnibus, bonus securúsque sui, nullo timore angitur, nulla angustia torquetur, non timet largas (quibus caret, quásque nihili facit) diuitias sibi à potētioribus eripi. Non timet à quocunque se lædi, qui nec quenquam se læ-

A sisse certò intelligat. Quàm verè hic felix est, qui tot tantisque semotus curis & periculis, tantarum vacuus perturbationum, sibi semper aliisque iucundus, lætetur semper, & omnibus quotquot sunt mundi honestis, & his etiam quæ cœlibum communes sunt, perfruatur voluptatibus: qui humanioribus sanctioribúsque deditus studiis, cōtemnat omnia, cōtemnénsque omnia possideat. Nam is possidere omnia videtur, non qui omnibus abundet, sed cui nihil deficiat. Porrò illi nihil deficit, qui nihil concupiscit. Concupiscens autem nihil, contemnit omnia: contēnénsq; ita id assequitur quod
B desiderat. Desiderio verò suo frui, ea demum vera & sola beatitudo, beatorúmq; omnium plenitudo est. PAL. Hi ergo cū nihil mali egerint, pœnarum etiā nihil patiuntur. CH. Nihil prorsus, imò propter transactam bene vitam, meritum magnū assequuntur. PAL. Quod? CHA. Vel cœli fiunt incolæ, cōmunicántq; æternū illis cœlestibus bonis: vel si huc descendunt, mittuntur in Elysium: qui locus est quietis ac deliciarū, vbi sedes fortunatæ, cāpi aperti, læti, omnium omnino pœnarum expertes. PAL. O si mihi ad mortales redire aliquādo cōtingeret, inclamarē
C quàm magna possem voce, admonerem de suo quenq; officio & dignitate, accusarem tantam laborum frustrationē, tantam curarum vanitatem, tot corruptas opiniones, peruersáq; iudicia: sed quā maximè increparē, qui vel magistratu quopiam magno vel imperio cæteros anteecedunt: ostenderē tanta, quę antea ignorabam, sed te docente nunc intelligo, mala eorum, grauissima, dictu horribilia: reuocarem omnes à vitiis, ab inferendis iniuriis, ad meliorem victum, à superflua agendarum rerum cura: incenderem desiderio virtutis: laudarem innocentiam,
D prædicarem frugalitatem, exhortarer cunctos ad bene, grauiter, castigatéque viuendū, ad se cognoscendum, ad contemnendum tot caduca, & somni cuiusdam vel vmbræ magis similia mundi bona: inuitarem ad honestas artes, ad ingenuas exercitationes, ad studia literarum, ad spem ac cōtemplationem diuinæ bonitatis. CH. Et rectè sanè: sed vides nos ripam attigisse: egredere iam. PA. Et iam egressus sum. Ad iudices eo. Placidā opto tibi semper nauigationem. Salue ô Charō, & vale. CH. Et ego ad reliquas vmbras redeo. Placidos opto tibi semper iudices. Salue Palinure, & vale.

Interlocutores, MERCVRIVS. VIRTVS.

VIrtus dea per epiſtolas orauit modò, vt ad ſe irem. Eo vt perconter quidnam me velit, illico ad Iouẽ redibo. VIR. Salue Mercuri: agò tibi gratias, quandoquidem tua in me pietas atque benignitas efficit vt non penitus deſpecta ab omni cœtu deorum ſim. MER. Expecto quid narres: tu modò perbreues narrationes facito: nam edixit vt confeſtim ad ſe rediré, Iupiter. VIR. Etiámne tecum nobis non licebit noſtras ærumnas exponere? Quos igitur habebo vltores iniuriarum, ſi non modò apud ipſum maximũ Iouem, verùm & apud te, quem ſemper in fratris locum habui, colui, obſeruaui, condolẽdi facultas negatur? O me miſeram, ad quos confugiam? vnde auxilium petam? Me quidem, cùm ita deſpiciar, malo eſſe truncum aliquem, quàm deam. MER. Tandem effare, dum præbeo operam. VIR. Viden' quàm ſim nuda & fœda? Hoc ita vt ſim, efficit Fortunæ deæ impietas atque iniuria. At eram ſanè ornata apud Elyſios campos inter veteres illos amicos, Platonẽ ſcilicet, Socratem, Demoſthenem, Ciceronem, Archimedem, Polycratem, Praxitelem, & eiuſmodi viros doctos, qui me, dum vitam agebant, piiſſimè atque religioſiſſimè coluere. Interea loci cùm iam non pauci ſalutatum ad nos aduolaſſent, è veſtigio Fortuna dea inſolens, audax, temulenta, procax, maxima armatorum turba conſepta atque ſtipata, properans ad nos, iactabunda, En, inquit, plebeia, túne maioribus diis aduentãtibus non vltro cedis? Dolui iniuriam nobis immeritis eo pacto fieri: ac nonnihil ira concitata, inquam, Neque tu maxima dea his verbis me plebeiã efficies: neque ſi maioribus cedendum eſt, tibi turpiter cedendum cenſeo. Illa verò illico in conuitium ſeſe effert aduerſum me. Prætereo hîc quas contumelias in me primùm dum hæc inter nos geruntur, effuderit: idcirco Plato philoſophus cœpit contra eam nonnulla de deorum officiis diſputare. Illa exandeſcens, Apagite hinc verboſi, inquit. Non enim decet ſeruos deorum cauſſam ſuſcipere. Cœperat & Cicero orator plura velle ſuadere, at ex turba armatorum erupit, Mercuri, Antonius præpotens, latera illa ſua gladiatoria oſtendẽs, grauiſſimúmque pugnum in os Ciceronis iniecit: hinc cæteri mei amici perculſi metu, fuga ſibi properè cõſuluere: neque enim Polycletus periculo, aut Phidias ſcalpro, aut Archimedes horoſcopo, aut cæteri inermes aduerſus audaciſſimos armatos, eóſque prædis atque homicidiis ſuetos, bello ad ſeſe tuendos valebant. Ergo me infeliciſſimam, ab ipſis diis omnibus qui tum aderant, atque hominibus, deſertã, pugnis ac calcibus totam confregere, veſtes meas diripuere, in lutum proſtratam reliquere, demum abiere ouãtes. Ego verò ita confecta, cùm primùm licuit, conſcendi huc vt Iouem Opt. Max. his de rebus facerem certiorem. Iam quidem mihi vt intromittar expectanti, menſis elapſus eſt: dúmque id vt impetrem, omnes deos exeuntes atque redeuntes precor, nouas sẽper aliquas excuſationes audio. Aut enim deos aiunt vacare vt in tẽpore cucurbitæ floreſcant, aut curare vt papilionib⁹ alę perpulchrè pictę adſint. Quid? igitúrne verò aliquid ſemper habebũt negotij, quo nos excluſas teneãt ac floccipendant? Tum etiã & villicus ſuſcepit curam dudum, ne cucurbitæ ſiti pereãt: nos tamen neque diis neque hominibus cordi ſumus. Has ob res te iterũ atq; iterum precor obteſtórq; Mercuri, qui ſemper apud deos ipſos interpres extitiſti, vt cauſſam hanc meam iuſtiſſimã atque piiſſimã ſuſcipias. Ad te confugio, te ſupplex oro. In te omnis mea ſita eſt ſpes atq; expectatio. Da quæſo operã, ne dum à vobis excludor, ipſis quoque mortalibus ſim ludibrio. Nam erit quidẽ dedecus deorũ ordini, vbi homũculi me tametſi infirmam deam floccipendãt. MER. Audiui, doleo: verùm pro vetere noſtra amicitia vnũ admoneo, durã nimis atque difficilem cauſſam te aduerſus Fortunã ſuſcepiſſe. Nam & Iupiter ipſe, vt cęteros omittã Deos, cũ ſe ob acceptа beneficia nimiũ Fortunę debere ſentiat, illius vires atq; potentiã vereturEa enim ad cœlũ diis aſcenſum prę-ſtitit: atq; vbi velit, valens ſua armatorum manu eiiciet. Qua de re, ſi ſapis, inter plebeios deos ignota, quoad Fortunę odium extinctum ſit; latebis. VIR. Æternum latitandum eſt. Ego & nuda & deſpecta abeo.

EPIGRAMMATA LVCIANI.

Λουκιανοῦ εἰς τὸν ἑαυτοῦ βίβλον

Λουκιανὸς τάδ' ἔγραψε, παλαιά τε μωρά τε εἰδώς,
Μωρὰ γὰρ αἰθέρποις καὶ τὰ δοκοῦντα σοφά.
Οὐδὲν γὰρ αἰθέρποισι διακριδὸν ὅστις νόημα.
Ἀλλ' ὃ σὺ χαιρήσεις, τοῦθ' ἑτέροισι γέλως.

Lucianus in ſuum ipſius librum. Iacobo Micyllo interprete.

LVcianus ſcripſi hæc, antiquáque ſtultáque doctus:
Id quoque enim ſtultum eſt, quod tibi valde ſapit.
Nil homini certum eſt, nec voto viuitur vno:
Sed ridens, eadem hic eleuat, ille probat.

Εἰς ἀσώτους.

Τὸν πατρικὸν πλοῦτον νέος ὢν Τήρων ὁ Μενίππου,
Αἰγρῶς εἰς ἀκρατῆς ὄξεχεεν δαπάνας.
Ἀλλά μιν Εὐκτήμων πατρικὸς φίλος ὡς ἐνόησεν
Ἤδη καρφαλέῃ τιεφόμον πενίῃ,
Καί μιν δακρυχέων αἰελγόμβασε, καὶ πόσιν αὐτὸν
Θῆκε ζυγαῖος ἐὼς, πολλ' ὀπιμείλια δούς.
Αὐτὰρ ἐπὶ Θήρωνι πρὶν ἐλπίδα ἦλυθε πλοῦτος,
Αὐτίκα ταῖς αὐταῖς ἐτράφετ' ἐν δαπάναις,
Γαστρὶ χαριζόμενος πᾶσιν χάριν, ἣ κατὰ κόσμον,
Τὴν δ' ἐνὸν τιμᾶν μαργοσύνῃ μύρεται.
Οὕτω μὲν Θήρωνα δὶς ἐκτερέσι ἀμφεκάλυψεν
Οὐλομένης πενίης κῦμα παλιρρόθιον.
Εὐκτήμων δ' ἐδάκρυε δὶς ἐκτερέσι, οὐκ ἔπι κεῖνος,
Ἀλλὰ ζυγαῖος ἐὼς ἐκτέτηκε τὸν θάλαμον.
Ἐγὼ δ' ὡς οἶδ' ἔστι κακῶς κεχρημένον ἄνδρα
Τοῖς ἰδίοις, εἰ μὴ πιστὸν ἐν ἀλλοτρίοις.

In Tuscvnem prodigum. Luſcinio interprete.

Quum iuuenis Theron bona, filius ille Menippi,
Patria inexhauſta perderet ingluuie:
Dines opum quidam dolet hinc accedere duram
Pauperiem, patri iunctus amicitia:
Et miſerum lacrymis ſic conſolatur obortis:
Sume animum, dos eſt en tibi ſumma gener.
Ille vbi iam præter ſpem partas, ſorte nouata,
Senſit opes, priſcum concipit ingenium.
Omnis in hoc labor eſt, ventri vt famuletur inerti
Per phas atque nephas: ſic periiſſe iuuat.
Hinc inopem rurſus ſocer arguit, omnia retrò
Dum fluitare videt, fortéque lapſa ſimul.

Iamque madent genæ, & luctu miser omnia complet,
Nec Theron, sed dos iam dolet, & soboles.
Heu nimiùm serò didicisse iuuat, aliis non
Esse bonum, quisquis non fuit ipse sibi.

Εἰς τὸν αἰσχρὸν βίον.

Θνητὰ τὰ τῶν θνητῶν, καὶ πάντα παρέρχεται ἡμᾶς
Ἢν δὲ μή, ἀλλ' ἡμεῖς αὐτὰ παρερχόμεθα.

In vitam humanam.

Venatorio interprete.

Omnia nos fugiunt, nil non mortale tenemus:
Et, si non fugiunt, nos tamen hæc fugimus.

Εἰς αὐτάρκειαν.

Ὡς πλουτήσομαι, τῶν σῶν ἀγαθῶν ἀπόλαυε·
Ὡς δὲ βιωσόμενος, φείδεο σῶν κτεάνων.
Εἰ δ' αὖ σοφὸς εἶναι, ὃς ἄμφω ταῦτα νοήσας,
Φείδοι καὶ δαπάνῃ μέτρον ἐφαρμόσαιτο.

In sufficientiam.

Venatorio interprete.

Vtere diuitiis, veluti iamiam moriturus:
Ceu sis victurus, tu quoque parce tuis.
Ille sapit verè, qui res perpendit vtrasque:
Parcus erit certo tempore, largus erit.

Εἰς μικρὸν βίον.

Τοῖσι μὲν εὖ πεφάτισται πᾶς ὁ βίος βραχύς ἐστι·
Τοῖς δὲ κακῶς, μιανὺξ ἄπλετός ἐστι χρόνος.

In breue æuum.

Vito Amerpachio interprete.

Felici breuis est etiam longissima vita:
Nox ingens miseris temporis vna mora est.

Εἰς Ἔρωτα.

Οὐχ ὁ Ἔρως ἀδικεῖ μερόπων γένος, ἀλλ' ἀκολάστοις
Τυχαῖς αἰσχρὸν Ἔρωτ' ἔδοξ' ὁ Ἔρως πεφάσεις.

In Amorem.

Venatorio interprete.

Non amor innodat mentes hominum, sed amorem
Criminis accusant, mens quibus est misera.

Εἰς Χάριτας.

Ὦ Χάριτες χάεσσι, γλυκερώτεραι· ὡς δὲ βραδυῶν,
Πᾶσα χαρίσκεται, μηδὲ λέγοιτο χάρις.

Λιμὸ-

Auſonius in Epigrammatis expreſsit.

Luſcinio interprete.

Munificus gratare citò, quò dulcior adſit
Gratia: nam longa mox perit illa mora.

Εἰς ἀχαρίστους.

Φαῦλος ἀνὴρ, κἠγὼ ὅστ' εὐεργέτης, εἰς ὃν ἁπάσας
Ἀντλῶν τὰς χαρίτας, εἰς κενὸν ἐξέχεας.

In Ingratos.

Luſcinio interprete.

Rimarum plenus perdit tua dona ſceleſtus:
Si ſapis, integro vina reconde cado.

Εἰς θεούς.

Ἀνθρώπους μὲν ἴσως λάθῃς ἅ τοι καὶ πεποίκας·
Οὐ λήσῃς δὲ θεοὺς οὐδὲ λογιζόμενος.

In Deos.

Bergio interprete.

Improbe mortales quamuis tua crimina celes,
Fallere cœleſtes non potes ipſe deos.

Εἰς κόλακας.

Οὐδὲν σὲ ἀνθρώποισι φύσις χαλεπώτερον ἔτρεφεν
Ἀνθρώπου κεναγὴν ψευδομένου φιλίην.
Οὐ γὰρ ἔχθ' ὡς ἐχθρὸν ἐφυλαξάμεθ', ἀλλ' ἀγαπῶντες
Ὡς φίλον, ὧδε πλείονα βλαπτόμεθα.

In Adulatores.

Obſopœo interprete.

Nil homine inuenit natura nocentius illo,
Quàm qui ſyncerani fingit amicitiam.
Non hoſtis vobis vltrà, ſed habetur amicus,
Talis: & hac iſta lædimur arte crebrò.

Εἰς μυστήριον.

Ἀῤῥήτων ἐπέων γλώσσης σφρηγὶς ὀπιθότω.
Κρείσσων γὰρ μύθων ἡ κτεάνων φυλακή.

In Myſterium.

Obſopœo interprete.

Fac arcana premat tacitæ cuſtodia linguæ,
Sermonum cuſtos eſt mihi maior opum.

Εἰς πλοῦτον.

Πλοῦτος ὁ τῆς ψυχῆς, πλοῦτος μόνος ἔστιν ἀληθής,
Τ' ἄλλα δ' ἔχει αὐτὴ πλείονα τῶν κτεάνων.
Τόνδε πολυκτέανον καὶ πλούσιόν ἐστι δίκαιον
Κλήζειν, ὃς χρῆσθαι τοῖς ἀγαθοῖς δύναται.
Εἰ δέ τις ἀῤῥήτοις κεκράτηκεται, ἄλλον ἐπ' ἄλλῳ
Σωρεύειν ἀεὶ πλοῦτον ἐπειγόμενος·
Οὗτος ὁποῖα μάλιστα πολυτρήτοις ἐν σύριγξιν
Μοχθήσῃ, ἑτέρων δρεπόμενος τὸ μέλι.

In Diuitias.

Sleidano interprete.

Nobilis eſt animi theſaurus, nobilis ille
. Poſtrema quiſquis parte locabit opes.
Diues erit verè, qui fidos inter amicos
Largiter effundit parta labore bona.
Sed genium quiſquis defraudat, opéſque tenacem
Congerit in teſtam, quo numerare queat,
Qualis apes, fruſtra ſtudio complebit auaro
Vaſcula, mox fuco diripiente fauos.

Εἰς τύχω.

Ἀχρὶς Ἀχαιμηνίδου ἠμὴν ποτὲ, νῦν δὲ Μενίππου·
Καὶ πάλιν ἐξ ἑτέρου βήσομαι εἰς ἕτερον·
Καὶ γὰρ ἐκεῖνος ἔχειν με ποτ' ᾤετο, καὶ πάλιν οὗτος
Οἴεται, εἰμὶ δ' ἔλως οὐδενός, ἀλλὰ τύχης.

In Fortunam.

Vrſino Velio interprete.

Fundus Achæmenidæ fueram, nunc cedo Menippo,
Mox alium rurſus, mox aliúmque ſequar.
Vtque ſuum hic credit, ſic me priùs ille putauit:
Sed me, Fortunæ ſum quia, nullus habet.

Εἰς εὐτυχεῖς.

Μὴ πταίσῃς, φίλος εἶ σπουδαίοις, φίλος εἶ μακαρέσσι,
Καί σευ ῥαϊδίως ἕκλυον εὐξαμένου.
Ἂν πταίσῃς, οὐδεὶς ἔτι σοὶ φίλος, ἀλλ' ἅμα πόντα
Ἐκφρὰ, τύχης τε ῥοπαῖς συμμεταβαλλόμενα.

In Felices.

Vito Amerpachio interprete.

Si non delinques, tibi diíque hominéſque fauebunt:
Præſtabunt faciles quæque precatus eris:
Aſt vbi peccaris, ceſſat fauor, omnia plena
Sunt odij, facta & ſors aliena tibi eſt.

Εἰς Φρόνησιν.

Ἡ βραδύπους βουλὴ, μετ' ἀμείνων, ἣ δὲ ταχεῖα
Αἰὲν ἐφελκομένη τὴν μετάνοιαν ἔχει.

In Prudentiam.

Sleidano interprete.

Sit mora conſiliis. Nam ſi moderamine tractes,
Proſunt: vt ſtultè præcipitata nocent.

Εἰς βίον.

Ἓξ ὧραι μόχθοις ἐκδόσθαι, αἱ δὲ μετ' αὐτὰς
Γράμμασι δηχθῆναι, ζῆθι λέγουσι βροτοῖς.

In vitam.

Volaterrano interprete.

Sex horæ tantùm rebus tribuuntur agendis:
Viuéque poſt illas, littera ζῆθι monet.

Εἰς βόεγρ.

Εἰ παχὺς εἰς ὃ φαγεῖν, καὶ πρὸς δρόμον ἀμβλὺς ὑπαρχὴς,
Τοῖς ποσὶ σοῦ πρώτα, καὶ πρόσχα τῷ στόματι.

In eiusdem.

Luscinio interprete.

Dum pedibus piger es, cursu superabere, si non
Bucca vorax tibi iam currat, edántque pedes.

Εἰς ἀδυώπην.

Εἴς τί μάτην νίπτῃς δίμας Ινδικὸν; ἴσχεο τέχνης,
Οὐ δυσάσας δυσφερὲς νύκτα κεδνὴν ἀέλιος.

In impossibile.

Sleidano interprete.

Æthiopem quid stulte lauas? Nam splendida nunquam
Nox fuerit, lumen Sole negante suum.

Εἰς δυσώδη.

Οὔπω χίμαιραν τοιοῦτον ἔπνευ κακὸν ἢ καθ' Ὅμηρον,
Οὐκ ἀγέλη ταύρων, ὡς ὁ λόγος πυρίπνους,
Οὐ Λήμνιος σύμπας, ἢ ἁρπυιῶν τὰ κόπρια,
Οὐδ' ὁ Φιλοκτήτου ποδὸς ἀπόπυος πόμος.
Ὡς τέ σε πάμφηφοι νικᾶν Τελέσιλλα χιμαίρας,
Σηπεδόνας, ταύρους, ὄρνεα, Λημνιάδας.

In fœtidos.

Baptista Pio interprete.

Mæonides non tale malum spirasse Chimæram
Trigeminam, aut tauros credidit igniuomos:
Non omnem Lemnon, volucrum excrementa sororum,
Aut Philoctetæ vulnera dira pedis.
Iudicio quare populi Telesilla chimæram
Vince, boues, saníes, Lemniadas, volucres.

Εἰς τύχην.

Πολλὰ δ' δαιμόνιον δυνάται, καὶ ἢ τὸ δόξαν·
Τοὺς μικροὺς αἴρει, τοὺς μεγάλους καταίγει.
Καὶ σοῦ τὸν ὀφρῦν, καὶ τὸν τύφον καθαιρεῖ,
Κἂν ποταμὸς χρυσοῦ πάμπαν σοι πρόσχῃ.
Οὐ θρύον, ἢ μαλάχην ἄνεμος ποτὲ, τὰς δὲ μεγίστας
Ἢ δρῦς, ἢ πλατάνους, οἵδε χαμαὶ καταίγει.

In fortunam.

Io. Sleidano interprete.

Multa potest Fortuna, vel insperata, potentes
Deiicit, ac tenues subuehit illa viros.
Illa supercilium tibi protinus auferet, etsi
Aurifero madeat flumine tota domus.

Ventus enim malua, limoſaque abſtinet vlua,
Sed veteres ornos exagitare ſolet.

Εἰς βρέφη.

Παῖδά με πενταέτηρον ἀκηδὲς μοῖρ' ἔκοπτα,
Νηλὴς ἀΐδης ἥρπασε Καλλίμαχον.
Ἀλλά με μὴ κλαίοις· καὶ γὰρ βιότοιο μετέσχον
Παύρου, καὶ παύρων τῶν βιότοιο κακῶν.

In infantes.

Vrſ. Velio interprete.

Quinquennem rapuit puerum immiſerabilis Orcus,
Curarum vacuum nomine Callimachum.
Sed me flere caue. nam paucos vt breuis annos
Vixi, ſic vitæ pauca ſiniſtra tuli.

Ἀπὸ ναυηγῶν.

Γλαύκῳ, καὶ Νηρεῖ, καὶ Ἰνοῖ, καὶ Μελικέρτῃ,
Καὶ βυθίῳ Κρονίδῃ καὶ Σαμοθρῃξὶ θεοῖς,
Σωθεὶς ἐκ πελάγους Λουκίλλιος, ὧδε κείραμαι
Τὰς πείρας ἐκ κεφαλῆς· ἄλλο γὰρ οὐδὲν ἔχω.

De naufragis.

Vrſ. Velio interprete.

Glauce, tibi & Nereo, Inóque tibi & Melicertæ,
Et Neptune tibi, & quos Samothraces habent:
Seruatus pelago Lucillius, hanc ego tonſus,
Nil aliud quum ſit, dedico cæſariem.

Ἀ πὸ πολυαγχόλου.

Ἑλλάδα νικήσασθαι ὑπερβίον ἀσπίδα Μήδων,
Λαὶς θῆκεν ἑῷ κάλλει λιτὸν ἔπαθλον.
Μοιρίῳ εἰκαίῃ ὑπὸ γήραϊ, καὶ τὸν ἔλεγχον
Ἀνθετό σοι Παφίη, τὴν νεότητι φίλην.
Ἧς γὰρ ἰδεῖν σχολὴ πολιῆς πρωαληθέα μορφῆς,
Τῆς δὲ σιωπᾷ θαίρῃ καὶ σκιόεντα τύπον.

De mulieribus.

Ad huius imitationem confinxit Latinum tetraſtichon Auſonius.

Laïs anus Veneri ſpeculum dico, dignum habeat ſe
Æterna æternum forma miniſterium.
At mihi nullus in hoc vſus: quia cernere talem
Qualis ſum, nolo: qualis eram, nequeo.

Εἰς ἄγαλμα Ἀφροδίτης, τῆς ἐν Κνίδῳ.

Τὴν Παφίην γυμνὴν ὁ Πρᾶξις ἴδεν, εἰ δέ τις εἶδεν,
Οἶτος ὅτι μὴ γυμνὴν σπαίρωμος Παφίην.

In ſtatuam Veneris quæ eſt in Cnido.

Cornario interprete.

Nemo vnquam Venerem vidit: ſi quis tamen vnquam
Vidit, erit nudam hic qui Venerem ſtatuit.

Εἰς ὃ αὐτό.

Σοὶ μορφῆς αἰδῆκα τεῆς ὡραιοτάτης ἄγαλμα
Κύπρι, τεῆς μορφῆς φέρτερον οὐδὲν ἔχων.

In idem.

Cornario interprete.

Ipſe decus formæ poſui tibi pulchra Dione,
Hac cùm nil ſola gratius ipſe habeam.

Εἰς ἄγαλμα Ἠχοῦς, ὡς παρὰ τὸν Πανός.

Ἠχὼ πετρήεσσιν ἐρῶσ φίλε, Πανὸς ἑταίρη,
Ἀντίτυπον φθογγῷ ἔμπαλιν ἀσομένη,
Παντοίων κομάτων λάλον εἰκόνα, ποιμέσιν ἡδύ
Παίγνιον, ὅσσα λέγῃς, ταῦτα κλύουσ ἄπιθι.

In ſtatuam Echûs, tanquam à Pane.

Cornario interprete.

En Echo in petris habitans ego, Panos amica,
Comparibúſque ſonis omnia quæ recino,
Oris imago loquens cuiuſuis, agricolis ſum
Deliciæ, audis quæ tu loqueris abiens.

Εἰς ἀγωνιστάς.

Οἱ σωαγωνισταὶ τὸν πυγμάχον ἐνθάδ' ἔθηκαν
Ἄπιν, οὐδένα γὰρ πώποτ' ἐτραυμάτισεν.

In pugiles.

Bourdelotio interprete.

Hoc Apim pugiles pugilem impoſuere ſepulcro,
Nam nullum illorum læſerat ille manu.

Εἰς ὃ αὐτό.

Πᾶσθ' ὅσην Ἕλληνες ἀγωνοτιθέσιν ἄμιλλαν
Πυγμῆς, Ἀνδρόλεως πᾶσθ' ἀγωνοθέτεω.
Εἶχον δ' ἐν Πίσῃ μὲν ἐν ὠπίῃ, ἐν δὲ Πλαταιαῖς,
Ἐν Κλεόφαντι, Πυθοῖ δ' ἄπτοος ἐκφέρομαι.
Δαμοτέλης δ' ὁ πατὴρ ἐκορύσσετο σεῦ πολιήτας,
Ἀραί μ' ἐκ ταδίων ἢ νεκρὸν, ἢ κλεθέων.

In idem.

Bourdelotio interprete.

Quamcumque athletis Græci ſtatuere coronam

Pugnorum, certaui hanc pugil Androleos.
Ex Pisa auriculam retuli, ciliúmque Plataeis,
Ex Pythico tamen ab efferor exanimus.
Seipsum Damoteles genitor cum ciuibus armat
Vt functum ex stadiis efferat, aut mutilum.

Εἰς γραμματικούς.

Ἱλαθι γραμματικὴ φιστίζω, ἵλαθι μοῦσα,
Φάρμακον ὑβριμόφρων μείλιον ἄφθιτον.
Ἐχθρῶν γὰρ κἠμοὶ πολεμικλέα δωρήσασθαι,
Καὶ βωμὸν θυέων μήποτε δοῦρον ἔμεν.
Καὶ γὰρ σοὶ μεσταὶ μὲν ὁδοὶ, μεστὴ δὲ θάλασσα,
Καὶ λιμένες πομπῶν δίκτεια γραμματική.

In Grammaticos.

Bourdelotio interprete.

Sis placida, inuentrix victus, sis, Musa, placata
Grammatica, inuentas cui dat Homerus opes.
Debuerant tibi multa viri donare superba,
Atque aram, cultus quam colat assiduus:
Namque tui plenae plateae, plena aequoris vnda,
Pratáque, tu cunctis prospera Grammatica.

Εἰς δυσώδη.

Δαίμονα πολλὰ λαλῶν ὀζοστόμος ἐξορκιστὴς,
Ἐξέβαλ' ὠχ ὅρκων, ἀλλὰ κόπῳ φθορίμῳ.

In fatidos.

Bourdelotio interprete.

Exorcista olidus fugitat dum daemona, verbis
Eiicit haud illum, sed feritate gulae.

Ἔρως ῥαπέτης, Λουκιανοῦ.

Λ Κύπρις τὸν Ἔρωτα τὸν υἱέα μαχρὸν ἐθώρᾳ,
Εἴ πῃ σὺν πειόδοισι πλανώμενον εἶδεν Ἔρωτα,
Δραπέτιδας ἐμός ἐστιν· ὁ μαστιγίας ἔξῃ·
Μισθός τοι τὸ φίλημα τὸ Κύπριδος. ἰὼ δὴ ἀγάγης νιν,
Οὐ γυμνὸν τὸ φίλημα, τὺ δ' ὦ ξένε, καὶ πλέον ἔξῃς.
Ἐστι δ' ὁ παῖς ποικίλος, ὃν εἰκόσι πᾶσι μάθοις νιν·
Χρῶτα μὲν ὑ λευκὸς, πυκὶ δ' εἴκελος, ὄμματα δ' αὖτ'
Δεινὰ, καὶ φλεγόεντα, κακαὶ φρένες, ἀδὺ λάλημα.
Οὐ γὰρ ἴσον νοεῖ καὶ φθέγγεται· ὡς μέλι, φωνά.
Ἢν δὲ χολᾷ, νέος ἐστὶν ἀπάμερος, ἡπεροπεύει,
Οὐδὲν ἀληθεύων· δόλιον βρέφος, ἄγρια παίζει.
Εὔπλοκαμον τὸ κάρηνον, ἔχει δ' ἰταμὸν τὸ πρόσωπον.
Μικκὰ μὲν πτερύγια τὰ χρυσία, μακρὰ δὲ βάλλει,
Βάλλει κ' εἰς Ἀχέροντα, καὶ εἰς Ἅιδεω βασιλῆα.

Γυμνὸς μὲν τὸ γε σῶμα, νόος δ' οἱ ἐμπεπύκασται,
Καὶ πτερύγες ὅσσον ὄρνις ἐφίπταται ἄλοτ' ἐπ' ἄλοις
Ἀνέρας, ἠδὲ γυναῖκας, ὅτι σκαλύγγοις δὶ καθῆται.
Τόξον ἔχει μάλα καμπὺ, σὺν τόξῳ δὲ βέλεμνον.
Τυτθὸν ἐοῖ τὸ βέλεμνον, ἐς αἰθέρα δ' ἄχρι φορῆται.
Καὶ χρύσεον ὦμοι νῶτα φαρέτρεον. ἔνδοθι δ' ἐστὶ
Τοὶ πικροὶ κάλαμοι, τοῖς πολλάκι κ' ἐμὲ πτερώσκῃ.
Πάντα μὲν ἄγρια, πόντε· πολὺ σπλῆνα δὶ οἱ αὐτῷ
Βαιὰ λαμπὰς ἐοῖσα, τὸν ἅλιον αὐτὸν ἐναίῃ.
Ἢν τόν γ' ἕλῃς τῆνον, δαμάσας ἄγε, μηδ' ἐλεήσῃς,
Κἢν ποτ' ἰδῇς κλαίοντα, φυλάσσεο μή σε πλανήσῃ.
Κἢν γελάῃ, τυπὶς ἔλκε, καὶ ἢν ἐθέλῃ σε φιλῆσαι,
Φεῦγε· κακὸν τὸ φίλημα, τὰ χείλεα φάρμακον ἐστί.
Ἢν δὲ λέγῃ, λάβε ταῦτα, χαριζόμενός τοι ὅπλα,
Μὴ πτῆγμ πλατὺ δῶρα, τὰ δ' ὠκὺ πτερὰ βέλεμνα.

Amor fugitiuus, Luciani.

Incerto interprete.

Perdiderat natum genitrix Cytherea vagantem:
Anxia ſollicito quem dum per compita paſſu
Quærit, ab excelſo tales canit aggere voces:
Errabunda meus veſtigia fortè Cupido
Quâ fugiens tulerit, quiſquis monſtrârit aperto
Indicio, huic merces Veneris libanda ferentur
Oſcula: captiuum ſi quiſquam adduxerit, illi
Mox aliquid gaudens vltra dabit oſcula mater.
Quò reperire queas puerum, bis dena dabuntur
Signa tibi, cautus memori quæ mente recondes.
Huic non candor ineſt: rubor igneus inficit omne
Corpus, & ardeſcunt acri contenta nitore
Lumina, nec dulces ſequitur mens ſubdola voces.
Quippe Hyblæa ſonus vincit dulcedine mella.
Sed malè fallaci reſpondent pectore ſenſus.
Feruidus accenſa ſi quando exæſtuat ira,
Indomitos animos gerit, immanſuetáque corda
Seducit verbis, nec vera fatebitur vnquam.
Eſt puer ille quidem, magno ſed prouidus æſtu:
Ludit & interdum, ſed ludens ſeria tentat.
Dependent humeris criſpi certo ordine crines,
Nec pudor audaci, nec ineſt reuerentia vultu.
Sunt illi paruæque manus, paruſque lacerti.
Sed tamen exiguo longos de corpore iactus
Dirigit: ima ferum telo ſub tartara Ditem
Perculit, & regem manes ſenſêre ſubactum,
Candida cùm Stygio rapta eſt Proſerpina curru.
Corpora nuda gerit, nullo velamine tectus:
Verùm animus vario prudens ornatur amictu.
Prætereà aligero ſuſpendens membra volatu,
Hinc Nymphas petit, inde viros, vltróque receptus,
Viſceribus ſedem ſibi ponit, & oſſibus imis.
Eſt breuis huic arcus, ſed quo fatalis arundo
Vſque ſub aſtra ſuum ſeruat propulſa tenorem.

Auratam cernes humero pendere pharetram,
Peſtiferóſque intus calamos, quibus impius ille
Ipſi ſæpè mihi lethalia vulnera fecit.
Omnia ſæua quidem, ſed cunctis ſæuios illud:
Dextra facem vibrat, miſeráſque inuecta medullas
Paſcitur: hæc ipſum Solem ſuccenderet æſtu.
Hunc ſi nexilibus poteris conſtringere nodis,
Duc arctè vinctum, neu tu miſerare precantis.
Quamuis aſpicias manantia lumina fletu,
Decipiâre caue: neu ſi ridentia cernas
Ora, graui iubeas laxari vincula nexu.
Quòd ſi te blandis inuitet ad oſcula verbis,
Effuge: nam labris certum eſt habitare venenum.
Si verò facili promittet vulnera vultu,
Teláque, Gnoſiacóſque arcus, pictámque pharetram,
Noxia dona time: quicquid tetigêre, pervrunt.

IO. BOVRDELOTII
AD LVCIANI
OPERA
NOTAE

Digitized by Google

CLARISSIMO DOCTISSIMOQVE VIRO, THOMÆ GVERINO, IVRISCONSVLTORVM Principi,

IO. BOVRDELOTIVS S.

FATEOR me (vir Clarißime) ſæpe peccaſſe, nam & homo ſum & adhuc iuuenis. Quid autem peccato magis conueniens, quàm ætas imbecilla, cuilibet opinioni temerè ſuccumbens: atque vbi pudor ſemel corruit, lubricis errorum caſibus inſiſtens & cum terrenis ſordibus adoleſcens? fateor igitur me ſæpe peccaſſe. Attamen dum elapſæ vitæ rationem ineo, dum tempus mihimet ipſe ſubripio, quo recordatione præterita mihi palam faciam, elapſa tipulis leuiora diiudico, hoc nouum crimen Ætnæo pondere longè grauius eſt. Nec enim antea temerarius Alcibiades in ceremonias irruperam, arcana nulla violaueram, nullas aras fœdaueram: nunc verò ſacram cryptam omnino turbaui, vnde cladis & anathematis ventura eſt execratio. Quod enim maius peccatum, & ad tui capitis iram exaſperandam violentius patrare potui, quàm notulis, quas temporarias ad Lucianum tuo iuſſu properans feſtinans exſcripſi, aures tuas obtundere? cùm ſciam quibus ceremoniis occupatus pro communi ſalute vota ſuſcipias, oracula nobis declares, Sibyllæ folia recites, meritò inter clariores gemmas & ornamenta ſeculi numerande? Peccaui, rurſúſque fateor, habes confitentem reum, quidquid iuſſeris merui, niſi merenti pœnam ſatis eſt ipſius peccati confeſſio. Sed tamen ſi mihi quid grauius paratur, interim dum expediuntur pœnæ, Vnum quod te alloquor hoc eſt: *Huius erroris mei fontem liceat paucis aperiam. Vel me in hanc impulit calamitatem extremus ille amor in me tuus, pro quo quiduis agere, quiduis pati diu decreueram. Quid enim pro tanti viri beneuolentia faciendum non fuit, cui tantummodo notum eſſe ſummus*

honor eſt? Vel ſtellæ cuiuſdam quæ me tibi temperat vis acrior, hoc à pueritia mihi propoſuerat peccatum. Si nimio amore deliqui, cauſæ meæ patrocinatur Auſonius, dum ſibi patronus eſt:

Ignoſce noſtri læſus obſequio ſtili,
Amoris hoc crimen tui eſt.

Sin verò ſtellis error meus adſcribendus eſt, indignandum potiùs fatali neceſſitati quæ me voluntatis ſuæ miniſtrum elegerat. Sed quoniam in me vtrumque confluit, ira quæ in præcordiis tuis conſidebat, elabitur, túque, qui admiranda & diuina facilitate omnia diſcutis, amori tuo peccantem poſtliminio reſtituis. Imò iam neſcio quid tacitis cogitationibus Deus agat, nec ſine amoris cauſa fatale mihi fuit eiuſmodi munere licèt tenuiſſimo grauiſſimis tuis occupationibus offeciſſe, quia fortean arctior amoris linea amantiùs eam tibi ſociatura eſt, qui laudes tuas breui carminibus & longè maiori dono adimplebit.

· Tibi obſequentiſs. I. Bovrdelotivs.

Salue Humaniſsime

LECTOR

VEREOR ne Luciano idem accidat, ac olim Hipparchi diſcipulo accidiſſe commemorant. Hic enim cùm in celeberrima totius Græciæ frequentia, plauſum popularis auræ non tam quęſiſſet, quàm videbatur meritum acquiſiiſſe, iratam in ſe ſenſit Hipparchi ferulam, eò quòd multis placuiſſe videbatur. Ita quoniam renaſcens Lucianus multorum calculos adepturus eſt, vereor ne cenſorum virga vapulet, quibus omnia licere temporis iubet licentia. Sed de Luciano ab hac infamiæ labe vindicando non ampliùs laboro: Maior enim in præcordiis timor ſcæuit, ne ſcilicet videar cauſam meam cum alterius abſolutione confundere. Igitur, vt etiam Hipparchos illos effugiam, ea dicenda ſunt, quæ me ad ornandum Lucianum impulerunt, quibúſque rationibus potiſſimùm fretus, ſpe incerta laborem certum mihi propoſuerim. De autoris huius ſtilo, elegantia purè putéque Attica, de doctrina & ingenio dicere non vltrà contendo, iam monui. Accedebat huic rationi non minor hæc ſecunda, ſcriptorem optimum, & quem (liberè ſed verè dico) nulli Græcorum poſthabendum quiuis Græcus iudicauerit, ita antea malè de librariis meritum, vt emendatior eius editio peiores aliorum codicum editiones, corruptione longè ſuperaret. Aderat ordinis luxatio, cùm multi dialogi errones & vagi, alienas ſedes incolerent, poſtliminio reſtituendi. Nec minorem addebant occaſionis ſuſcipiendæ cauſam, nothi multi ingenuorum locum occupantes, ad quorum ſimilitudinem vtcumque videbantur accedere. Sed parua hæc, & quàm paucis percontantibus præuiſa, tam multis ignorantibus tranſcurſa. Longè his omnibus fertilior ſeges, & alacrior aggrediendi muneris diſpoſitio, ſcilicet cum his ſuperioribus accedebat autoritas viri Clariſſimi Thomæ Guerini, quæ maius apud me pondus habere debuit, quã ea quæ ſuperiùs narrata ſunt. Quid enim agendum erat, vbi præcipuus ille myſtagogus virtutis, Muſarúmque magnus ſacerdos me clientem patronus deuouebat? fateor, obſequio lubens parui, & longè impari labori ceruicem ſuppoſui. Statim enim atque tanti viri voluntas Luciano ſuccurrendum voluit, diffugére vana illa & varia terriculamenta, quæ me in eum aggrediendi laboris diem inquietauerant, interquę præcipuũ illud, quódque longè audaciorem & paratiorem prouocaſſet ad metum: nempe Lucianum ita varijs autorum gemmis ſplendeſcere, quibus edacis temporis inuiderat voracitas, vt vanus eſſet labor hominis, & ingrata caſſæ ſegetis exſpectatio errores amoliri, interpretationem demoliri, & amiſſum requirere. Verùm hæc ſæpe tacitus mecum reuolue-

bam. Anne ideo doctiſſimi ſcriptores, æternis tenebris perennique ſitu damnandi, quoniam illorum interpretatio venuſtáſque plurima conclamatis debetur ſcriptoribus? An autorum eorum penitus deſerendum patrocinium, qui ſe totos, Chryſippi more, mortuis implicitos fatentur? An negligendus omnino Plautus, quòd Eupolis, Cratinus, Plato, Alexis, Menander, Philemon, & Ariſtophanis pars melior obliuioſo ſolo ſepulti ſunt? vt interim de Grammaticis Græcis & Latinis ſileam, quorum nomina à mortuis quos citant autoribus, vitam accipiunt. Athenæus non minore laboraſſet inuidia, ſi talis conſideratio viros clariſſimos Dalechampium & Caſaubonum ſubiiſſet, qui tamen libere hoc fateri potuiſſent, ſi ipſos, Lector, conſuluiſſes, tot eſſe in pleriſque ſcriptoribus volumina perdita, quot autores nomine ſolo ſuperſtites. Nec ideo tamen illi negligendi, quòd diuerſis illorum ſcriptis variegati ſunt, quorum nomen ſolum relictum eſt. Acriùs tamen angebar animo, longéque vehementior in præcordiis dolor ſæuiebat: Iuuenilem ætatem ingenio ſolo fretam, abſque Mſſ. Codd. huic oneri non poſſe ſufficere, emendatiores Codd. quorum ope deſtituebar, ſummam operis eſſe medelam: fatalem eam fuiſſe Luciano calamitatem, libros ſuos verè aureos pauciſſimas bibliothecas adornare. His vndique curis labenti, ſuccurrit vir doctiſſimus Nicolaus Rigaltius, qui duos è bibliotheca regia codd. Mſs. viſendos dedit; huic commodo non leue pondus addidit beneficium Petri Golmani Britãni doctoris Medici viri doctiſſimi, atque amici mei, qui Codicem ſuũ quem cum Thomæ Linacri Mſs. Cod. contulerat, commodauit. Mox implorato viri amiciſſimi ſuffragio, diligentiſſimè collatum codicem Florentinum præbuit. Erant inſuper ad manum quatuor editiones, duæ, quæ Baſileæ, altera, quæ, Haganoæ, & Aldina, editionum quas vidi corruptiſſima: quo inſtructus viatico, adorato ſyderum autore intraui nauigium: In quo quid ſit à me confectum itineris, paucis præfandum. Exordium erit ob ordine, qui in multis Codicibus turbatus erat, & hac in parte Mſs. Regiorum opem implorare, cæcum ducem itineris cœpiſſem. Suppoſititios multos diſſimili oratione notaui, quos nec Luciani ſtylus, nec ſeries, nec ætas agnoſcebat. Peccabat in Luciani ſtylum Alcyon, Amores, Demoſthenis encomium: in ſeriem, Fugitiui, Charidemus: in ætatem, Philopatris, Nero. Quoniam tamen cuique iudicandi liberum arbitrum eſt, notaſſe ſatis duxi, non ſuperinduxi. Omnia igitur Luciani opera antea edita, & ſi quid inexploratum ſub Luciani nomine deliteſceret, edendum curaui. Videbatur etiam non vltra rationem poſitum ſi Phalaridis nomini falſò epiſtolæ adſcriptæ Luciano darentur, ſed tamen aliud omnibus Codd. placebat. Nec in emendatione vtriuſque textus quidquam mihi temere licuit, tolerabile ratus, ſi per ſe ſatis niteſceret. In quo tamen emendando ἀλεξίκακε Ηρακλεις, καὶ Ζεῦ ἀποτρόπαιε καὶ Διόσκουροι quid non fuit mouendum cùm Αυγείᾳ βυρσοδίφαι ἀνακαθήρασθαι ſuſcepiſſem? víderis, humaniſſime lector, & fortaſſe aliquæ venient feriæ quæ te ſoluto pectore ad collationem huius editionis noſtræ cum prioribus vocent. Nec enim emendationes meas infinitas potui notulis comprehendere. Sic autem ſuſcepti muneris conſtare rationem credebam, ſi Lucianus exiret

longè quàm antea purior & defęcatior, cum variorum interpretum verſione, eâque genuina. Cùm nihil ſit efficacius atque potentius ad commouendam ἐφαλμῷ βασανίας, quàm in alienos labores ingenioſa ſubtilitas. Amicis tamen placuit (quorum conſilium mihi perpetuus agendi ſcribendíque tenor) vt ſi quod grauius peccatum occurreret (quod paſſim in hac verſione, partim ob codicum caliginoſam ſcripturam, partim alio fato accidit) emendarem, donec integram meam verſionem proponerem, cuius maiorem partem doctiſſimi viri iam viderant. Inuitus, feci tamen. Sed priùs nè quid exacerbatum ſentirem, ingenij candore iuuenilem licentiam calcaui, placatis manibus eorum, qui meum Syrum Romana ciuitate donauerant. Indecorum enim & iniuſtum eſt, vt qui ſemel Muſis & Mercurio litauit, alienis caſibus inſultet, & homines arguendo, ſe talem eſſe obliuiſcatur. Quod etſi hac ætate quidam etiam inter doctiſſimos numerandi faciant,

Ἦ ῥ' οἵ γ' ὄβριμοί τε καὶ ἄγριοι, οὐδὲ δίκαιοι,
Ἦ ε φιλόξεινοι, καὶ σφιν νόος ἐστὶ θεουδής,

Faxit Deus Op. M. vt hanc cacoethem à me longè longéque amoliar: καὶ μὴ ὅτῳ ποτε σφαλεὶην μηδὲ ἐκτὸς τῆς εὐσεβείας μειραχιώδες πεσεῖν, vt dum ingenuæ ſimplicitatis viam ingredior, itineris tædium his artibus ſubleuem. Si quæ igitur in legenda Latina interpretatione ab autore omnino diſſentirent, aliquando mouenda cenſui, vt Lucianus integer ad oculos legentis accederet. Atque vt accuratiorem curam profiterer, Theodorum Marcilium virum clariſſimum rogaui, ne diutiùs quæ ad Lucianum notauerat, ſitu premeret; quod pro ſua in me beneuolentia fecit lubens. Sed vereor ne Deos iratos habeam, qui de me tantum volui, vt pro ampliſſimis & maximis Gilberti Cognati annotationibus breuiarium ſolum ſuppinxerim: nec illa contentus audácia, quicquid Sambuci fuerat, ebiberim. Malum factum, cuius tamen ne totus autor fiam, vltro in ſe pœnam autores alij repoſcunt, quibus videbatur in immenſum moles illa Luciani ſuccreſcere. Fimbrias margini verſionis adſcriptas, quæ commodè lectorem iuuant, retinui. Atq; mihi ſatis hæc videbantur ad Vlyſſem meũ naufragum, atque omnibus terris & fluctibus eiectum excipiendum: Cùm iam opere vltra partem multeſimam elaborato coactus ſum aliquot lineolas conficere, quæ variantes codicum lectiones adſcribant, & ſi quæ olim apud interpretes deprehenderim, elucident. In his prouerbia ſi quæ occurrebant, partim oſtendi, partim expoſui. non gloriam ex mendis ſublatis aucupans, non laudem. Quòd ſi quæ in tanto fortè opere irrepſerint, condonabit hoc ætas operúmque aliorum ſuperueniens numerus, & Luciani moles, in qua ad limam & lineam certam diregenda

Τίς δ' αὖ πάντ' ἐσίδοι; τίς δ' αὖ τόσον ὠπήσαιτο
Θηπὶς ἐὼν; μοιῶοι δὲ θεοὶ ῥέα πάντ' ὀρόωσιν. Oppian. lib. 4. Kuv

Atque vtinam mihi priùs incidere contigiſſet in viri clariſſimi ſacratioris Regij conſilij ſenatoris ampliſſimi Io. Iac. Memmij Herr. filij Cod. Mſſ. ſanior fortaſſe Lucianus prodiſſet. At illud omne ſolũ votis proſequebar, in quo vltimo etiam nũc hæreo, humanioré veniã eò precatus, quò longè meliora ſunt quæ polliceor, atque in hoc voto (Lector humaniſſime) deſino.

ΕΙΣ ΤΟΝ ΙΩΑΝΝ. ΒΟΥΡΔΕΛΟΤΙΟΝ,

τῦ Λυκιαρχοῦ ἐπορθωτικὰ λαμπροφόπαν.

Ἡ Ρακλῆϊ, πόνων δυσπάνων εἵνεκα, πολλῶς
Ἐστιν ἰδεῖν λαμπρὸν κῶδος ὑπαξέμεναι·
Ἀλλά μ' ὑπὲρ καινοῦ χρέους ἐπέρτερον ἔμμεν
Κόπτοντες Λυγείου βυσσοδίων βαλέαι.
Νῦν δὲ πολυφραδέως ἀσφείστια λύματα καλῶν
Ἐκ ῥα κλυτοῖο βίβλων Λυκιαρχοῖο βαλών,
Νημερτὲς νικᾶς μὲν κεφαλὴν Διὸς·
Ἔργον ὅλως γὰρ σὸν κέρδος ὧδε πάλαι.
Τῷ δὲ ξύμπαντες Σοφίης καλέουσί σ' ἄοπτον,
Εὐμαθίης γὰρ ἔχεις ἄφθιτα πημοσύνης.
Ἐξ ὧν θύσμους σφαίρους ἐς σὸν κέρας πλέξας
Ἄλλος Φαμῆναι Φοῖβος ἄπασιν ἔμμι.
Ὡσπερ μὰλ' ἀρχείως κ' ὀπιζυγάδην καλέοιμι,
Αἰεράρῃ σὺ μοι εἶ γ' εἴκελος Ὠκεανῷ.
Ὡσαεὶ γὰρ ποταμοὺς ἄλλους ὁ γε ῥέα πλῆθε,
Οὕτω σὴν λαοὶ σώομα Μουσοπόλοις.

Γουλ. Οδελος Αμβιανός.

IO. BOVRDELOTII
AD LVCIANI
OPERA
NOTAE.

Litera (p) paginam notat: (l) literam: (v) primam vocem lineæ ſeu verſiculi.

AD TITVLVM,
ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ ΣΑΜΟΣΑΤΕΩΣ
ΔΙΑΛΟΓΟΙ.

SIC titulum authori meritiſſimò fecimus, meliores editiones ſequuti. Mſſ. duo è Regis Chriſtianiſſimi Bibliotheca, quos beneficio viri Clariſſimi Nicolai Rigaltij videre contigit, nec titulum, nec ordinem agnoſcunt. A poſtrema etiam editione Baſilienſi duæ poſtremæ voces aberant.

Ad Somnium ſeu vitam Luciani.

Περὶ τῦ Ενυπνίου] Non dubium eſt quin ἐγκώμιον ſibi istam voluerit Lucianus operibus ſuis præfigi. Nec tamen perſuaſum habeo ſcribendi exordium eam illi fuiſſe. De ordine, quem in his dialogis ſeruandum putauimus, dictum eſt in præfatione noſtrâ ad Lectorem.

PAG. 1. l. 2. v. μιμ] εἰς τὸ διδασκάλου φοιτᾶν. Habet à Platone, in quo totus eſt, & à Xenophonte, cuius eſt aſſiduus imitator, apud quos, εἰς τὸν διδασκάλου φοιτᾶν. Sic p. 276. ἐλθὲ τὸν διδασκάλου φοιτήσοντα, ſic de Merc. cond. & paſſim alibi. Inde φοιτηταί, οἱ τῦ μαθηταί. Heſych. Suid. Poll.

Diligens lector monendus eſt, Lucianum ſæpiſſimè loquendi modos eoſdem, eaſdem paræmias, & citationes vſurpare: quî enim aliter fieri potuit in tam floridâ & variegatâ ſcripturâ? Quod igitur ſemel monuerimus, illud ſequentibus ſufficiat. Ea ſatis conſtans ratio videbitur cur paululum in his principiis immorandum.

l. b. v. καὶ] ἡ τύχη δ' ἐπῶδυ καμπτῆρας. Iacobus Micyllus, vir doctiſſimus, interpres huius λαλῆς, autoris mentem ſæpiſſimè fruſtratur, & egregie quodam fortunæ ſplendore. Sic de Merc. cond.

v. ἀ δ'] πίχυν τῦ βαναύσου. Generaliter pro qualibet mechanica. ἁπλῶς tamen βαναυσία, πᾶσα πίχυς, vt vult Heſych. Suid. vox eſt Peloponneſiaca. In Peloponneſo βάναυσος καλεῖται ὁ ἰσχνὸς δημόσιος. interp. Ariſtopha. Pollux.

P. 2. l. a. v. κἀν] μικὰν εἰκόνος. In Mſſ. & aliis editionibus, quoties occurrunt duæ vocales in duabus dictionibus, prior ſemper eliditur, quod ſemel monitum volui.

v. φέρων] τὸ χεῖρον. Artù proteniens. Bud. vertit *inſtam mercedem.*

v. ἐπιδώσειν] ἢ τὸ ἐπίχειρον ἔχουσα πρὸς χορηγίαν. *Quæ paratam opem ferret, quæ promptas præberet ſuppetias.* Ea repetit paſſim.

l. b. v. ὡς] ἔχων δίξιος. Anglic. & Mſ. δίξιος, minùs Atticè.

v. ἐκεῖνα] ἐκεῖ τῦ διδασκάλου. Angl. ἀπό.

v. εἰκάζοντας] εἰκότας, *ad veram imaginem*, ἐφ' ἃς τὸν εἰκόνα. Non enim εἰκότας, ibi vulgarium recipit interpretationem, cùm nullus ſenſus elici poſſit.

l. d. v. καμφὰς] Ἀρχὰ δ' ἁπάντων. Heſiodeum illud repetit in Hermotimo & alibi.

P. 3. l. a. v. ἐ] σκοπὸν ἔλαβε. De hac voce eiúſque varia acceptione copiosè Grammatici. In Cod. Flor. & edit. Baſil. malè σκοπὸν λαβὲ.

v. χρῆ] ἀκολουθεῖν. Mſſ. & Angl. ἀκολούθει: de qua voce dicõ ad lib. 10. Heliod.

Ib. διαφέρων τὰς ὀφθαλμοὺς ἐκπλήττων] τὰς ὀφθαλμὰς aberant ab vno Mſ.

l. b. v. Ομηρ.] Θοῦρις μόν. Agamemnonis verba, lib. 2. Iliad.

l. c. v. ἀλλ.] ἀναλγὴς. Hac dictione paſſim vtitur. ἀναλγὴς ὁ ἀπὸ τῆς αὐλῆς, ἤγουν ὁ λόγος ἀναλγὴς ἐν τῷ ἀπὸ

ἐπὶ τῆς ἀκμῆς: atque hanc vocem sic capit, dum ait χάσκει μοι τὸν φαίνιππον ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἀθρόον, &c.

v. ἐν] Δύο χασμῆναι. totius narrationis siue τῆ ἀντιπέρ, exordium sumptum è Prodici Philosophi Hercule. Suid. in Prod. aliique multi. verùm figmentum illud non Prodico sed Xenophonti quidam adscripserunt, vt Cic. epist. 12. lib. 5. ad Fam. Scholiast. Homeri ad 14. Odyss. Lucia. hac περὶ κλειδὸς p. 7. l. d. Malè hoc illi. Prodicus enim huius autor primus, vt patet apud ipsum Xenophontem. post primum autorem alij illud ipsum tetigere, vt Max. Tyr. serm. 4. Themist. Euphrad. Orat. 3. D. Basil. ora. ad Nepot.

v. βιαίως] ἢ καρτερῶς. Sic iungi solita in Xenophonte & Platone.

v. κρατ.] ὅλον ἐμὲ μᾶλλον. Sic in epist. amato. Philost.

l. d. v. ἀνδρικὴ] τὴν χεῖρα. Sic in omnibus & Mss. & edit. sic passim, vt p. 6. τὴν χεῖρα, τὴν πίτυα, & similia in Platone.

v. τὰς] κόσμους τῶν ἀναβολῶν, vt pòst passim, κοσμιώτερος τῶν ἀναβολῶν.

p. 4. l. 2. v. χει.] τὰς ὅλας ἕξεις καρτερὰς, vt in Deor. & Mortuor. dialog. & in Contempl.

l. b. v. δὲ] εἰ δὲ δὴ λόγοις. Longè alia lectio concipitur ex Mss. & Angl. Cod. εἰ δὲ δὴ λόγοις, id est, qui partes τῆς παιδείας tuentur, ἐν δὲ ἔργοις ἐπαινοῦσι σε, ἀλλὰ δὴ λόγοις. Recepta lectio facilior, hæc durior. μόνης abest à Mss.

v. λόγοις] μὴ μουσικῆς. In Flor. Cod. μουσικὴς, malè. hanc vocem alibi interpretatus sum.

v. χῦς] τὴν ἀπλότητα. Vilitatem. Hanc vocem sæpè interpretati sunt viri doctissimi. Cætera huius concionatricis habes in Piscat.

v. τὸν Δία] Φειδίας ἐδημιούργει τὸν Δία Olympicum, vt patet postea, & apud Iul. Imper. in epist.

τῆς Ἥρας] Πολύκλειτος ἐδημιούργει τὴν Ἥραν Argiuam. patet apud Plin. de horum duorum operibus, autor libri de mundo, Cic Tuscul. 1. Plin. c. 8. lib. 34. Val. Max. c. 15. lib. 8.

v. πίλος] ἐθαυμάσθη. Mss. ἐθαυμασμένη.

v. πλεῖστα.] πλείστην δέησιν, hunc locum imitatus est Iulia. Imp. ὁ μὲν πλείστων, ὁ δὲ ὀλιγίστων, ἐν ἑορτάζομεν ἐφ' ᾧ τὴν ἀπόμυξιν ἀθρόαν σὺν χέρσι.

v. σε.] πάμπολλα. Angl. & Ms. πάνυ πολλὰ. Sed πάμπολλα Lucianicum est: atque ipse hac dictione passim vtitur.

